P118

Venise, 1538

115 ff.

titre encadré (rouge + noir

22 grav. s. bois i. t. (1 [illegible])

1 fig. i. t.

inc. à [illegible].

Ovidius

Cb. 544. 375

HABES CANDIDE LECTOR

PVB. OVIDII NASONIS HEROIDES,

Collatis quampluribus tam ueteribus q̃ recentioribus Codicibus quamemendatissimas.

Commentatores autem sunt

Ant. Volscus. Vbertinus. Cres. A. I. Parrhasius. I. B. Ascēsius. N. Scœlsius Luttareus Barrolitanus cuius pleraq; annotatu digna, quæ in eius Cōmentariis continentur, sequens Pagina indicabit.

Domitius Cald. in Saphus epistolam

In Ibin.

Domitius Cald. Christophorus Zaroto.

Habes præterea doctissimas Annotationes

Io. Bap. Egnatii. Ang. Politiani, & Georgii Merulæ.

Additis quāpluribus Carminibus, & græcis quæ ubiq; in aliis deerāt; Necnon utilissimis apostillis, aptissimisq; Figuris. Cum accuratissimo & copiosissimo Indice. Quæ omnia diligētissima cura nuper recognita sunt.

M. D. XXXVIII.

CVBERTINVS Clericus Cresentinas, salutem dicit Magnifico & splendidissimo uiro Guidoni de Sancto Georgio comiti Blandratæ, & primo Marchionali camerario: & consiliario dignissimo.



ADMIRATI sunt sæpenumero q̃plurimi: qui me uel nomine tantum: uel rei p̃sentia cognouerũt: uir magnifice Guido: quod cum in locis celeberrimis, & clarissimis Mediolani, & Papiæ interpretãdi more: publico & honesto salario: cum magna omnium gratia fungerer: & illustrissimorum Mediolanensium Principũ benignitate fungi liceret: ipse sponte mea id munus omiserim: & in Mõteferratum: Casaleq̃ me contulerim: requirunt in hac re prudentiam & consilium meum. His & si multa sunt: quæ iure opponam: nulla tamen est ualidior & inexpugnabilior ratio: q̃ quæ primum mouit: eamq̃ me assecutum gaudeo. Cum enim & spes & ratio studiorũ in Cæsare tantum: hoc est in Principibus sit reposita: sublato cruenta cæde mediolanensium duce Galeatio Maria: artis & ingenii: & iudicii Principe, fratribus eius Ascanio sacræ Ro. ecclesiæ prothonotario: & Sphortia Bari duce: & Ludouico Maria in exilium electis: necnon Roberto Sanseuerinate illustri, & maximi animi uiro: in quibus plurimum spei, & p̃sidii mihi fuerat: quid professioni meæ optabilius esse potuit: q̃ eum Principem nãcisci: qui studia: laboresq̃ meos respiceret. Atqui hunc inclytum Montisferrati marchionem Guilielmum eum fore speraui: & confisus sum: quia eum, ut est: Cæsarea stirpe genitus: non modo liberalis & benigni ingenii: uerum etiam humani & eruditi esse audiebam: ex quo merito nõ dubitaui eũ fore erga liberalium artium professores benignum, & munificum: sicut enim nemo satis diligit: quod non nouit: ita oportet quibus artibus quispiam delectetur: eas omni præsidio & fauore tueri. Quæ autem est liberalis ars: ut rem militarem omittam: cuius omnis numeros tanq̃ Mars ipse ad unum exactissime tenet: & in qua aliorũ pace dixerim: facile principatum obtinet. Quæ in qua ars illiberalis: de qua hic non possit cum summa laude & respõdere: & disputare. Vidimus & audiuimus sæpenumero: cum coram eo (ut plerũq̃ fit) de rebus grauibus & seriis sermo oritetur: q̃ta facundia: quanto acumine: q̃ta omnium admiratione respondeat: ut non omnia percurrisse: sed singula ad unguem tenere uideatur. Quid cũ uiris grauibus: aut magnorum Principum legatis r̃ndet: quem Cæsarem: quẽ Catonem: quẽ Epaminundam, aut Themistoclem huic anteponas. Sed quoniam epistolam, non historiam: aut orationem conscribo: neq̃ licet omnia complecti: taceo rerum domi: belliq̃ ab eo gestarum magnitudinem: omitto eius temperantiam: & uiuendi normã exactissimã. Omitto prudentiam: & consiliorum maturitatem: omitto uigilantiam: omitto mansuetudinẽ: facilitatẽ: & in audiẽdo patientiã qui nemini neq̃ diuiti: neq̃ pauperi aditum ad se claudit: aut aures facillimas negat: omitto in reddendo iure æquitatem: omitto deniq̃ animi magnitudinem: qua factum est: ut non modo uniuersæ Montisferrati regioni: quamplurimas fortunarum & dignitatum accessiones dederit: oppida muris cinxerit: arces munitissimas: & prope inexpugnabiles cõstruxerit. Sed in primis Casali: quod nomine Vrbis: & uirorum dignitate: & mœnium admiratione: & ædificiorum elegãtia: & morum cultu iam ita decorauit: ut totum pene immutatum uideatur. Nam qua regione: quoue cultu Deum immortalẽ ueneretur: iam testantur maximis suis sumptibus cũ alibi tum Casali erecta templa, extructa cœnobia: assidue in religiosos uiros collata munera: quæ enim ætas conticescet sanctissimæ Virginis ad angelos extra muros Casalis magnificentissimã cum cœnobio amplissimo ædem: quid diui Dominici intra urbem templum simul & cœnobium: iam molis magnitudine admirabile: atqui hæc Guilielmi liberalitas Deo immortali certum: & suæ æternæ salutis pignus: & ad posteros transiture gloriæ monimentum consecrauit, & condidit, Cui igitur talis Principis contemplatio: nõ modo meæ fortunę relictæ: uerum etiam cuiusq̃ amplissimæ dignitatis desiderium non molle & tolerabile facit. His accedit duorũ eius fratrũ Theodori sacrosan. Ro. ecclesiæ diaconi Cardinalis: in eo ordine maximæ & auctoritatis & gratiæ uiri & Bonifacii Principis optimi uita quædam humanitatis: & in me exprompta beneuolentia. Sed illu. Bonifacii bonitatem: quia propior est quotidie magis & experior & sentio: in qua mihi merito maximã spem collocandã duxi, quia cũ nemini noceat: omnibus benefaciat: ita ut non alio dignior potuisse esse uideatur: non dubito, quin eum potissimũ complectatur: quem uideat & bonarum artium studiosum: & totius domus suæ fidissimum cultorem, sed de horum Principũ Cæsarea stirpe, & origine antiquissima, & singularibus animi, corporisq̃ dotibus, ac rebus egregie gestis, dabitur breui (ut spero) locus commodius & uberius dicendi. Nec totius Montisferrati nobilitatis (ut scis) & huius urbis Casalis primorũ ciuium benignitas animi mihi deest. Cur igitur consilii mei me pœniteat: cum plus boni hic mihi accesserit, q̃ illic deseruerim. Desinant ergo isti mirari ac potius consilium, factumq̃ meum laudent, & probẽt. Interim igitur cum sub benignissimi Marchionis Guilielmi tanq̃ sub fœlicissimæ fagi umbra recubans, aliquid quotidie mediter, quo & secordiam uitem, & aliis prosim, & nomẽ meum, quo mihi ire non licet, transferam, ex his quæ uigilaui, cum aliqua imprimi uellem, multorum efflagitatiõe compulsus in Nasonis heroidas interpretationes meas edidi, quas nomini tuo inscribendas putaui, ut tuæ erga me beneuolentiæ memor esse ostenderet, & meo labore tuis filiis prodessem, quos quidem, cum octo uirilis sexus omnes, & eosdem optima indole, optimoq̃ ingenio p̃ditos habeas, ut es sapientissimus, non nimia indulgentia & molli educatione (ut plerĩq̃) corrumpis & eneruas, sed p̃rna, hoc est prudenti, seueraq̃ castigatione instituis, & iis præceptores, & moribus simul & doctrina p̃batos adhibes, ut tales a teneris annis instituant̃, quales uiros fore cupis. Licet enim comitũ Blandratæ domus tua antiquissima, & generosissima sit: q̃ppe quæ ex serenissima Poloniæ regum stirpe, ut prisci annales indicãt, originẽ trahit, licet multis in tota Italia nobilissimis: splendidissimisq̃ familiis coniuncta, licet & ante & hoc maxime tempore multorum uirorum: & tuo p̃sertim nomine insignis, licet deniq̃ filii tui paternam: maternãq̃ Carretorũ nobilitate referre possint, tamen, ut es prudentissimus, multo pluris facis scientiæ & uirtutum nobilitatem q̃ generis. Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra uoco, ut Vlyxes apud Nasonem inq̃t. Quod si quis utramq̃ nobilitatẽ assecutus sit, tum uere clarus, honorabilisq̃ putandus est. Iure igitur te semper plurimi fecerunt illi Montisferrati principes, q̃bus cum uetustissima generis nobilitate coniunctam uirtutem habes & probitatem, quia de quamplurimis optime mereris, de nullis male. Cui igitur potius studiorum meorum lucubrationes dedicem q̃ tibi: qui cum optimis studiis delecteris, eas plurimi facis, q̃ mei nominis semp̃ fuisti laudator, & admirator. Accipies igitur pro parte satisfactionis meæ hoc opus: donec excellẽtissimi Guilielmi Marchionis benignitate aspirante maiora, quæ iam instituimus, edere licebit. Tu uale uir præstantissime, & ut facis, me amare perge. Casali sancti Euasii.

Casalis reparatio.

Comites Blandratæ unde originẽ traxere.

ANTONII Volsci Priuernatis ad Ludouicum Diædum Francisci filium patricium Venetum in Heroidas Publii Ouidii Nasonis Peligni.



Cum multos sæpe uiros: qui nostris temporibus sapientiæ studio: & rerum cognitione floruere mecū ipse reuoluerim: recte Ludouice Diedæ sensisse illos arbitratus sum: quibus in umbra elanguentes: alii summa digni rephensione uideri solent: q in tanto reꝝ usu nulla posteris monumenta relinquerent: ut & aliis pdessent & se a mortalibus iniuria uendicarent. Alii uero quod nondum p̄fla: sed subito quodam spiritu, & proximo calore parta intēpestiua fœtura edere non dubitarint: minime intuētes non partū: sed abortiuos emitti: unde laboris plusculum, & periculi subierant: q̄ iucunditatis & gloriæ consequantur. Ego uero ut me ab illoꝝ desidia: & istoꝝ petulantia omnino liberarē: tantisper cunctandū censui: dum fœtus uero sensim crescens maturior ederetur. Quāquam non deerant: qui me inter ea præmerent: stimularēt: urgerent: atq liberius accusarēt: q tot annos: quot interpretandis auctoribus impēdi: nil omnino ediderim, quos Fabii secutus consilium: q̄diu uisum est amice, cōtinui: licet q̄to honestius qd efflagitabat negare uideret: tanto acrius infensi: meam illam uerecundiam, uelut inertem expostolarent: p̄sertim, quod aiebant, multos indies magis obrepere: qui ut insidiantes alueolis fuci: alieni laboris insultare fortissima temeritate non desinant. Sed hos uariis iam contentionibus spero repulisse. Nam si qua supererant semina eo libello: quem emēdationē Virgilianam inscripsimus: adeo repressi sunt uniuersi: ut non modo incepti pœniteat: uerum etiam omnino deiecti culpam precent: sed iam istos finamus ineptire. Cum apud Marcum Varronem uetus adagiū illud intuemur: quod dicitur homo bulla. Aequum uisum est: ut honeste monētes audiremus. Nam si putauit ulli seni properādum: q̄to magis iuuenibus: qui ualidiores sunt: & uires suppetunt: ne cum legendæ sarcinulæ tempus admonuerit: plusq̄ superari queat itineris relinquatur. Mihi quoq deinceps nullam cūctationem fore tutam existimo: ne dum consulto actionē differimus: in contēplatione elanguisse credamur. Quæ duo in humana uita maxime utilia censuit Plato: eamq perfectam fore non putauit: nisi ab ea sollicitudine: quæ solum nostra est, sæpius discederemus: ut amicis: & patriæ (quoad fieri possit) negocium impartiamur: marceant omnino. Sed tenenda par quædam dimensio: atq recta: æquabilisq affectio quā Stoici καλολτολιν appellari uoluerunt: ubi nihil emineat: nihil nisi æqum: aut rectū appareat: in quo genere cum pauci se continuerint: eos inter uel maxime enitet Franciscus Diædus genitor tuus: uir quidem non modo continentia, & pietate: sed omni genere uirtutis: cum quouis huius ætatis conferendus: eos hēt progressus: ut inter summas reipublicæ occupationes nihil de domestica cōmentatione: aut scribendo: aut cogitando remittat. Et quāquam non minori industria, q̄ fide publica gerit negocia: quæ terra, mariq grauissima summa laude conficit: operam tñ, quam amicis deberi credit, & patitur: facile & constanter fouet, & pficit: ita quod extremū illum finē: quem omnes expetunt. Licet Hieronymus Rhodius indolentiam: Epicurus uoluptatem diuersa ratione: uirtutem Stoici & Aristoteles esse crediderint: ipse bñficentiam constituisse sibi uideatur. Has inter uirtutes tu quoq: ut ex feraci solo uberrimus fructus emergis: paternæ glorie spectator & cultor cuius indolesq futuri successus p̄sagia teneat: id uel maxime indicat: quod nulla hortatione eam laudis uiam rectissimam ducis: quam tibi maiores tui tritā reliquerunt. Nam cū optime institutus sis: acriq emineas ingenio: ostenditur facile: quam optimam frugem hæc spōdeat leges: magnum certe promittit hæc p̄ter ætatem sine arrogantia grauitas: sine segnitiæ uerecundia. Sed cum maiora sint q̄ dici possint: ne laudationis cām quęsisse uideamur: redeat unde defluxit oratio. Diuturnū illud otium: quod in exercutionem auctorum: & rerum contemplationē contulimus ex Scæna iam, in caueam deducemus. Ne quod lucem: solemq desiderabat: in umbra disperiret. Cū nihil in hoium uita honestius sit: q̄ aliqd elaborare, quod memoriam seruet: & usum publicū augeat. Quare ad poeticen conuersus: non qd animum relaxarem: ut quidam se fecisse dixerunt: sed publicæ utilitatis gratia cū diuinis illis Ouidii caloribus nō sine sudore & puluere: ut in arena gladiator aliquātisper obseruatus sum. Is. n. ut inuentione & facilitate: ita omnes ingenii ubertate: & uerborū copia latinos poetas: astipulāte Fabio absq ulla dubitatione p̄cessit. Sed cū noster eques oēm illius campū cucurrerit: oēs nodos soluerit: omnes iam calores perstrinxerit: placuit, editionis principium ab heroidibus auspicari: qm̄ id scribendi genus latinum est: & se primū cecinisse maxime gloriatur Ouid. Opus. n. uarium est: disertū: multiplex: copiosum: ubi multæ non solum exquisitæ: reconditæq sniæ uix satis explicant: sed ēt locorum, historiarumq, & fabularum obscura & perdifficilis hactenus allucinationem p̄buit appositio. His igitur apertis spero meum hūc laborem & tibi, & bonis omnibus non inhonestum uideri posse. Nam si Zenoni Cythico Stoicorum Principi maximo ornamēto Hesiodi Theogoniæ successit interp̄tatio: si Cleantes Asius: q phernades: q exhauriret pueros cognominatus est. Si Chrysippus Tharsensis in fabularum mysteriis magnam sui studii partem posuerunt: ut illas uario interp̄tandi genere physiologiæ subiicerent. Quanto mihi honestius uideri debet: ex euolutis rerum monumentis heroum: herodiarumq affectus summo poetæ ingenio exp̄ssos: & ad imitationem: utilitatemq: & eoꝝ qui simili tenerentur studio iucunditatem eduxerim ignauotū dicacitatem: atq calumniantium inuidiam facile cōtēno. Si tu cui nostratū uigiliarum primitias dedicaui: meam hanc, dextro sidere, probabis industriam.


Homo bulla p ueteri adagio

Quę in humana uita platu utiliora existimat

Quę in humanis dimensio ex stoicoꝝ sententia tenēda est.

Supremū bonum qd ex philosophoꝝ snia

Zeno & alii, q̄ p̄ interp̄tādis auctoribus magnam sibi laudē comparatunt.



Post euersam Troiam græcorum principes phrygiis opibus ditati, cum in patriam nauigarent læsæ Mineruæ indignatione (ut Homerus scribit) alii sunt uastissimis procellis obruti: alii turpiter occubuerūt: pauci cū diutius errassent uix dirum euaserunt excidium, Aiax Oilei filius Locrensium dux in scopulis Euboicis fulminatus demergit. Agamēnon uix lares salutarat cum nephandæ uxoris Clytemnestræ dolis ab Egysto incautus excipitur & obtruncatur. Idomeneus e Creta insula deiectus ad Salentinos Italiæ populos fugit. Diomedes a suis minime exceptus in Italiam nauigauit. Menelaum (ut tradit Herodotus) aut Rege protheo helenam uxorem repeteret in Aegyptum oportuit cum summo discrimine traiicere. Vlyxes Laertis filius ex Autolica magnanimi Autolici filia decennio uastissimis iactatus procellis errauit: socios quoniam Solis boues assumpserant, omnes amisit: ipse Anno decimo cum ab Alcynoo phęacum Rege naui & multis muneribus donatus discederet, ui tempestatis iterum deprehēsus: solus & mendico similis Ithacam appulit: quod Homero ad Odisseam scribēdam luculentam materiam exhibuit: Apud quem penelope Icari & polycastes filia, & Vlyxis uxor inter lasciuissimam procorum turbam: qui ex uariis insulis in Vlyxis Regiam confluxerant: summa obseruantia in coniugali fide persistit: mariti uiginti annorum peregre abscessum sæpius queritur. Existimabat enim non iactari erroribus: sed aut occubuisse aut suoꝝ & patriæ oblitum in puellarum complexibꝰ in aliqua orbis regione ociose cessare. Et hoc Ouidius omnem est commentus epistolam suam. Ex Homero penelopen format. Sollicita enim de absente marito queritur: & ad redeundum inuitat.

Argumētū epistolę cū oibus fere Vlyxis erroribus.

Quæ pmo i aliquo au ctore iterpretãdo requirenda sunt.



ANC tua &c. In principio huius libri sicut in principiis aliorum librorum quinque sunt extrinsecus requirenda. s. quæ materia: quæ intentio: quæ utilitas: cui parti philosophiæ supponatur: & quis libris titulus. Materia huius libri sunt mores: & uitia dominarum. Intentio enim uersatur circa materiam. Intendit enim Ouid. doctor & narrator de uitiis & moribus dominarum: & de casto & incæsto amore tractare. Dominas de casto amore commendare: de impudico uero uituperare. Vtilitas libri magna est: nam cognito modo isto cognoscuntur mulieres caste amantes: & dominæ impudicæ amantes: ut eas noscamus caste docere. Supponitur iste liber ethicæ. i. morali scientiæ: quia de dominarum moribus tractat. Titulus libri est. Incipit liber Epistolarũ Ouid. Nasonis. In primo huius Epistolæ tria sunt uidẽda. s. Titulus Epistolæ. Materia super qua fundatur Epistola: & intentio mittentis: & scribẽtis Epistolam. Titulus Epistolæ est Penelope Vlyxi. Penelope est prima mittens: Vlyxes primus recipiẽs. Materia huiusmodi est. Fertur quod Priamus rex Troiæ filium habuit nomine Paridem: qui cum audiuit famam de quadam pulcherrima domina nomine Helena: captus amore eius: cum magna congregatione nauium Græciam iuit: ubi domina Helena manebat: & applicuit ad domũ Menelai regis: cuius uxor erat Helena: in cuius Menelai hospitio mansit: & Helenã occulte adamauit. Contingit autem Menelaũ ad regna Cretensia equitare. Paris aũt ibi remansit cum Helena, cum qua ordinauit uenire: & quod non sponte ueniret: reperit hanc causam: duxit eam ad Troiam. dum rediisset Menelaus reperit suam uxorem raptam. Agamẽnon rex & Menelaus fratres miserunt Priamo & Paridi, & ut Helenam restituerent. Alioqui præstolarentur eos cum exercitu ingenti. Troiani consentiebant Paridem retinere Helenam: nec reddere: propterea Græci ira commoti contra Troianos maximum exercitum aggregauerunt, & contra Troiam castrametati: per. x. annos steterunt: & tandem capta, Troiam totam destruxerunt, Græci autem cum ad proprias patrias rediissent. Vlyxes red eundo cũ suo exercitu a uentis agitatus. x. annis per pontum errauit. Penelope noscens Vlyxem uirum suum in prælio nõ interẽptum hanc Epistolam illi dirigit. Cuius est intentio reducendi ipsum ad patriam suam. Intentio Ouidii auctoris est commendare ipsam Penelopen de Casto amore. Vnde dicit.

Petrus Rossetus Francisci Ro. Fi. Lectori.



ABES Nunc humanissime Lector Nasonis Epistolas Ioannis Tacuini Typis & industria tam diligenter excussas, tam emendatas, tam integras, ut nihil ultra iam tibi ad operis huius expolitionem desiderandũ sit. Adiecit enim ipsius Epistolarum principiis Versus quosdam, quos ego, ut rem literariã aliqua ex parte iuuarẽ, uetustissimo, fideque dignissimo Codice erutos eidẽ imprimendos dedi. Tu cum hos uideris, pro tui ingenii candore boni consules: scio. Vale & Tacuinum tuum minime Impensis, ac Laboribus parcentem perpetuo Cole.

FINIS

ARGVMENTVM VOLSCI.



Ost euersam Troiam Græcorum principes, phrygiis opibus ditati, cum in patriam nauigarent, læsæ Mineruæ indignatione: ut Homerus scribit, alii sunt uastissimis procellis obruti, alii turpiter occubuerunt. Pauci, cum diutius errassent, uix disq; euaserunt excidium. Aiax Oilei Locrensium dux in scopulis euboicis fulminatus demergitur. Agamenon uix lares salutatat, cum nefandæ uxoris Clytemnestrę dolis ab Aegysto incautus excipit, & obtrūcat. Idomeneus e Creta isula deiectus, ad Salētinos Italiæ ppl'os fugit. Diomedes a suis minime exceptus in Italiā nauigauit. Menelaū, ut tradit Herodotus, ut a rege Protheo Helenā uxorē repeteret, in Aegyptū oportuit cū summo discrimie traiicere. Vly. Laertis fili⁹ ex Autolyca magnanimi Autolyci filia decēnio uastissimis iactatus pcellis errauit, socios, qm̄ Solis boues absūpserāt, oēs amisit. Ipse anno decimo ab Alcinoo Phęacū rege naui, & multis muneribus donatus cū discederet, ui tempestatis iterum deprehēsus solus & mēdico similis Ithacam appulit, qđ Home. ad Odysseam scribēdā luculentā materiam exhibuit, apud quē Penelope Icari, & Polycastes filia & Vlyssis uxor inter lasciuissimā procoꝝ turbā, qui ex uariis insulis in Vlyssis regiā cōfluxerāt, summa obseruātia in cōiugali fide psistit, mariti uiginti annoꝝ perægre accessum sæpius queřit. Existimabat enī nō iactari erroribus: sed aut occubuisse, aut suoꝝ, & patrię oblitū, aut puellaꝝ cōplexibus, aut aliqua orbis regio ne ociose cessare. Ex hoc Ouidius oēm est cōmētatus Epistolam suam. ex Homero Penelopen format. Sollicita enim de absente marito queritur, & ad redeūdum inuitat.

ANTO. — *Aiacis exitu.* — *Agamenonis exitus.* — *Idomene?:* — *Diomedes* — *Menelaus.* — *Vlyssis errores*



P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS HEROIDES. LIBER PRIMVS. PENELOPE VLYSSI.



Anc, tua Penelope lento tibi mittit Vlysse.
Nil mihi rescribas: attamen ipse ueni.
Troia iacet, certe Danais inuisa puellis

¶ Expositio Volsci.

Enelope tua: quę tibi hactenus in tāta procoꝝ turba pudice uixit: & cōiugalem toꝝ sine labe seruauit. ¶ Mittit tibi: poeticum est ad te diceret orator. ¶ Tibi lēto: qui deses es & nostro amore frigescis: & tuorum desiderio nō moueris. ¶ Nil mihi rescribas. Epistolę propositum est. ¶ Mihi: quæ te expecto non literas. ¶ Attamen: sed. ¶ Ipse: qui annos uiginti absens fuisti. ¶ Troia. ia. indicat facile fore: quod proposuit: potes redire. ¶ Nam Troia iacet: diruta est. elegantius Virg. idem exprimit cum dicit. Et campos: ubi Troia fuit. Dicta est Troia a Troe rege Erichthonii, & Callirhoes Scamandri filio: antea Teucria a Teucro: & Dardania a Dardano dicebatur. ¶ Inuisa: odiosa: est enim inuidere odisse: quod contra uotum nimium uidemus. ¶ Danais puellis: Heroidibus græcis: a Danao Strabo testatur Danaos nuncupatos.

Troia q̃ & Dardania Danai uñ

¶ Hubertini præfatio.



Anc tua Penelope. Quodcūq; opus legendū proponit: quis facillimū ignorato argumēto: ut sit difficile necesse est: qobrem cū officio pfessionis meæ multa enarrare: & interpretari cōtigerit: id in primis semp laborandum putaui: ut legendoꝝ argumentū pateret, deinde siqua aut in uerbis: aut in sensu obscuriora essent: diligenter explanarē: ut non mihi: queādmodū multi inani gloria adducti: sed aliis interpretari uiderer: & in nullius manus scripta mea puenirent: qui ex laborę meo fructum non perciperent. Quod qdē cū hactenus me assecutū sperem, dabo operam: ut in futurū multo magis fiat: non tñ usq; ad supfluū laborem occupari placet. Nā, ut Fabi. Quin. li. i. institutionū oratoriaꝝ inquit, Persequi qđ quisq; unq̄, uel contēptissimoꝝ hoium dixerit: aut nimiæ miseriæ: aut inanis iactantiæ est: & detinet: atq; obruit ingenia melius aliis uacatura. ¶ Nā qui oēs, ēt indignas lectione schedas excutit: anilibus quoq; fabulis accōmodare operā pōt. Atqui pleni sunt eiusmodi impedimētis grāmaticoꝝ cōmentarii uix ipsis: qui cōposuerūt, satis noti. Hæc Quin. Quāobrem cū in argumentis singulaꝝ epl'aꝝ enarrandis: tum in cęteris exponēdis mediocritatem sequemur ita: ut neq; lectorē fastidio afficiā: nec tñ quicq̄ in his nr̄is enarrationibus desidereř: qđ in hoc opere cognitione dignū uideat: persequar tñ ēt minutiora quædā: qa nō solum ab eruditis uolo nr̄a legi: sed multo magis ab iis: qui erudiri uolunt: quibus oīa plana: & apta placent. Nō. n. ad ostentationē: sed ad utilitatē nr̄a edimus: & queādmodum pecuniæ: ita operæ beneficiū indigētibus pręstandū est: & id q dem liberaliter. Sunt. n. qui: ut uideant doctiores: nō interpřationes: sed ænigmata pferant: quos cū sua ambitione relinqmus: quo plus odii sibi: q; fauoris cōparant. Ego cū intelligam interpřtem oportere esse q̄si lumen eoꝝ, quæ interpřatur: & cū oēs non potuerint multa aut audisse: aut uidisse: nō existimabo mihi turpe: sicut pueris pponi debet in scholis hoc opus, ita a me declaratū fuerit. Quod idē de plerisq; aliis (Deo mihi aspirante) breui me facturꝝ spero. Sed nūc ad instituta pergamus. Postq̄ igitur titulū operis uiderimus: & qualitatem carminis: & intentionē scribentis: ad argumentū: & textus expositionē ueniemus, Repetetur aūt paulo altius primæ epistolæ argumentum: qm̄ ex eo aliaꝝ cōpluriū epistolaꝝ argumenta pendent: in qbus postea eam ob cām erimus breuiores. Titulus operis est. P. Ouid. Nasonis poetæ Sulmonēsis Heroidum siue Heroidarum lib. incipit. Primus aūt nou addimus: qa plu-

HVBER. — *Heroidum Epistolę in libros distinctæ* — *Titul⁹ operis*

rimis placet unū tm̄modo esse librū:cū in ep̄las diuidat̄:& nō in libros:in codice tñ meo uetustissimo repi distinctionē libro

Iuuenalis satyræ i libros separati.

rum:qđ qdē licet numero ep̄lar̄ cōstet:ita fieri potuit:sicut in ep̄lis:q̄s in ponto scripsit:q̄ in libros plurimos diuidu t : & Iuue.satyræ:licet sepatas hēant sn̄ias:librorꝝ tñ numerꝝ hñt.Inueni igit̄ in codice meo uetustissimo hoc opus diuisum in libros.v.quorꝝ primus incipit:Hāc tua Penelope.ii.Littora Thessaliæ.iii.Si qua tñ cæcis.iiii.Mittit.Hypmnestra.v.& Vltimus.Mittit Abidenus.Sed in hoc nolim tñ eē cōtētiosus:aut ptinax. Epistolę sunt nūero. xx. q̄s heroidū uel heroidarꝝ appellāt:qm̄ licet aliquot ex eis a uiris scribant̄:maxia tñ ex p̄te sunt clararꝝ,& illustriū mulierū : q̄s heroidas appellant.Oui.

Heros Herois Heroine

lib.ii.Tristiū.Pria locū scās heroidas inter hr̄es.Masculinū est heros:q & semideus dr̄:& uir fortis,& uirtute eminēs:plus hoie hñs.Fœmininū uero sub forma patronymica dr̄ herois:& heroine.Oui.aūt se nō solū scripsisse has:sed & alias:q̄ nō sunt in hoc uolumine cōmemorat.iii.annorꝝ ad Macrū.Carmē aūt elegiacū:est hexametrū:& pētametrū:qđ qdē & amori

Qualitas carminis. Orationis genus. Epistolarū materia.

bus:& q̄relis:& miseriis cōuenit:ut Hora.in poetica oñdit.Versibus ipatiter iūctis q̄rimonia primū,Mox ēt iclusa est uoti sn̄ia cōpos.Quis tñ exiguos elegos emiserit author Grāmatici certāt.Genus aūt orōnis humile est:qa tali carmini cōuenit:hoc est elegiaco:qđ(ut uidimus)exiguū appellauit Hora.q̄q̄ iter elegiaca Nasonis carmina hoc maxie & sentētiis: q̄tū materia ipsa patit̄:& uerborꝝ ꝓprietate ur̄ assurgere.Materia uero est ethica.i.moralis:qa describit uarios uirorꝝ: mulierūq; mores:intētio poetæ est exercēdo ingeniū:& q̄rendo famā amoris affectus demōstrare:& oñdere:q̄tum hi differāt in mulieribus pudicis:& ipudicis:q in aliis casti amoris pietatē:in aliis libidinis:& furoris incontinentiā ꝓbant. Itaq; aliæ ad laudē & imitationē:aliæ ad libidinis,& ipudicitiæ detestationē memorant̄.Sciendū aūt est:ꝙ amoris affectus in nullis Nasonis libris melius exprimunt̄:q̄ in his ep̄lis,in qbus artis amādi exercitationē ostēdit, sicut ex orōnibus Cice.qcqd inarte

Argumētū epistolæ

dicēdi tradit̄ optime pcipit̄.Sed iā argumētū enarremus:qđ:ut supra diximus:paulo altius maioris declaratiōis gr̄a repetetur.Ad Pelei Aeaci filii,& Thetidis nymphæ eius uxoris nuptias:q̄ in Pelio Thessaliæ mōte celebratæ sunt.Diis oibus, ac deabus p̄ter discordiā inuitatis:illa indignata accūbentibus cū Ioue Iunone eius uxore,& Pallade,& Venere : in mediū earꝝ cōiecit pomū,in quo scriptū erat.Detr̄ pulchriori,cūq;(ut est mulieribus opinio de pulchritudine ꝓpria audax,& temeraria)q̄libet earꝝ se pulchriorē diceret:neq; Iuppiter uellet de hac re iudicare,ne aut uxorē,aut filias offenderet, eas remisit ad Parim,q educatus inter pastores,tūc armēta in Ida seruabat.A quo iussit eas petere huius cōtentionis iudiciū, & determinationē.Cū.n.Hecuba Priami uxor Paride grauida eēt:somniauit se parere facē,q̄ totā Troiā incendio corriperet, Haruspicū rn̄sis:& numinis oraculo Priamus cognouit oriturꝝ sibi filiū ex Hecuba:q patriæ esset futurꝝ incendium. Quare iussit uxori,ut qcqd pareret,interficeret,illa cū puerꝝ:q postea Paris ductus est:pepisset,materna pietate mota:nō sustinuit eū interficere:sed facta eius mortis simulatione,decepto Priamo:iussit eum regiis pastoribus tradi:qui puerꝝ alerent: Itaq;,ut pastoris filius:aut,ut alii uolūt:& seruus:& famulus in pecorꝝ:& armentorꝝ custodiis nutritus est.Oenones nymphæ cōiugio usus.Ad hunc igit̄ in idæis uallibus armēta seruantē cū tres deæ accessissent:seorsum cū eo q̄q; locutæ pollicitatiōibus:ut(sæpe in iudiciis fit)corrūpere tētauerūt.Nā Iuno(ut est deorꝝ regina)diuitias:& regna.Pallas gloriā : sapientiā:& rerꝝ oium cognitionē.Venus aūt uoluptatē:& pulcherrimæ in toto orbe terrarꝝ mulieris usum:& possessionē promisit.Quas auditas Paris iussit ante se nudas adesse:ut certius de earꝝ pulchritudine iudiciū afferre posset:& demū Veneris ꝓmissis magis captus,p ea sn̄iam tulit.Post aliq̄tulū tpis cū agonale certamē illic celebraret̄.Paris q fortissimus erat, ad illud accessit:in quo cū oēs:& ēt ipsum Hectora superet:Hector ira succēsus adiuit stricto gladio,tanq̄ pastorē eū esset interfecturus:Paris se eius germanū cōfessus est:qđ ut Ser.scri.allatis crepundiis:ꝓbauit:cū adhuc sub pastoris habitu lateret.

Crepūdia

Sunt aūt crepūdia infantulorꝝ ornamēta:recognitū igit̄ esse filiū suū Priamus,Paridē recepit in domū:tā̄q tāto tpe functus eēt fato:& piculo:qđ ex eo iminere audierat:q mox aliquot nauibus ædificatis Sparthā nauigauit:ubi cū a Menelao Agamēnonis regis Gręcorꝝ fr̄e hospitio exceptus fuisset:deinde ipsi Menelao contigisset in Cretā pr oficisci: ille pfidus hospes: Helenā Menelai uxorē Iouis ex Læda filiā:oium mulierꝝ speciosissimā in amorē suū sollicitatā abduxit ad Troiā.Alii,uolunt expugnata Spartha,siue Lacedęmōe:utroq;.n.noie dr̄,Helenā:quā ei Venus ꝓmiserat:a Paride abductā.Hero.dicit eā nunq̄ fuisse ductā Iliū:licet fere oēs historiographi,& poetæ aliter sentiāt:& credant eā ad Troiā deductā:ut ēt Home. oñdere ur̄.Cū igit̄ ad eā repetendā legati ab Agamēnone,& Menelao frustra sæpe missi fuissent. Agamēnon,& Menelaus tātā iniuriā armis uindicare:& Helenā bello repetere decreuerūt.Itaq; cū ad expeditionē ex uniuersa Græcia exercitū co-

Vlyssis simulata insania.

gerent.Vlyxes Penelopes admodū puellæ:quā paulo añ duxerat uxorē:& ex ea tm̄ susceperat Telemachū filiū,amore re ētus,ne iret ad illud bellū isaniā simulauit:iūctis.n.diuersi gñis aialibus arabat:& salē seminabat:quā isaniā Palamedes uir bello clarus:q regis mādato delectū faciebat,detexit:nā cū arāti Vlyssi obiecisset Telemachū,ille ne filiū læderet aratrꝝ eleuauit,& suspēsum aratrū ultra filiū trāstulit:ex quo cognitus nō esse isanus,coactus est ad bellū troianū ire ubi & Palamedis iniuriā ultus est.Nā eū falso ꝓditiōis crīe a Gręcis dānari,& lapidibus obrui,& iterfici fecit:mox in eo bello multa prudentiæ,& solertiæ documēta exhibuit,q̄ ipse apud Oui.li.xiii.Me.cōmemorauit:q̄ hoc loco uitādæ ꝓlixitatis gr̄a p̄tereo. Postremo eius opa factū ē:ut Troia decio tādē anno,postq̄ obsideri cœpat,caperet̄:uñ & ab Home.πολίπορτος.i.urbis populator dr̄,& cū i castris d̄ armis Achillis iter ip̄m:& Aiacē telemoniū ortū eēt certamē,Vlysses dicēdi facūdia ea obtinuit, mox euerso Ilio:& Astyanacte Hectoris filio e turri p̄cipitato,ne aliqs de sanguine Hectoris supasset : acceptaq; pte p̄dæ Troianæ:cū in patriā gloriosus uictor reuersus mari se credidisset:lōge cōtra uotū suū ei accidit,nā uētis,tēpestateq; actus multū,diuq; errauit,& aliorꝝ decē annorꝝ spacio ad m̄lta orbis terrarꝝ loca delat mores hoium multorꝝ uidit, & urbes. Reliq̄ de eo dicet̄ in fine epistolæ.Cū igit̄ cæteris ducib⁹,& militib⁹ græcis q bello supfuerāt domū reuersis: sol⁹ Vlysses nō reuerteret̄:neq; Penelope eius uxor cām huius absentiæ sciret:ad eū scribit hāc episto.in q̄ castū,& cōiugalē amorē suū erga Vlyssem oñdit:& eū rogat:ut nullā remittat p lr̄as rn̄sionē:sed ipsemet ueniat.Adducit aūt m̄ltas rōnes : qbus ꝓbat eū debere uenire.Probat.n.pmū a cōmoditate:qa nō amplius detineat̄ bello:qa Troia,pp quā abfuerat, capta, & euersa sit. Deinde ab honestate,& æqtate,qa cū cæteri uiri domū reuersi uxores suas p̄ntia sua cōsolent̄:& rerꝝ gestarꝝ narratiōe detineāt,ipse solus maritali desit offō:p̄serti cū ipsa:ut refert:ppetuū cōiugalē amorē in eū seruauerit. Oñdit.n.se neq; alii instāte pr̄e nubere uoluisse,& semp fuisse sollicitā de piculis Vlyssis,qđ est pię & fidelis cōiugis argumētū. Postremo ꝙ Vlydēat domū reuerti arguit Penelope ab ei⁹ utilitate:qa eo absente ei⁹ bona delapident̄,& dissipent̄.cū neq; ipse utpote mulier neq; Tele.admodū puer:neq; Laertes eius pr̄ senio cōfectus ea tueri possint.Cōmemorat aūt ei p̄cipue seniū pr̄is, & Telemachi filii tenerā ætatē,ut si eū uxoris amor,curaq; nō reducat:moueat saltē filialis,pr̄nusq; affectus:sic ergo inqt.

Hubertini expositio. Nomina uxorꝝ filiorūq; & seruorum

¶HANC tu pe.Sensus est.O Vly.Penelope uxor tua mittit tibi hāc epistolā,nolo aūt mihi rescribas aliquid:sed tu ipse uenias.⁋ Hanc.i.epistolā.⁋ Tibi len.i.tardo.⁋ Tua:subaudi uxor:nā in noibus ꝓpriis, & genitiuis ꝓnoium relatiuorꝝ uel demonstratiuorꝝ:& in ꝓnominibus possessiuis sæpe filiorꝝ:uxorꝝ:maritorꝝ:seruorūq; noia subaudiunt̄. Vir. Hectoris Andromache.s.uxor Cice.in epi.Ser.tuus.l.filius.Teren.Video forte huius Byrrhiam subaudi seruum,& notāda est hęc regula.⁋ Mittit:de se tanq̄ de tertia persona dicit:cum in sequenti uersu in prima persona loquatur:dicit enim.

¶Nil mihi

HVBER.

¶ N I L mihi rescribas:idest Non remittas mihi responsum p literas:sed tu ipse ueni:ipse hoc loco demonstratiue ponitur: nam licet per eclypsim per se proferatur,tñ subauditur:& habet teste Pri.significationem tu eius pronominis:quod subauditur,.s.tu,& est demonstratiuum. ¶ Troia,adducit rõnem,quare Vlysses,debeat,& possit uenire:dicit.n.Troiam,propter quam domo discesserat,esse euersam. Troia etiam cum regio sit Asiæ,in qua erat Ilium urbs : quam Græci euerterunt:ponitur tamen interdum pro urbe,ut Virg.omnemq; reuerti per Troiam,& hic Troia:idest Ilium,est urbs Troiæ. ¶ Iacet diruta est:& solo æquata,sicut enim urbes cum ædificantur,aut florere dicunt stare,aut surgere:ut Virg.Surgentemq; nouæ Carthaginis arcem:& idem Troiaq; nunc stares,& Ouid.Iam stabant Thebæ: ita cum dirutæ sunt,dicuntur iacere,& cadere.Ser.Sulp.ad Cice.Quæ nũc prostrata,& diruta ante oculos iacet. Virg. Ceciditq; superbum Iliũ. ¶ Certe distinguendum est;ut non dicamus certe iacet,sed certe inuisa,non enim necesse est affirmare Vly.quod Troia iacet : quia hæc ipse optime sciebat,qui fuerat præsens,&,ut dictum est in argumento,fuerat etiam ex magna parte author illius ruinæ,dicit ergo certe odio habita. ¶ Puellis danais.i.mulieribus Græcis.nã Danai a Danao rege dicuntur : qui ante Pelasgi dicebantur,& Argiui quia Danaus,unde dicti sunt,argos habitauit:Puellis autem dixit,non solum sexum sed ętatem significans,quia adolescentulæ mulieres nuper nuptæ molestius ferunt maritorum absentiam.

Troia — Stare — Surgere — Iacere — Cadere — Græci un̄ danai dicti sint

PARRH.

¶ P E N E L O P E, Hęc Amrce:uel Amæa,primũ dein Penelope dicta ab eiusdem nominis auibus,quæ expositam a parentibus educauerunt : ut Pindari scribit interpres . Alii cum Didymo tradunt a Nauplio necem Palamedis ulciscente in mare deiectam,a Penelopibus esse transnominatam,quorum ope seruata sit. Penelopes autem Plinius : Aristotelesq; & utroq; prior Aristophanes ex accipitrum genere memorat. Itaq; si Didymum sequimur; Ouid. hac potissimum de causa Penelopes epistola sic orditur. ¶ Hanc tua Penelope . Quasi dicat quæ propter te indiscrimen adducta Penelope uocata sum, Canit Homerus integro operis argumento,Penelopen absenti uiro fidem summa pudicitia seruasse per annos uiginti,Lycophron infamat:& Duris Samiis omnibus procis prostituit,ex quorum promiscuo cõcubitu Pana pepererit.Quidam Mercurii Filium Pana dicunt,& Penelopes,ut apud Herodotum.

ASCEN.



Anc tua Penelope.Quanq̃ nullus est in epistolis ordo.tñ ur̃ poeta hanc Penelopes epistolã non ab re primam posuisse.quippe ꝙ ab heroidũ decantatissima missa fingit,ab ea uidelicet:cuius maritus poetarꝫ principi Homero uigintiquatuor librorꝫ uberem ꝑbuit materiam.Et cũ in toto ope totus sit ingeniosus poeta,tñ ut Liuius in cõcionibus,ita hic in epistolis pro scribentiũ:hoc est,quos scribẽtes inducit,captu , & ingenio argutias nunc cõtrahit,nũc dilatat,ut suis locis pro opportunitate,& captu nr̃o declarabimus.Verum qa intentionẽ poetę in pręambulis diximus,& argumentũ modo expositũ est, pro ueteri instituto nostro inerudite pubi pauca , quæ grammaticen cõcernunt,prælibabimus.Meminerit ergo tirunculus in singulis uerbis poetæ, in quibus surdastri nihil boni concentus perspiciunt,nihilq; salis,atq; leporis sapiunt,esse suam uenustatem:sententiam,& uim.Discat ergo in primo uocabulo decora breuitate,quæ nihil obscuritatis habeat uti,ea uidelicet resecando , quæ superflua uideantur,eo ꝙ intellectu facillima sint,Cuiusmodi sunt locutiones sequentes.Ventum est ad uestę,subaudi,sed non eloquere,ædes,aut templum.Quarto kalendas iulias,subaudi die ante.Triduo ante diui Baptistæ,subaudi natalem,aut diẽ festũ.Paucis rem aperiã,subaudi uerbis.Testificamur his,subaudi literis. Hãc igitur tibi mittit,subaudi epistolam.Neq; tñ opus est ut adiicias.Et quia hic hæc hoc,& eorꝫ aduerbia ad primã personã,idẽ est hanc mittit,ac si dicat.ergo eã mitto. Secundo annotet,quia pronomina habent emphasim & uim suam,Semper enim uberius demonstramus,aut referimus q̃ possimus propriis uocabulis eloqui.Non capit me puer?dicam iterꝫ.Si dixerit Penelope mittit tibi epistolam,nõ tm̃ dixerit,q̃tum,ubi dicit mittit hanc q.d.quæ tuæ saluti cõsulit,quæ te ad fidissimã cõiugem uocat post tacitos errores,quæ miserias nostras exponit, quę me tuam probat.Vnde additur tua,in quo mira quoq; emphasis est,q.d.quæ inter tot procos.i.procaciter & improbe cõiugium meum petentes,& aio,& corpore tua pmansi,fida tibi,amica tibi &c. Tertio,ꝙ sicut genitiui nõ regũtur a propriis,nisi ꝑ intellectionẽ appellatiui,ut Deiphobe glauci,subaudi filia,ita nec ꝓnomina possessiua, quæ pro genitiuis ponuntur primitiuis,nunc absolutis non iunguntur propriis:nisi per subintellectionẽ appellatiuorꝫ,ut tua Penelope,subaudi uxor,aut coniux. Quarto propria nomina græca solere apud doctos suam declinationem seruare licet multa in nostram migrasse legantur,ut hæc Penelope huius Penelopes.Nam Penelopa insuetum esset . Reperitur tñ Helene & Helena.Læde & Læda &c. Quinto epitheta,idest adiectiua proprietatẽ(ut notis loquar) importãtia,esse attribuẽda pro negociis & locis,Quia ergo nihil amãti magis alienũ q̃ lentum esse,& segnem.(Nam ut hic dicet. Res est solliciti plena timoris amor)ideo bene dicit lento tibi,quasi dicat flaccido,& tepido in amore uiro,cum sim tam strenua coniux,ut etiam noctes tibi impendã reficiendo uidelicet telã , & ita illudendo procos. Sexto,ꝙ Vlysses secundũ græcã deductionẽ deberet scribi olysses aut odysses,scribitur enim Græce ὀδυσσεὺς,sed eus sæpe in es longũ mutatur , ut Achilleus Achilles, Nereus Neres,Orpheus Orphes.Vnde uolunt Orphi in datiuo dictũ in bucco.Orphi calliopea,sed nescio quo errore pro o scribitur nunc u,& pro d,l,& pro ss,x,cũ tamen sint qui scribant Olysses,& multi qui Vlysses.Nos uero quia ita plures scribunt fere,Vlyxes scripsimus,habet autẽ in uocatiuo etiam Vlyxes,tunc præsertim cum s,crebro poneretur , ut apud Cice.in carmine de sirenum cãtu apud Home.O decus argolicum qn puppim flectis Vlyxe, hic aũt reperiri Vlyxes, forte ne esset illepidus concursus Penelope,Vlyxe. ¶ Nil mihi rescribas: occurrit per responsionem antipophoram,posset enim respondere,si ad me scribis coniux,rescribam ad te,atq; ita tecum paria fecero,ad quod ipsa. ¶ Nil mihi rescribas: idest nolo quicq̃ rescribas ad me.Dicat igitur nõ petis certior fieri de me,quocirca addit attamen:idest licet nolim rescriptũ , uolo tamen noua de te,ueni igitur,dicat mittam ex meis,qui eloquantur,quod excludit dicens.Ipse quod est tu, quasi dicat in propria persona.Habet enim emphasim pronomen ipse,& excludit inferiores personas,ut Ioue missus ab ipso: quasi dicat ab eo qui summus est,& non ab inferiore.Rex ipse me semper in oculis habet &c.Habet tñ decenter officium trium personarum Primæ ut & ipsum ludere quæ uellem calamo pmisit agresti.Ipsum idest me. ipse ignotus, egens Libyæ deserta peragro.Ipse:idest ego.Secundæ ut hic,ipse ueni.&.vi.Aenei. Ipsa canas. Tertiæ, ut eiusdem tertio. Ipse canat &c. Ordo raro a nobis ponetur,quia cum binis fere uersibus compleatur sententia , facile est eum consequi in elegiacis præsertim,quorum stilus facilior est.Vltimo tamen hoc loco notabis,quia ẽm Vallam indifferenter fere dicimus:rescribas,nil rescribes,nil rescribe,& nil rescripseris,& ideo diuersos modos coniungit poeta dicens. ¶ Nil mihi rescribas: attamen ipse ueni.Nisi longior fierem dicerem tamen,a Seruio exponi aliquando pro tandem,& sic erit sensus. Nil rescribas, sed tandem ipse ueni,aut exponendo more consueto contextus est. Nil rescribas : idest nolo quicquam ad me scribas , sed tamen licet id nolo:ipse ueni:quia te plusquam literas tuas desidero. ¶ Troia iacet &c.Docet facile posse redire cum Græci cõpotes uoti effecti sint. ¶ Diruta Troia:quia tamen non redit:progreditur in detestationem bellorum : quæ ut Hora dicit matribus semper detestata sunt : sed ne suos per hoc lædat callida mulier : conuertit odium in ipsam Troiam , ipsosq; Troianos:quorum libido:& adulterium causa tanti belli fuit.

Castigatio noua carminis

NICOLAI SCOELSII LVTAREI IN P. OVIDII NASONIS PENELOPEN COMMENTARIVM.

SCOELS,

PEnelopen Icarii, & Polycastes filiam quidam tradunt, ut in hac epistola. Me pater Icarius uiduo discedere lecto. Pausanias uero Icarioti. Propertius. Quæq terunt fastus Icarioti tuos. Ouidius Icariotide tela. Lanifici laude uiguit, & inter cæteras tūc tēporis egregias pstantior, ab officio nomen cōsecuta est, ut qbusdam placet idq poetis astipulātibus. Nam πηνήιον fusus, quo subtegmen reuoluitur, dr̄. Ouidius. Quæ tm̄ lanas non sinatis esse rudeis. Iuuenalis. Vos lanā trahitis, calathisq peractis refertis Vellera uos tenui pgnantē stamine fusum Penelope melius, leuius torquetis Arachne. Nonnulli Arnæam prius dictam referūt, uel Amyren, Icarioq a parentibus expositā, & Periboeam ab auibus educatā, quæ Penelopes dicunt inter accipitrū, anserumq genus a Plinio, Aristoteleq, & comico Aristophane annumeratæ, ipsam deinde Penelopen dictā ab eiusdē nois auibus. Hæc Pindari interpres. Didymus, & cum Didymo alii nō admittunt, sed a Nauplio in mare cum deiceretur, ut Palamedis necem ulcisceretur, quē Vlyssem neci destinarat, qd Virgilius, & Ouidius canunt, a Penelopibus auibus auxiliū prestātibus inter cepta, liberata est, indeq ab auibus liberantibus sic nūcupata. In quo fallitur qdem Flauius, qui a Nauplio id incōmodi tulisse Diomedis mortem ulciscentes

Error Flauii.

Non.n. Diomedis, sed Palamedis mortē ulcisci destinarat. Quod in Virgilii.ii. Aenei. est uidere, quid referat Sino de Palamede, Vlysseq, quā quidem rem Aiax.xiii. Meta. Vlyssi obiecit. Parrhasius uero ex Didymi etymo inductus, hac potissima causa Penelopen sic ordiri arbitrat. Hanc tua Penelope. Quasi diceret, quæ pp te in discrimen adducta, Penelope uocor. Quod nō placet, ppterea qd si accidisset ante, q̄ ad Vlyssem scriberet, illud ēt apposuisset, quo fidelior Vlyssi fuisse ostēderet, atq inter cætera incōmoda, q̄ Vlyssis absentia pati se narrat, retulisset. Neq ēt si euenisset ante, q̄ scriberet: ut Vlyssis causa deiceret & Penelope ab euētu post Vlyssis discessum dicta esset, dixisset hanc tua Penelope, tum qd ignotum erat Vlyssi, tum quoq dubitationē fecisset, cuius esset epistola. Atq iccirco cū Pindari potius sentio interprete, ut ante Penelope dicta sit ab auibus educata, q̄ Vlysses ad Troiā proficisceret. Sciendū est Penelope: & cætera hmōi græca ablatiuis carere: & eorū loco datiuis uti more Græcorū: ut Arachne. Priscianus author. ¶ Volscus mittit tibi poeticū esse inquit: ad te oratorū. At Orator Cicero utrūq admittit: Terentiæ suę scribens: De cæteris inquit rebus q̄ primum uelim nobis literas mittas. Idem. eidem. Tabellarios mihi uelim q̄primum remittas, huiusmodi exempla infinita sunt.

Parrhasii expositio nō placet.

Volsci error.

¶ Expositio Scoelsii.

¶ HANC tua Penelope lento tibi mittit Vlysse. Tua: non alterius. Nam cum tādiu abfuisset Vlysses: sæpe ueritus est: an in fide: coniugioq perstaret Penelope: siue alterius nupta foret. Hæc apud Homerū clariora sunt. Descensusq ad infera: a Tyresia factus est certior. Tollit dubitationē: cum tua dicit. Penelope scribētis nomen: ut Cicero. Lento: qa non uenis: & deberes uenire. tibi: ad quē scribit. ut Curioni. sic.n. epistolarū usus est. Vlysse hñt antiqui codices: nō Vlysses. Neq audiendus est: qui Vlysses legendū putat: ne literarū illepidius cōcursus fieret. Sed illepidior multo ipse uī: qui tam insulsa narret. Namq in e missum uocatiuū sæpius habet: q̄ in s. Ouidius. Nos te poteremur Achille. Priscianus in e productum mittere probat: sic inueniri apud græcos. Ouidius. Pugnas ne reddat Achille. Non igit̄ dixit Achilles. Et stomachū magis mouet: qd nescio quo errore dicat pro o nūc v scribi. & pro d l, pro ss, x. Sed nō meminit Quintiliani: qui usui dat: non errori: & Aeolica imitatione factū: ut pro duplici ss x ponat̄. & v, loco literæ o. Quid o atq v Fabius inquit pmutatæ inuicem? ut Hecoba: & notrix. Culchides: & Pulicena scriberent. Ac ne in Græcis id tm̄ notet̄: dederont ac probaueront. Sic ὀδυσσεύς, quem Vd ssea fecerunt Aeolis ad Vlyxem deductus est. Decipiant̄ etiam: qbus nō placet pro σσ, hoc est duplici ss x litera poni. Sed non uident in grāmaticis maximus, pxi mus pro massumus, prossimus posita. Et apud Græcos Moscopulus affirmat ξ pro σσ, hoc est x pro ss poni solere. Sed Aldum doctissimū uirū admitor: qui dicit: Achillem: Vlyssemq: cū in e uocatiuū mittant: nō esse tertiæ declinationis: sed primę potius: ut Anchises: Laertes. Velim dicat: Vbi nam primæ declinationis legerit hmōi nomina? Nam sat scio apud neminē. Sed sunt secūdi flexus, ut Achilleus Achillei, Vlysseus Vlyssei: & per detractionem Achilli, Vlyssi faciunt in gtō: ut immitis Achilli. Et duri miles Vlyssi. Vocatiuū aūt in e mittunt. Quod Seruius, Probus: & Priscianus docent. Nos latius in nr̄o uariarū obseruationū libello differimus. Sunt.n. hæc noia, & filia, secundi flexus: & tertii: pmi aūt nō uidi. Vt Vlysseus, ssi: Vlysses: ssis: Achilleus: llei: Achilles: lli. Sic Orpheus: Orphis: Phileus: Philes tā apud Græcos: q̄ apud Latinos. ¶ Troia iacet. nō te Troia tenet: ad me ne redeas: nō ergo rescribe: sed ueni.

Cuiusdam errores.

Aldi error.

Vix Priamus tanti, totaq Troia fuit.

ANTO, ¶ VIX Priamus tāti: Ingerit suspitiōes: dubitat Vlyssem ideo lentum esse: ne peregrino amore teneatur: dum staret Troia: inquit: & Priamus uiueret: uix fieri potuit: quin in patriam nauigaretis. Græci enim longa obsidione fatigati: de reditu sæpius cogitarunt: quod in Iliade Home. uidetur exprimere: Diomede referente: si oēs Græci abscedant: ego & Stelenus soli in obsidione psistemus. & Ouid. Meta. xiii. quoq refert.

HVBER, ¶ VIX Priamus. uix stultū & ridiculum est: q qdam sic ordinant: uix. i. iaceret: uel uix inuisa: cū neuter sensus pcedat: sed sic intelligat̄. Priamus: & tota Troia uix meruit h̄ odiū Græcarū mulierū: h̄ est: ut earū mariti pp ipsum Priamū: & Troiā abessent: & cōsequēter hn̄ent odio. ¶ Priamus: hēt emphasim h̄ nomen ppriū. q. d. licet magnus rex. ¶ Tota Troia. i. oēs Troiani: cōtinēs p cōtento. ¶ Vix fuit tāti: ut p eius obsidionē tot uiri Grçci abessent: & sic earū uxores eā hn̄ent inuisam.

PARRH, ¶ VIX Priamus tāti &c. i. iterficere Priamū: Troiāq euertere tāti. i. operæpretiū: & Græcę puellæ tā diu uirorū cōsuetudine carerent: aut desiderarēt in acie cæsos Valerius Maximus memorabiliū nono. penæ uictoriæ eius tāti nō fuerunt.

ASCEN. ¶ VIX Priamus: tanti duplex sensus est alter ab Antonio positus: uidelicet ut Priamus dū staret in regno: & tota Troia uix fuerit tanti. i. uix reputata: aut æstimata sit tanti ualoris: ut Græci uellent illic diutius immorari: quo circa: cum Priamus extinctus sit: & Troia euersa: uidetur aliud puella obiecisse Vlyssi: qui tantum immoratur. Alter sensus est Priamus & tota Troia uix fuit tanti: ut tot puellæ Danaæ uiduæ degerent.

SCOELS. ¶ VIX Priamus tanti. tanti Nōnulli referūt: Troia uix tanti fuit: ut esset inuisa a puellis Danais. Parrhasius aliter sentit, sed nihil ad rem. Ego longius procedo: q̄uis Hubertinus non approbet: ductus opinione sua: qui si diligētius perscrutatus esset: alr̄ sensisset: ut ad iaceret referat̄. Et erit sensus Troia certe a puellis Danais inuisa: iacet: diruta est, Priamus: totaq Troia uix tāti fuit: ut sup. iaceret. Vix Priamus: atq Troia: ēt qd inuisa esset: exitiū meruit: cū tu nō redisti: & ego maneo qualis Troia durante manebā: Vitq mihi dempto fine carēdus abest. Vtilius starent: ēt mihi moenia Phoebi. Scirē ubi pugnares: & tm̄ bella timerem: Et mea cū multis isicta q̄rela foret. Vel si tanti ad certe inuisa referat. Hoc erit: qd suos quęq amatores amiserunt puellæ Danaæ: dū pergama parant̄ ire. Siue qd pleræq oēs bello: terra: mariq suos amiserunt amātes: ubi perierunt: cuius Troia pbuit causam. Catullus: Troia nephas cōe sepulchrū Europæ: Asiæq: Troia uirū: & uirtutum oium acerba cinis. Sic suū Achillem Briseis fleuit: & Protesilaum Laodomeia. Iccirco inuisa. Vel ppea inuisa erat: qd mulieres ipsę: quæ Troiam tendebāt suū quæq propriis manibus uirū armabat dumq arma imponeret: oscula iūgebat: simulq

Parrhasii nihil cōuenit.

Hubertin9 negligens.

simulq; & uicissim accipiebat, ipsę uero Danaę his rebus carebant, quæ amātibus periocundę sunt. Quod Laodomeia declarat. Troadas inuideo, quæ si lachrymosa suorum Funera conspicient, nec procul hostis erit. Ipsa suis manibus forti noua nupta marito Imponet galeam, barbaraq; arma dabit. Arma dabit, dumq; arma dabit, simul oscula sumet. Hoc genus officii dulce duobus erit. Producetq; uirum, dabit & mandata reuerti, Et dicet referas arma face illa Ioui. Iste ferens dominæ mandata recentia secum, Pugnabit caute, respicietq; domum, Exuet, & reduci clypeum, galeamq; resoluet. Excipietq; suo corpora lassa sinu. Nos sumus incertę, nos anxius omnia cogit. Quę possunt fieri, facta putare timor. Hęc sunt, quæ in inuidiam Troiam adduxerunt Danais puellis.

O utinam tunc cum Lacedæmona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis:

ANTO. ℂO VTINAM: precatur in Paridem: cum hac poetica exclamatione: qui cū Helenam rapuit: tātorum malorum prębuit causam. ¶ Lacedæmona: Lacedęmon Peloponēsi urbs Menelai regia nuncupata a Lacedæmone Iouis filio ex Taygete Atlantis & Pleiones. ¶ Adulter: Paris Priami filius: qui ex Lacedæmone Helenam rapuit: de quo dicemus. ¶ Aquis insanis. i. magnis in alto furentibus hellesponti undis. *Lacedęmō*

¶VBI eſt nunc Hymenæus.i.deus nuptiarum:ut accipiendo per metonimiam.:deum pro re,cui præeſt:ubi eſt nunc uſus matrimonialis promiſſus in annos ſocios:ideſt coniugales ſocialiter tranſigendos.¶ Per tuum auum ſcilicet Neptunum Aegei patrem:aut ipſum Aegeum.¶ Per uenerem & tela ſcilicet Cupidinis arcum.& faces:ad quæ alludit Virgil.in principio quarti dicens.Vulnus alit uenis & cœco carpitur igni,nam tela uulnus procreant:& faces incendium. Nimium mihi facientia:ideſt nimium in me potentia:aut mihi nimium moleſtia:Iunonem ſcilicet pronubam:de qua Aenei.iiii.Iunoni ante omnes,cui uincla iugalia curæ:toris autem maritis:ideſt maritalibus,ſeu ſimpliciter dixit.¶ Per ſacra deæ tediferæ:ideſt Cæreris:unde in eodem quarto legiſere Cæreri &c.

ASCEN.

ANTO. ¶Credidimus, relicit credulitatis culpam in puellarum simplicitatem: & uirorum perfidiam: credidimus tuis blãdiciis, & facunde dictis. ¶Generi: nominibusq; tuis: neptunus ad fidem adhibendam me impulit: a quo te genus ducere iactabas. ¶Artes, fallacias. ¶Eunt: fluunt. ¶Qua iu. in quãcunq; uis partẽ. ¶Diis quo. per quos iurasti. ¶Tot pi. tui reditus testimonia & affirmationes. ¶Capi. decipi. ¶Qualibet parte: uno ex his pignoribus me decipere potuisses: ut te rediturũ credidissem. ¶Nec moueor: ne uideatur oblectare: beneficia deprimit per ratiocinationẽ aliqua: ut amplificando reliqua maiora uideantur. ¶Te iuui: cum esses indigẽs & extorris. ¶Portu, in quo conquassata classis recepta est. ¶Loco: in regno. ¶Summa, finis & terminus ferendi officii. ¶Pœnitet: molestũ & graue est. ¶Cumulasse per amorum lasciuiam hospitalitatẽ auxisse. ¶Ante illam noctem: qua tecũ fui. ¶Fuisset suprema: extincta fuissem. Honesta: pudica. ¶Speraui melius, pathos a loco: qui dicitur prçter spẽ. ¶Te me. meo merito obstrinxisse. ¶Venit æqua: ex sententia simplicitatem excusat: recta enim spes est quam pariunt merita. (Recta spes quæ sit.) ¶Gloria opero. parta per difficultates & labores: hoc est. non est difficile. ¶Fallere puellã: cõmiseratio ab ætate & sexu. ¶Credentẽ. simplicem. ¶Simplicitas simplex puella. ¶Fauore: gratia & tutela. ¶Dii faciãt. ĩprecatione utitur ubi alia nõ datur ultio. ¶Sit summa terminus & finis: hoc est nunq̃ maiorẽ laudẽ assequaris. ¶Statuaris: erigaẽ tibi statua. ¶Media urbe, mediis athenis Thesei ædes in umbilico urbis fuerũt: ut aristides scri. iuxta forũ in locoq; appellatus est periphrastos. (Thesei ædes ubi.) ¶Inter & ægi. iter fratres tuos & patrem: qui ab ægeo ducũt genus. ¶Pater: theseus. ¶Stet: in statuã erectus sit. ¶Suis titulis: suis gestis: quæ in uertice capitis statuaꝝ scribebanẽ. Pl. primas statuas scri. Athenis erectas harmodio & Aristogitoni tyrãnicidis q̃ fuerũt multo post theseũ.

Credidimus blandis, quorum tibi copia, uerbis
Credidimus generi: numinibusq; tuis.
Credidimus lachrymis: an & hæ simulare docentur?
Hæ quoq; habent artes: quaq; iubentur eunt,
Diis quoq; credidimus: qd iã tot pignora nobis?
Parte satis potui qualibet inde capi.
Nec moueor, quod te iuui, portuq;, locoq;.
Debuit hæc meriti summa fuisse mei.
Turpiter hospitium lecto cumulasse iugali
Pœnitet, & lateri conseruisse latus.
Quæ fuit ante illam, mallem suprema fuisset
Nox mihi dum potui phyllis honesta mori.
Speraui melius: quia te meruisse putaui
Quæcunq; ex merito spes uenit, æqua uenit.
Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria, simplicitas digna fauore fuit.
Sum decepta tuis & amans, & fœmina uerbis
Dii faciant laudis summa sit ista tuæ.
Inter & ægidas media statuaris in urbe
Magnificus titulus stet pater ante suis.

HVBER. ¶Credidimus: ut maiorem captet cõmiserationẽ: & ut fraudẽ Demophoontis magis amplificet: multa cõmemorat in Demophoonte: quorum singula: ne dum omnia simul potuerũt eã decipere: & inducere ad ei credendũ. ¶Credi. blã. uer. nã facundia quæ est quædã nõ arte comparata: sed naturalis dicẽdi gratia: multũ ualet ad amorem cõmouendũ: unde Oui. infra de arte. Non formosus erat: sed erat facundus Vlyxes. Et tñ æquoreas torsit amore deas. Idem probat Virg. ii. Aene. hærent infixi pectore uultus: uerbaq;. ¶Generi: nobilitati tuæ domus: ex qua non potui mihi persuadere uirum perfidum posse nasci: generis enim conditio plurimum ualet ad fidem faciendã. ¶Numinibusq; tu. melius legendum dixerim nominibus: ut recte coniungatur. credidimus generi: & nominibus tuis: nã se diis credidisse dicet inferius. ¶Diis quo. cre. esset ergo iteratio superflua. ¶Lachrymis: quæ etiam ut ostendit Quintilianus uim maximam habent commouendi: & fere persuadendi. ¶Hæ. s. lachrymç. ¶Et. i. etiam sicut tu. ¶Docentur si. i. discunt ostendere exterius falsos animi affectus: sicut uerbis simulasti quod non habebas in pectore. ¶Artes: dolos. ¶Eunt qua iubentur: idest quatenus illis iubes: & uis eas ire: quod Iuue. attribuit mulieribus fraudem parantibus: sic dicens: uberibus semper lachrymis: semperq; paratis instatiõe sua: atq; ipsis spectãtibus illã: quo iubeat manare modo. ¶Diis quoq; per quos iurasti mihi. ¶Tot pignora. ¶Quid nobis. s. opus erant. ¶Capi: decipi. Inde ex his supradictis. ¶Nec moueor: nec irascor: aut pœnitet me. ¶Loco: hospitio urbis: & domus meæ. ¶Summa finis. ¶Meriti: beneficii. i. non debui facere maius benefitium: q̃ recipere te portu & hospitio: sed plus feci: & ideo subiungit. ¶Turpiter hospitium: sensus est pœnitet me post datum tibi hospitium: addidisse etiam lecti mei societatem & tecum me copulatam fuisse: & concubuisse: qd q̃ honestissimis uerbis potest exprimi: dicens. ¶Et conseruisse: idest coniunxisse latus lateri. ¶Cumulasse hospitium: idest addidisse hospitio lectum connubialem. ¶Quæ fuit optat se fuisse mortuam una nocte antequam cum Demophoonte coniuncta foret, quia sine infamia mortua esset. ¶Mallem: optarem potius uellem. ¶Suprema: ultima. ¶Speraui melius idest bene. ¶Quia me meruisse putaui: me legendum est nõ autem te: ut & sensus exigit: & codex meus uetustissimus habet. ¶Quæcunq;: sententiæ est exornatio: & est sensus: æquum est eum bene sperare: qui de aliquo bene meruit. ¶Fallere etiam sententia est. ¶Operosa: magna: aut difficilis: ab opera: idest a labore dicitur: interdum ab opere: ut Ouidius primo Meta. & mundi moles operosa laboret: idest magni operis. ¶Simplicitas: facilis credulitas mea. ¶Fuit digna fauore: meruit potius laudem: q̃ fraudem: aut reprehensionem. ¶Et amans & fœmina duo posuit, quæ facile decipi solent: amans scilicet ego, nam ut ipse Ouidius inquit. Credula res amor est: & fœmina quæ etiam facile credit: unde & poeta: una dolo diuum si fœmina uicta duorum est. ¶Ista sit summa tuæ laudis: idest si hoc tibi laudi ducis: utinam nihil aliud unquam facias: quod sit laude dignum. ¶Inter & ægidas: subaudi: diu faciãt. ¶Vt statuaris. idest colloceris. ¶In media urbe: athenarum. ¶Inter ægidas, idest inter maiores tuos: qui ab ægeo fuerunt. Nam statuæ clarorum in publico proponebantur: cũ titulis rerum gestarum ut infra ostendet. ¶Pater tuus. Theseus. ¶Magnificus: splendidus. ¶Suis titulis, rerum clararũ quas gessit, ex quibus aliquot numerat.

PARH. (Scyron de quo supra.)

ASCEN. ¶Quid iam tot pignora nobis, idest ad quid tot ad me decipiendum opus erat argumentis, ergo potius satis capi qualibet parte inde, idest illorum pignorum. Nec moueor, ꝙ te tenui, quia dixit. At laceras etiam puppes furiosa refeci, ne beneficiũ exprobrare uideatur, dicit sibi id solũ dolere, ꝙ amisso pudore illi obsecuta sit ad nuptias, quas modo cõtemnit. ¶Fallere credentem unde est illud Aeneidos quarto. a Iunone per ironiam dictum. Egregiam uero laudem. & spolia ampla refertis. Tuq; puer tuus, magnum & memorabile numen: Vna dolo diuum sit fœmina uicta duorũ. Summa tuæ laudis, idest ultra quam nunquam merearis maiora. cum tamẽ dicat Aeneas Aeneidos secundo. Et si nullum memorabile nomen fœmineam pœna est, nec habet uictoria laudem &c. ¶Inter Aegidas. i. Aegei filios & nepotes stet pater. s. Theseus Herculis socius, qui interemit Scironem & Procrustem & Scinim latronem, aut Scinona, nam uerius Scinũ dicitur: & Minotaurum monstrum biforme, ut docet Virgilius in sexto. Item Creontem Thebarum regem & cẽtauros, post quæ facinora descendit ad inferos, ut inde Pirithoum abduceret. Vnde dicit. Et pulsata nigri regia cæca dei. i. ditis seu Plutonis, nõ autem legendum est regia cæca ditis: quia dis ditis siue adiectiuum, siue substantiuum penultimam genitiui producit.

¶Cum

¶Cum fuerit lectus scyron:auget thesei gesta:ut tãto magis insimuleť demophoon,q ab illius uirtute degenerarit.Scyron filius fuit canethi & Heniochespythei locũ in megara habitauit:quẽ dixerunt petras.Scyronides uiatores spoliatus pcipites agebat:alii tradunt hospitibus ieiunare coactis,panẽ pedibus offerre consueuisse,apprehendẽtes calcibus in mare de prçcipitio deturbare.Megarẽses scribũt uirum bonũ fuisse:& eius filiã Endeidẽ,Eaco Iouis filio nupsisse:& ex his natos esse Peleũ & Telamonẽ:ut Plutar.author est.Scyronẽ Theseus peremit:cũ athenas iret.¶Procrustes corydalũ acticæ locũ habitabat uiatores lectũ cõscendere cogebat.Lõgiores amputabat:distrahebat breuiores donec cũ lecto æquarentur, quẽ Theseus trucidauit:ut Diodorus authoŕ est.¶Scynis:latro sæuissimus in isthmo corinthiaco alligatos arborib⁹ hoies discerpebat in frusta.Plu.scribit in uarias formas se uertere cõsueuisse.¶Forma mixtaq; uiri.& tau.Minotaurũ circũscribit, quẽ labyrintho clausum sustulit Theseus falsi scribũt taurum Minois ducẽ bello nauali a Theseo supatũ.philochorus Athletã fuisse tradit,& a Theseo in certamine supatũ.¶Thebæ domitæ thebas cadmus phœnix cõdidit in bœotia.Creõtẽ thebaꝝ regẽ theseus interemit,qm̃ argiuis sepulcurã negasset,ut scri.Papi.Bimẽbres:cẽtauros,cẽtauri.¶Iunonis & ixionis filii in nuptiis pirithoi q̃ gestæ sunt in mõte pelio Hippodamiã Atracis filiã,pirithoi uxorẽ rape uoluerũt,orta pugna,alii trucidati:alii in fugã acti sunt.Rẽ gesserũt Theseus,Nestor peleus:& alii heroes.¶Pulsata regia ditis.Theseus ad inferos,ut pserpinã rapet descẽdit pirithoi amici gratia.Cerberus perithoũ assumpsit.Theseũ Hercules liberauit.Philochorus tradit Adoneũ Melossoꝝ regem ex pserpina habuisse filiã erinnym & canẽ cerberũ noie ppo suisseq; certamen ut qui cerberũ superasset filiã uxorẽ duceret,& cũ aiaduertisset:Theseum perithoũq; non ut pcos accessisse:sed ut puellã raperent:utrũq; cepisse perithoum cerbero deuorãdum obiecisse,theseũq; in custodiam adactum in gratiã Herculis liberasse ¶Dis,est diuitiarũ & inferorum deus:ut Straboni placet.

Cum fuerit scyron lectus:toruusq; procrustes,
Et scynis & tauri mixtaq; forma uiri.
Et domitæ bello thebæ fusiq; bimembres,
Et pulsata nigri regia cæca ditis.

ANTO. Scyron q
Procrustes qui & ubi habitauerit.
Scynis qui fuerit & q̃ icoluerint regionem
Minotaurus qui.
Thebarũ conditor
Cẽtauroꝝ interitus.
Proserpiæ fabula
Dis q fuerit.

¶Cum fuerit:corrigendus est hic textus,non enim legendum est Chiron:sed scyron & procrustes.Scyron autẽ latro fuit, quẽ uiatores spoliantẽ uersus Megaram Theseus interfecit,& saxo præcipitauit,quod adhuc ut historici perhibent:Scyroniũ dicitur Oui.in met.Scopulo nomen scyronis inhæret.Quidam autem ferunt hospitibus per iniuriam cibum porrigere solitum:ieiunare coegisse,deinde calce percussos in mare p̃cipitasse,quo genere mortis eum Theseus affecit.¶Toruus crudelis.¶Procrustes,dicitur a procruo uerbo græco.i.impello.Is Polyphæmonis cuiusdam filius:hoc genere suppliciii hospites afficiebat,eoꝝ corpora lecto imponebat,quæ si erant lõgiora lecto mutilabat:si breuiora ui trahebat:& extendebat in parem longitudinẽ lecti,hunc Theseus domuit.Et Scynis,ita legendũ est,is crudelissim s hospitum corpora curuatis arboribus alligabat:deinde arbores in altum dimittebat,ita q; corpora lacerabantur,quẽ Theseus ẽt interfecit. de quo Ouidi.in Ibin.Quinq; trabes pressas ab humo mittebat in auras:æquoris aspicias huius & huius aquas,& de hoc puto Ouidiũ sensisse met.lib.vii.Cũ dixit,occidit ille senex magnis male uiribus usus,Qui pot rat curuare trabes,& agebat ab alto,Ad terram late sparsuras corpora pinus:item Claudianus supradictos inter crudelissimos numerat:libro primo in Ruffinum.Quid tale imanes unquam gessisse feruntur:uel Scynis Isthmiaca pinu:uel rupe profunda scyron:uel phalaris tauro uel carcere Sylla.¶Et tauri mixtaq; forma uiri.i.minotaurus:quẽ poetæ fabulantur fuisse semihoiem,& semibouem:ferunt enim ut scribit Diodorus Minoem Cretẽsium regem de more solitum neptuno sacrificare taurum speciosissimũ:cũ ei taurus esset pstantior:sacrifi asse deteriorẽ.Qua ex re neptunus Minoi iratus eius Tauri,quẽ ille sacrificare noluerat:Pasiphaæ eius filiæ turpẽ amorẽ iniecit,cui añ dędali signũ pulcherrimæ uaccę,quã taurus amabat:factũ est:cui pasiphaæ supposita cũ tauro cõcubuit ex quo fabulis decantatũ Minotaurũ genuisse fertur duplici:ut dictũ est,natura,q; usq; ad humeros taurus,cætera hõ fuit,ad hoc monstrũ nutriẽdũ aiunt dædalũ labyrinthũ fabricasse,difficiles habentem egressus:& inscíis penitus irremeabiles,in quo incluso minotauro.vii.atheniẽsium pueri.totidẽq; puellæ singulis ãnis:ex decreto minois,q atheniẽses obsidione:qua eos circũdabat,ea lege liberauerãt mittebant.Missus igiť Theseus:cũ ariadne filia minois,eius amore deperiret,accepto ab ea filo,quo posset e labyrintho egredi:minotaurũ interfecit,reliqua de ariadne dicentur loco suo.¶Et domitæ bello thebæ:longa esset historiæ narratio,si ab laio patre oedipi exordiremur,satis igitur sit breuiter dicere:quæ ad hunc locũ pertinent.cũ Eteocles & polynices filii oedipi de regno inter se dessidẽtes mutuis uulneribus cõcidissent:& præterea multi duces,aliiq; plurimi mortales:q ad bellũ thebanũ uenerant:occubuissent thebaniq; sepeliẽdi facultatẽ denegarent,adrastus qui solus ex ducibus supfuerat,illis insepultis relictis rediit argos.Cum nullus auderet hos tumulis condere soli atheniẽses,q aliis uirtute præstabãt oẽs sepeliuere.Theseus aũt præcipue adrasti prçcibus hoc fecisse ferť,postea cũ filii eorũ q in bello interierãt parentũ mortẽ ulturi ex oraculo Alcmeonem amphiarai filium ducẽ elegissent contra thebanos bella mouerunt.Eo.n.duce expugnatio urbis ab oraculo promittebatur,Acerrima igiť cõmissa pugna thebani attritis uiribus multisq; amissis ciuibus uicti sunt thebæ captæ hac dirutę sunt.hoc in bello uirtus thesei maxime emicuit.unde ei tota hic ascribiť uictoria,cum tñ alii non sic scribant,& multi herculi attribuant.¶Fusiq; bimẽbres,centauros dicit.ex Ixione & nube a Iunone quã ille de cõcubitu interpellauerat obiecta:genitos parte anteriore hoies,posteriore equos pirithous hippodamiã despõdisset:& centauros & theseũ sibi cõiunctissimũ ad nuptias uocasset & illi uino ebrii,tum hippodamiæ:tum cæteris fœmininis,quæ nuptiis aderant uim sofferre tentarent:hac iniuria:tum theseus tum laphitæ qbus perithous imperabat,cõmoti,multos ex centauris peremerũt,reliquos ciuitate eiecerũt,elegit igiť poeta uerbũ utriq; rei aptum,Nã fusos:& cæsos intelligimus & fugatus.nõ ignoramus tñ hanc historiã uarie scribi:& quosdã sentire Herculẽ huic pugnæ:interfuisse.Sed quæ diximus & huic loco cõueniunt:& a Diodo.referunť.¶Et pulsata nigri:ex historia locus fabulæ factus est.Scribitur.n.a grçcis in uita thesei.adoneũ molossorũ regẽ uxorẽ pserpinã noie habuisse,filiã uero erinnym,canẽ cerberũ:iussisseq; ut q eius filiã optaret uxorẽ cũ cerbero pugnaret:qđ si illũ superasset: eã assumeret uxorẽ:multi ad hanc,ut pci conuenerãt:uerũ cũ rex animaduertisset theseũ & perithoũ nõ ut procos uenisse:sed ut eã furto auferrent eos cõprehendi iussit,& perithoo a cane intercepto.Theseũ in carcere seruandum tradidit: hoc habet historia.Dio.tamen magis fabulam secutus refert Perithoum cupiens proserpinã uxorẽ habere,rẽ cum theseo cõicasse.uerũ cũ pp rei impietatẽ,pposito theseus eũ auertere conaret:ubi illũ pseuerantẽ:& se ab illo in iusiurandum ad pserpine uim & raptũ adigi uideret se sociũ & adiutorẽ pbuit.cũq; ad inferos,ut eã raperent ambo descẽdissent.uterq; ibi captus.Sed postmodum in gratiã Herculis liberatus est theseus:perithous apud inferos detẽtus:luit sempiternas suæ impietatis pœnas.qdã scriptores utrũq; tradũt ab inferis rediisse,hanc igiť fabulam nũc tãgit.¶Et regia cęca.i.aula obscura. ¶Nigri dei.i.Plutonis.Pulsata.i.uim quãdã intrata & occupata a theseo.Notandũ est:qđ ubi legiť ditis:legẽdum est dei. Nam ditis primã naturaliter habet longã:& sic non staret hic uersus,quod autem sit longa ex multis exemplis hoc Virgilius in sexto æneí.fit satis.Noctes atq; dies patet atri ianua ditis,nusquam autem legitur prima breui.

HVBER. Procrustes de quo supra.
Scynis de quo supra
Minotaurus de quo supra.
Bellũ thebanum
Cẽtauri de qb⁹ supra.
Proserpia de q̃ supra
Dis habet primã longam.

ANTO.

¶ IMAGO tua.statuta tibi erecta. ¶ Signetur:hoc titulo,hunc titulū in uertice contineat. ¶ Hic est:Demophoon q amātem & hospitem puellam decepit. ¶ Cressa relicta:Ariadna cretensis Minois filia. ¶ Relicta:in naxo insula.dormiens siue p dolos:siue qđ ita Bachus in somniis monuerit:ut Dio.maluit. ¶ In tu.in.ut imitareris obseruasti. ¶ Excusat.patris exēplo te purgare potes. ¶ Agis hæ.suscepisti pfidiæ hæreditatē,nō uirtutis. ¶ Illa:ariadna licet destituta sit a these o:tū fruitur marito meliore:hoc est Bacho. ¶ Capistratis tygribus:uehiť curru Bachi:quē tygres trahunt. ¶ Nec inuideo,si tu redieris. ¶ At despecti Thraces,quos tua causa contēpsi:cōmiseratio est a cōparatiōe:confert.n.incōmoda cōmodis. ¶ Atq; aliqs ait:irrisionē Thracū ponit. ¶ Doctas athenas:omniū bonarum artium inuentrices:ut scri.Cice. ¶ Thracem armi.bellicosam Thraciam:Thracem græce pronnnciauit:latine Thraciam dicimus. ¶ Exitus acta probat.per Ironiam Thracū uerba repetit:qui Phyllidis consilia a fine dānabant. ¶ Careat successibus,purgat se a fortuna. ¶ Successib⁹ fœlicitate. ¶ Ab euētu:a casu nō a fine. ¶ Notanda iudicanda,& probanda.

Thrace

Hoc tua post illos titulo signetur imago,
  Hic est cuius amans hospita capta dolo est.
De tanta rerum turba factisq; parentis:
  Sedet in ingenio cressa relicto tuo.
Quod solum excusat:solum miraris in illo,
  Hæredem patriæ perfide fraudis agis.
Illa nec inuideo fruitur meliore marito:
  Inq; capistris tygribus alta sedet.
At mea despecti fugiunt connubia thraces,
  Quod feror externum præposuisse meis.
Atq; aliquis iam nunc doctas eat inquit athenas:
  Armiferam thracem,qui regat,alter erit:
Exitus acta probat,careat successibus opto:
  Quisquis ab euentu facta notanda putat:

HVBER.

¶ TVA imago,tua statua. ¶ Hoc ti.hac inscriptiōe. ¶ Post ill.i.titulos pr̄is tui quos supra diximus. ¶ Hinc est.ecce titulus quē uult Demophoonti inscribi q ad ifamiā ptinet,qđ & amātem & hospitā decepit:ordo est:hic est.s.ille Demophoon,Cuius do.am.hospi.s.phyllis:& duo posuit q̄ eius dolū & crimen aggrauāt,ut dictū est supra. ¶ Capta,decepta. ¶ De tā.sensus est:det factis tui pr̄is,remāsit tibi tm̄modo memoria fraudis:qua ille usus in ariadnē:nō aūt alicuius ex supradictis probitatibus parētis. ¶ Patris tui:thesei. ¶ Sedit,stetit. ¶ In inge.tuo.i.in animo tuo. ¶ Cressa.i.ariadne cretēsis.Cressa aūt nō a masculino cressus uenit:sed a cres,cuius gtūs est cretis. ¶ Relicta:deserta a pr̄e tuo.Vt plenius diceť in ep̄la ariadnes ad Theseū. ¶ Miraris:imitaris.Luc.Miratorēq; Catonis.i.imitatorē.Virg.Primis & te miret ab annis.Nā pclara igenia q̄ miranť ea facile imitanť.Vn̄ aňcedēs p consequēti poniť.i.mirari.p imitari. ¶ Heredē agis.i.es hr̄s.Ornatus est.n.dicēdi modus hic agit legatū.i.legatus est:hic agit hæredē.gratū est hæres. ¶ Fraudis patrie.i.paterne:nō aūt uirtutis. ¶ Illa nec iuideo:cōparat fortunā suam cū fortuna Ariadnes & illi ex fraude bene successisse:sibi uero pessime ostendit. ¶ Illa,Ariadne. ¶ Fruit,gaudet. ¶ Meliore,q̄ patre tuo:quia ille erat mortalis Bachus uero deus. ¶ Nec inuideo,nec doleo. ¶ Sedet alta.i.cælsa,& læta. ¶ In tygribus capistratis.i.frænatis,hoc est incurru Bachi:quem a tygribus trahi dicunt.Virgi.lib.vi.æneí.Nec q Pampineis uictor iuga flectit habænis Liber agens cælso nisæ de uertice tygres.Hanc soiam,qđ meliorē adepta sit maritum.Ipse lib.iii.Fasto.ostendit.Iam bene periuro mutarat coniuge Bachum.Quæ dedit ingrato fila regenda uiro.Sorte thori gaudens:quid flebā rustica dixit.Vtiliter nobis pditus ille fuit. ¶ At coniunctio aduersatiua hoc loco.q.d.non ita mihi euenit sicut Ariadnæ. ¶ Despecti,cōtempti a me,& ut inquit Dido.Quos ego sum totiens iam dedignata maritos. ¶ Quod.i.quia. ¶ Feror:dicor. ¶ Præposuisse.i.connubio. ¶ Externum.i.Peregrinum & ignotum. ¶ Meis.i.thracibus:hæc enim solet esse causa acerbissimi doloris & indignationis his,qui spernuntur unde & hyarbas apud Virgilium maxime hoc q̄ritur de Didone:quod sibi Aeneam extremum proposuerit,Fœmina quæ nostris errans in finibus exul.Cuiq; loci leges dedimus connubia nostra.Reppulit:ac dominum æneam in regna recepit. ¶ Atq; aliquis deridens me. ¶ Inquit ea.s.Phyllis.athenis.q.d.quas plus amauit:q̄ thraciam cum maluit maritum Atheniensem:q̄ thracem. ¶ Doctas:quoniam illic omnium liberaliū artiū florebant studia:unde & pallas dicitur ei urbi nomen:dedisse. ¶ Alter:idest alius pter ipsam Phyllida. ¶ Thracem:accusatiuus est a nominatiuo Thrace:nam regio ipsa dicitur Thrace:& latine Thraca Horatius Thraca ne uos,ebrusq; niuali compede uinctus.Item dicitur Thracia. ¶ Armiferam:bellicosam. ¶ Exitus acta pbat:sensus est:a fine demonstrantur hominum facta,& est sententia exornatio. ¶ Careat successibus:& cætera.Sensus est male illi eueniat:qui non a fine rerum:sed ab euentu facta hoīum denominat:& notat:multa enim solent euenire ante finē:quæ uidentur esse mala,quæ postea ex fine cognoscuntur esse bona:ut exempli gratia:aliqua puella mediocris conditionis nupsit amatori diuiti clam,& nescientibus parentibus suis reprehenditur hoc factum ab his:qui hoc sciūt:ac si ducatur uxor ab eo,omnes dicunt eam sapienter egisse,ita hic est intelligendum,sunt autem uerba Phyllidis dicentis,finis ostendit qualia sint facta.quasi dicat potes adhuc prouidere ne uideat male fecisse:cum te recepi in hospitio & coniugio, ideo male illis eueniat,qui ante finem iudicant de his quæ feci per ea,quæ euenerunt:quia nondū redimisti,nā adhuc redire potes. ¶ Opto:Deum precor ut ille. ¶ Careat successibus:idest prosperitatibus. ¶ Notanda,iudicanda. ¶ Ab euentu idest a casu:non a fine:qui potest uenire mihi melior uel certe a fine,quem ego respexi,& propter quem feci.nam finis mei facti fuit,pdesse mihi & meis accipiendo te maritum,ergo ab hoc fine intentionis meæ,& non ab eo quod euenit iudicandum est id quod feci.nam finis meæ intentionis fuit bonus,licet euētus fuerit malus,& hic sensus uidetur esse melior & uerior,q̄ superior:licet uterq; possit accommodari. ¶ At si,sensus est reprehendor:dicor male egisse,sed si ad nos reuersus fueris,omnes dicent me prudenter egisse:& ita exitus probabit acta mea non fuisse mala.

Cressa unū formetur

Agis hæc edem.

At q̄ cōiunctio sit.

Trace & thraca.

PARH.

¶ Excusat agnoscit male factū excusamus.n.peccata.Theseus aūt deprecabať hanc culpa q̧ in somniis esset a libero monitus ut eam relinqueret. ¶ Ab euentu,a casu nō a uoluntate & proposito.M.Tullius Epist.primo.Sed hæc sententia sic etiam illi & nobis placebat,ut ex euētu homines de tuo consilio existimaturos uideremus,si cecidisset ut uolumus & optamus omnes te & sapienter & fortiter sin aliquid esset offensum eosdem illos & cupide & temere fecisse dicturos.

ASCEN.

¶ Sedet in ingenio,idest Placuit:ut septimo Aeneidos.Et sedet hoc animo.Puella cressa.i.cretensis Ariadne.s.Minois filia a Theseo patre decepta.in quo solo facto eum imitaris:historiæ ac fabulæ iam recitatæ sunt. ¶ At mea despecti. Docet q̧ & Dido apud Virgilium se suis inuisam esse,quia externum prætulit eis:Atq; aliquis.Ordo est, atq; aliquis.s. Tracum inquit,eat.s.Phyllis contēptrix suoꝝ Athenas doctas:ut sequatur Mœchum: quia alter erit qui regat Thracem.i.Thraciam:a nominatiuo Thrace:& ita per n scribitur, armiferam.i. bellicosam & patriam Martis geticis qui præsidet aruis,sunt enim uicini:Exitus acta probat,& sup.aliquis(inquit)exitus probat acta.i.euentus rerum docet qualiter inceptæ sint,quasi prudenter,incœpta non possint malum habere exitum.Ad quod respondet Phillis careat successibus opto quisquis ab euentu facta notanda putat:quia sæpe prudentissime cœpta infœlicem sortiuntur exitū,Vnde qui dānabant quia Demophoon non redibat,laudarent si rediret, Quapropter addit.

¶ At si,

ANTO.

¶ AT si nostra tuo: confirmat purgationē a successu: si det qualis speraē exitus: si inqt redeas. ¶ Dicar. cōsuluisse: pbabūt nostra cōsilia. ¶ Sed neq̧ consului: fateē simplicitatē reiiciens in aduersariū culpā: mea cōsilia nō sunt pbanda: qm̄ nō redibis. ¶ Lauabis mēbra uetusti moris est: ut peregre uenientes: cū primū lares attingunt se lauent. ¶ Bistonia Bistonius lacus in Tharacia est. ¶ Illa meis oculis: amplificatione utiē cū demonstratione sui officii & Demophoontis pfidia. ¶ Species: imago tui i discedētis uersaē añ oculos meos. ¶ Cū pmeret portus: cū nondū hora soluisses. ¶ Ausus es amplecti: simulatas blandicias arguit. ¶ Expectē: acclamatio est cū geminatione uerbi ad cōmouendā cōmiserationē non inqt mihi expectandū est:

Bistonius lacus

At si nostra tuo spumescant equora remo
Iam mihi iam, dicar, consuluisse meis.
Sed neq̧ consului nec te mea regia tangit:
Fessaq̧ bistonia membra lauabis aqua
Illa meis oculis species abeuntis inhæret,
cum premeret portus classis itura meos:
Ausus es, amplecti, colloq̧ infusus amantis:
Oscula per longas iungere pressa moras
Cūq̧ tuis lachrymis lachrymas cōfundere nostras:
Quodq̧ foret uelis aura secunda queri.
Et mihi discedens suprema dicere uoce:
Phylli fac expectes demophoonta tuum.
Expectem! qui me nunquam uisurus abisti!
Expectem pelago uela negata meo!
Et tamen expto, redeas modo serus amanti:
Vt tua sit solo tempore lapsa fides,
Quid precor infœlix! iam te tenet altera coniunx
Forsitan & nobis qui male fauit amor
Vtq̧ tibi excidimus nullam puto phyllida nosti:
Hei mihi si quæ sim phyllis, & unde rogas.
Quæ tibi demophoon longis erroribus acto:
Threicios portus, hospitiumq̧ dedi.
Cuius opes auxere meæ, cui diues egenti,
Munera multa dedi multa datura fui,
Quæ tibi subieci latissima regna lycurgi:
Nomine fœmineo uix satis apta regi.

qm̄ iuisti nō reditur?. ¶ Solo tē. nō facto. ¶ Lapsa: fluxa ut uana. ¶ Quid pcor: seipsam corripit qḋ uana & diis nō exaudienda pcetur. ¶ Altera cōiunx: uī a ludere: ad laodicē uirginē: quā Plutar. tradit clam cognitam & Demophoontē Mithium filiū genuisse: alii Calliopē fuisse scribūt. ¶ Alter amor: alterius puellæ beneuolentia. ¶ Tibi excidi. ex tuo aio deletæ sumus: postq̄ ueni tibi in obliuionē. ¶ Hei mi. dolendū est profecto mihi destitutæ. ¶ Si rogas: tanq̄ me nunquā cognouisses. ¶ Quæ tibi: cōmemorat sua officia in Demophoontē. qḋ cōmēta est ex cā: q̄ eam ut ostēderet qualis fuerit impellere uidebaē. ¶ Acto: ad nr̄as oras impulso post longa exilia. ¶ Opes: exiguas facultatū reliquias. ¶ Lycurgi prīs mei: hic. n. Lycurgus est qui cum Bachi munera cōtēpsisset: crura sibi falce amputauit: quē alii Dyātis: alii Boreæ filium dicunt. ¶ Nomine fœmineo: quæ sua amplitudine non poterant puellæ simplicitate gubernari.

Lycurgus qui.

HVBER.

¶ AT si nostra tuo spu. ęquora re. piphrasis est. i. circūlocutio hęc. n. uoluit dicere si ad nos nauigaueris: nā nauigando & mouendo remos æquora spumā mouēt. Virg. Et spumas salis ære ruebāt. ¶ Iā. i. tādē. ¶ Cōsuluisse: sapiēter puidisse mihi accipiēdo te maritū. ¶ Meis, accipiēdo te qui eos regeres. ¶ Sed neq̧ consului: ut magis eū moueat, ostēdit se desperare eius reditū: neq̧ cōsului: qa nō reuerteris. ¶ Mea regia: quā tibi tradiderā. ¶ Tāgit, mouet. ¶ Fessa bistonia: subaudiēda est negatio: neq̧ lauabis mēbra &c. i. nō uenies in thraciā: neq̧ lauabis aliqn̄ mēbra tua fatigata aqua Threicia. Nā Bistonium Thracię stagnū est. ¶ Illa meis oculis: magnā uim habet recordatio pteritæ cōsuetudinis: & beneuolētiæ, iō Phyllis nunc reducit in memoriā Demophoōti eius discessum: in quo ōndit eum sibi significasse amorē: ut ea cōmemoratione eū moueat. ¶ Illa species: illa figura. ¶ Abeūtis. i. tui a me discedētis. ¶ Inhęret: ifixa ē. ¶ Oculis me. hoc ē uideor nūc hr̄e añ oculos qūo a me discessisti. ¶ Cū classis itura. i. abitura. ¶ Premeret meos portus. i. eēt in portu meo. ¶ Ausus es, cōmemorat blādicias qbus demophoō erga eā usus est, ausus es q. d. cū discederes nō reuersurus ausus es, tn̄ me amplecti. ¶ Infusus: impositus: circundatus. ¶ Collo amā. i. mei phyllidis. ¶ Oscula psta: psse infixa: q̄lia solēt esse oscula amātiū: q nō mō pssis labiis in faciē danē uerūetiā plerūq̧ ex nimio affectu dētibus & morsu inferunē: amatoria oscula dētibus impssa significat. Oui. in. i. amorū. Alterius uideat toto uestigia lecto. Factaq̧ lasciuis liuida colla notis, & Hora in. i. carminū. Siue puer furēs impssit memorē dēte labris notā. ¶ Cūq̧ tuis: subaudi & ausus es. ¶ Cōfundere. i. cōmiscere. ¶ Quodq̧ foret. i. ausus es q̄ri: qḋ hēres uētū f̄m, & tibi fauētē, qa potius uoluisses hr̄e aduersum ut ēt tibi iusta cā remanēdi. ¶ Et mi. ordo est, & tu discendēs ausus es dicere. ¶ Suprema uoce. i. ultimis uerbis tuis, qa postea nō dixisti aliud uerbū. ¶ Phylli face ex hæc sunt illa ultima uerba qbus Demophoon usus est ad Phyllida. ¶ Expectē. nūc sunt uerba Phyllidis. q. d. ita dixisti mihi: ut te expectē, sed qd expectē te, q abiisti nūq̄ uisurus me. i. nunq̄ reuersurus amplius: ut me uideas. ¶ Negata. i. a te. i. q̄ uela tua nunq̄ uis amplius redire in meū mare, & tn̄ artificiū est in summa cā diffidētiæ: tn̄ nō ōndere diffidētiā: dicit igiē, qḋ licet iā non debeat eū expectare, tn̄ expectat. ¶ Mōō tn̄mō. q. d. ēt serus. i. tardus, qa ut est in puerbio, melius est sero q̄ nunq̄. ¶ Vt tua. i. ut uidearis defecisse in fide p aliqḋ tp̄s, & nō p oē, ut tua fides, q̄ mihi dedisti de reditu tuo. ¶ Sit lapsa. i. defecerit. ¶ Solo tē. & non uolūtate tua ēt opere. ¶ Quid p. infœ. diximꝰ i. i. epl̄a muliebre eē, de maritis abētibꝰ alienū amorē suspicari &c. qd pcor. q. d. frusta pcor. ¶ Qui male fauit nobis. i. q fuit nobis aduersus. ¶ Vtq̧ tibi, ut. i. postq̄. ¶ Excidimus. i. ex memoria tua elapsæ sumus. ¶ Nullam Phylli. i. nullā similem Phyllidis. ¶ Hei mihi, nō sine gemitu potuit, cōmemorare se & sua erga Demophoōte beneficia. ¶ Hei interiectio dolētis. ¶ Si rogas: si q̄ris & interrogas. ¶ Vnde: ex quo loco, cuius filia. ¶ Quæ tibi: nūc dicit q̄ sit, ordo est. O Demophoon ego sum illa Phyllis, quæ dedi tibi acto. i. agitato. ¶ Erroribus. i. uagationibus p mare. ¶ Regna lycurgi. i. in quibus regnauit lycurgus. Sic ēt Virg. de Thracia. Acri quondam regnata lycurgo. Hic enim fuit rex Thratiæ. alter Lacedæmonius qui suis ciuibus leges saluberrimas tulit. Cuius. s. Demophoontis. ¶ Opes: facultates: diuitias. ¶ Meæ. s. opes. ¶ Auxere: fecerunt maiores. ¶ Cui egenti. s. tibi Demophoonti. Sic Dido obiicit Aeneæ: eiectum in littore egentē. Excepi. ¶ Quæ subiecisti: idest supposui, & in potestatem tuam dedi. ¶ Vix satis apta regi nomine fœmineo, quia hæc regna habent uiros bellicosos: & feroces, qui uix possunt ferre muliebre imperium.

Bistoniū ā quo supra.

Oscula amātū q̄lia

Prouerbiū

Lycurgus lacedæmonius

PARH.

¶ Bistonia bistones thracię gētes a bistōe martis & terpsichores filio: uī ab altero. quē gēuit cirō. ut auctor ē philostepha.

ASCEN.

¶ AT si nr̄a &c. Cōsuluisse. i. cōsulte puid sit, aut pspexisse mihi & meis. Fessaq̧ bistonia. Ordo ē. q. q̧ & nec sup. lauabis mēbra tua fessa, id est fatigata ex lōginq̄ pfectiōe, aqua bistonia. i. bistnoidis lacus thraciæ. Illa meis oculis, cōmemorat dulcia, ut ōndat q̄ sint, q̄ nūc patiē amata. Quodq̧ foret. Ordo est. Et ausus ea q̄ri. i. conq̄ri, q̧ aura foret. i. eēt secūda. i. prospera qa sequens & a puppi flans tuis uelis. i. diebus tibi dolere q̧ tā bono uēto abire cogebaris. Et mihi supple ausus ex discedēs dicere suprema uoce. O Phylli face. i. fac. Nō. n. legendū est fac, qa producit q̄uis sint qui ita legant, & corripi sentiāt: ut ēt alibi expectes Demophoonta tuum. s. amicum aut maritum. serus. i. tardus. Quæ tibi Demophoon, enumerat beneficia ut memorem sui faciat, & amplitudinem regni sui commemorat, ut alliciat. Omnia autem manifesta sunt.

ANTO. Hemus q

¶ QVa pa. regni ſui amplitudinē deſcribit: ꝯplectit̄ inq̄t Rhodopē mōtē, deinde in hemū mōtē aliū diffundit̄ uſq; ad mare ponticū, in qđ hebrus fluuius imergit̄. Hemus: ſiluoſus eſt: & ſex mi. paſ. arduus. ¶ Hebrus odryſiarū ſolū fundit: diſcurrit interpriantes ſu dolōgos thynos corthilos, alioſq; barbaros tāgit: & Cyconas: oēs ſub lycurgi potentatu fuiſſe traduntur. ¶ Exigit: aquas in mare ponticū emittit. ¶ Sacrū dixit hebrum pp Orpheū q ad illū accoluit. Nā Bacchus cū Lycurgo regnū ſuſtuliſſet: aropi dedit Orphei auo paterno. ¶ Libata primū uiolata: cui meę uirginitatis p̄mitias dicaui. ¶ Siniſtris auibus, aduerſis auſpiciis. Veteres nihil in auſpicato faciebant. ¶ Zona: cingulo ꝙ ex lana ouis fiebat: pringi nouā nuptā ſcri. Verius: qđ uir in facto ſoluebat. ¶ Caſta, qm̄ ex eo cingulo nō niſi uirgines p̄cingebāt̄. ¶ Theſiphone, una furiaꝝ q̄ tres ſunt allecto Theſiphōe: & megęra: filię noctis, & acherōtis. ¶ Pronuba: loco iunonis noſtris in nuptiis p̄fuit. ¶ Vlulauit, nō cecinit: ſed feralē uocem hymenęi loco ꝓtulit, ¶ Deuia auis. Stryx bubo q in tranſuerſum uolās aufert: & iō deuiam bubonē, ut Pli. ſcri. maxime abhominant̄ in auſpiciis ꝓci. ¶ Cecinit mœſtū carmē. Nō lætum epitalamiū, ſed carmē exitiale adſpicatus eſt. ¶ Torq̄ta, cuius torques eſt ex ſerpentibus. ¶ Lumina mota, addita i nfas nuptias, ſcrip. Plu. Quinq; faces nuptis adhibere ꝯſueuiſſe quas geſtarēt pueri primi & matrimi, ut Verrius tradit. ¶ Face ſep. nō in facibus ignis eſt adhibitus, ſed furialibus: ſepulchrales dr̄ faces, q̄ accēdūt in funere, aut manū ſacris, uū & aras ſepulchrales dicimus, ſunt faces nuptiaꝝ, aut deoꝝ ſuperꝝ: funalia uero mortuoꝝ & deoꝝ maniū. ¶ Mœſta tn̄, cōcludit per cōmiſerationē: oñdit. n. in q̄bus uerſet̄ incōmodis, ſi ſuo uoto deſtituat̄, ſubiicit quoq; ſeipſam: & ſalutē ſuam in Demophoontis poteſtatē, a quo materiā captare enitit̄, licet oīa ſint aduerſa, ſpero tn̄ te rediturum, peto enim littora, ut ſi reddeas obſeruem. ¶ Laxatur: areſcit. ¶ Die ſolis ardore. ¶ Frigida: nocturna, alludit ad lunam. ¶ Proſpicio. obſeruo. ¶ Agat maria impellat & ſpiret.

Quo cinculo noua nupta p̄cingebat Furie quot ſint.

Quot faces nuptiis adhibericō ſueuerant. Faces quæ ſint & quę funalia.

Qua patet umbroſū rhodope glacialis ad hemū,
　Et ſacer amiſſas exigit hebrus aquas.
Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris,
　Caſtaq; fallaci zona recincta manu.
Pronuba teſiphone thalamis ululauit in illis,
　Et cecinit mœſtum deuia carmen auis.
Affuit allecto breuibus torquata colubris,
　Suntq; ſepulchrali lumina mota face.
Mœſta tamen ſcopulos fruticoſaq; littora calco,
　Quaq; patent oculis littora lata meis.
Siue die laxatur humus: ſeu frigida lucent
　Sidera, proſpicio quis freta uentus agat,
Et quæcunq; procul uenientia lintea uidi.

HVBER. Hemi & rhodopes reflexio.

¶ Qua patet, deſcribit ambitū regnorum Thraciæ, quæ ſubiecit: & eſt ordo quę ſubieci tibi regna Lycurgi. ¶ Qua. ſ. parte. ¶ Rhodope patet ad hemum glacialem. ¶ Et hebrus ſacer &c. Rhodope & hemus, ut diximus montes ſunt Thracię. Sed Rhodope magis in orientem porrigitur, deinde in ſeptētrionem reflectitur. Hemus ad Macedoni, eſt, uñ & interdum mons Macedoniæ dr̄. ¶ Qua patet. i. extendere. ¶ Vmbroſum altum, uel arboribus plenū. ¶ Et ſacer: ſignificat oſtium hebri fluuii, ſace: quia oēs fluuii ſacri dicebantur. ¶ Exigit: emittit. ſ. in mare. ¶ Aquas amiſſas. i. celeres, ut diximus in pria epiſtola: non aūt legendū eſt amiſſas: neq; ēt dicendū amiſſas. i. perditas. ¶ Cui mea, non eſt ſubaudiendū, ego phyllis: ſed cui refert illud pronomen ſupradictum. i. tibi. ¶ Cui. ſ. demophoonti pro a quo Demophoonte datiuus pro ablatiuo. ¶ Mea uir. amplificat bñficia, quia plus eſt dediſſe uirginitatē, qua res. ¶ Eſt li. deſumpta. ¶ Auibus ſi. i. infelici homine. nam antiqui omnia auſpicato faciebant: & præcipue matrimonia. Vir. Cui pater intactam dederat primiſq; iugarat. Omnibus. Luca. Contentiq; auſpice Bruto. Iuue. Veniet cum ſignatoribus auſpex. Capiebantur aūt augurium a uolatu auiū, quas appellabant præpetes, uel a uoce & has appellabant oſcines, quod ore canerēt. Vnde & aues ſæpe pro auguriis ponuntur. Hora. mala dulcis aui: inde & auſpices ab aſpiciendis uolucribus. & augures a garritu auium dict' ſunt. ¶ Et mea zo. ſubaudi & aui. i. a quo. ¶ Mea zona eſt recincta. i. diſtincta. ¶ Caſta. i. mei caſtæ, nā adiectiua perſonarum ſæpe attribuntur rebus ſupra. Sed bene conſuluit caſto deus æquus amori. ¶ Manu fal. i. tui fallacis. Erat. n. mos qui ēt hodie in aliquibus locis ſeruatur: ut uir diſcingeret zonam mulieris ſibi nubentis. ¶ Pronuba, loco Iunonis, quæ coniugiis p̄eſſe ſolet, affuerūt furiæ. ¶ Pronuba dr̄, quæ nubentibus præeſt, non aūt ſyllaba quæ in primitiuo naturaliter longa eſt in pronuba ſemper breuiatur ut connubio: interdum ſeruat naturā: ut p connubia noſtra per inceptos hymeneos, interdum per ſiſtolem breuiatur, ut connubio iugam ſtabili. ¶ Teſiphone: una ex furiis dicta a Tiſis quod græce ſignificat ultionem, & phoni qđ ſignificat cædem. ¶ Vlulauit: ululatus. n. attribuitur furiis. Dido ad ęneam inferius. Audieram uoces, nymphas ululaſſe putaui. Eumenides fatis ſigna dedere meis. ¶ Deuia auis. i. bubo cuius quærula uox malum omen ſignificat. Virg. iiii. æneid. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Viſa quæri & longas in fletum ducere uoces. deuiā aūt appellauit, quia a cœtu aliarum uolucrum ſolet fugere. ¶ Mœſtum: triſte: q̄rulum. ¶ Allecto alia ex furiis dicta q̄ſi irrequieta & nunq̄ ceſſans. ¶ Torquata. circundata, & quaſi pro torque cincta. ¶ Colubris uiperis breuibus: iō ſæuioribus: nam breuiores ſerpentes ſunt ſæuiores. ¶ Suntq; ſepulchrali: in nuptiis malum omen habebatur, ſi aut faces, quæ pro mortuis erant accenſæ, deferebātur pro nuptialibus: aut ſi ipſæ faces nuptiales fuiſſent accenſæ ex facibus aut ex flammis alicuius rogi, hanc rem oſtendit ipſe Ouid. lib. vi. meta. in fab. Terei. Eumenides tenuere faces: dicit ergo nunc phyllis. ¶ Lumina. i. ignes mearum thedaꝝ nuptialium. ¶ Sunt mota face ſepulchrali. i. face quæ pro mortuo erat accenſa. ¶ Mœſta tn̄ dicit quod licet omnia ſupradicta ſignificēt infelix coniugium: tamen ſæpe conſcendit locum altum, ex quo proſpiciat in mare: ſi forte uideat nauem Demophoontis. ¶ Mœſta triſtis Calco, premo corpore meo. ¶ Fruticoſa, dumoſa plena fructibus ſæpe: nam nouies iuiſſe dicitur: ut Oui. in. i. de remedio. Et per quod nouies ſæpius iſſet iter: & in eodem libro. Nona terebatur miſeræ uia. ¶ Quaq; patent oculis: licet raro a uerſu pentametro ad ſequentes uerſus incipiat ſententia præcipue apud Oui. tamen interdum ſicut hic uidemus. & ſupradiximus in epiſtola Bri. eſt. n. ordo, & ego propicio quis uentus agat freta. ¶ Qua ideſt qua parte. Littora patent: noſtris oculis: ideſt aſpiciuntur a nobis. ¶ Siue humus laxatur: ideſt aperitur, nam terra die propter temperiem, uel calorem magis laxatur. ¶ Seu frigida ſidera: aut generaliter frigida ſidera omnia dixit propter noctem: quæ frigida dicitur Virgili. in Buco. Frigida uix cœlo noctis diſceſſerat umbra: aut certe lunam intellexit quam frigidam eſſe conſtat. ¶ Et quæcunq;, ideſt quācunq; uideo nauem uenientem ſtatim exiſtimo illam eſſe tuam. ¶ Tua lintea: ideſt uela dicta a lino: quod ex eo fiant. ¶ Procul: longe.

Quō augu ria captarētur.

Pronuba quæ ſit Teſiphōe uñ dicta.

Allecto uñ cognominat.

PARH. ¶ SACER hebrus, quia Iouis. F. ut Home. in hymnis, uel ob Orphei caput ut eſt apud Philoſtratum & Papiniū. Ab aris Hyperburius Orphei nuptias celebrauit. ¶ Vt, o q̄. Vergili, ut uidi ut peril.

ASCEN. ¶ CVI MEA Virginitas & cætera. Docet ſe malo auſpicio nupſiſſe aut deuirginatam eſſe ſpe nubendi, pro quo ſciemus Romanos ætbruſcorum diſciplina imbutos nullas res arduas, non captato prius auſpicio inchoaſſe. Auſpicium autem dicitur ab auium inſpectione in uolatu: augurium autem ab auium garritu. Et quia auſpicato inchoabant tractum eſt ut auſpicium accipiatur pro decenti inchoatione & auſpicor pro inchoare. Auſpex uero is eſt, qui & pronubus dicitur, ſed

generaliter

generaliter quicunq; rebus bene inchoandis præest. ¶ Auibus libata: libari dicunt quæ modice tāgunt & quasi degustant ut libamina sacrorum. ¶ Zona casta: cestus cesti dicit. Pronuba quę præest nubētibus, quæ Iuno esse deberet: quæ Iouis & soror & coniux diuorumq; Regina: nūc aūt fuit Tisiphone furia infernalis ut ex euentu opinat pronuba: quæ ululauit loco cantus, sed medium est uocabulum: quia etiam in rebus lætis reperitur. Lucanus. Lætis ululare triumphis. Hinc quarto Aeneid. de cōnubio Didonis. Summoq; ulularūt uertice nymphæ: quod proprie ad res tamen tristes pertinet. face sepulchrali funesta & non nuptiali. Littora fruticosa in quibus crescunt frutices. Meos deos salutis meæ auctores.

Protinus illa meos auguror esse deos.
In freta procurro, uix me retinentibus undis
Mobile qua primus porrigit æquor aquas.
Quo magis accedunt, minus & minus utilis asto
Linquor & ancillis excipienda cado.
Est sinus adductos modice falcatus in arcus
Vltima prærupta cornua mole rigent.
Hic mihi suppositas immittere corpus in undas
Mens fuit, & quoniam fallere pergis, erit.
Ad tua me fluctus proiectam littora portent,
Occurramq; oculis intumulata tuis
Duritia ferrum ut superes adamantaq; teq;,
Non tibi sic pices Phylli sequendus eram.
Sæpe uenenorum sitis est mihi, sæpe cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat.
Collaq; infidis, quæ se nectenda lacertis
Præbuerant, laqueis implicuisse iuuat.
Stat nece matura tenerum pensare pudorem
In necis electu parua futura mora est.
Inscribere meo causa inuidiosa sepulchro,
Aut hoc aut simili carmine notus eris.
Phyllida demophoon leto dedit hospes amantem,
Ille necis causam præbuit, ipsa manum.

ANTO.

¶ AVGVror: suspicor: animo cōiicio. ¶ Meos de. numina maris mihi ꝓpicia: quare in thraciā reducant. ¶ Procurro in f. ad maritimas oras ꝓpero. ¶ Primas a. usq; ad nudū littus. ¶ Accedūt: appropinquant obseruata nauigia. ¶ Minus & minus utilis asto: sensim deficio quia te esse nō noui. ¶ Linquor: uigore destituor. ¶ Excipiēda: ut nec unq̃ sic me ācillæ suscipiāt. ¶ Est sinus: ꝑscribit locū ubi sibi ꝑcipitiū cogitauit ad augēdā cōmiserationē. ¶ Falcatus: curuatus uidet thraciæ Cheronesū sinum ab isthmo circūscribere: in qua ex græcia nauigātes deferunt. ¶ Modice sensim. ¶ In arcus ad istar tēsi arcus. ¶ Vltima cornua extremę ptes. ¶ Rigēt: salebrosæ sunt & altæ. ¶ Mole ꝑrupta uasta rupe. ¶ Hic, ex hac mole. ¶ Mittere ꝑcipitare. ¶ Erit me ꝑcipitabo. ¶ Proiectā in mare ꝑcipitatā. ¶ Tua Atheniensia in pyrrhū portū athenarum. ¶ Intumulata absq; sepulturę honore. ¶ Super. du. sis durior. ¶ Adamāta: q nulla materia uinci pōt nisi hircino sāguine: ut scri. Pli. Et te: q nulla cā moueris q es inexorabilis & oī materia durior. ¶ Sic mortua & undis iactata me seq nō meruisti. ¶ Sitis ue. appetto ueneni. ¶ Traiectā gladio: interdū me gladio traiicere cogito. ¶ Lacer. infidis, quę tu ꝑfidus cōplexus es. ¶ Impli. la. fune cōstringere iter tot lethi gn̄a fluctuās, demū se ex amygdala suspendit exaruit arbor quæ in aduētū Demophoōtis reuiruisse tradit. ¶ Stat: est mihi: ꝓpositū. ¶ Pensare, emēdare & luere. ¶ Pudorē: uiolatā pudicitiā. ¶ Ma. ne. decoro & magnanimo leto. ¶ Parua mo. cōfestim mihi ex tot leti generibus unum deligā. ¶ Causa: auathor. ¶ Inuidiosa nō sine legētiū odio. ¶ Eris no. dabis tuę ꝑfidiæ notitiā. ¶ Carmine epitaphio. ¶ Demophoon hospes: in hoc maxime uituparī Demophoontē existimat, quod uiolato hospitii iure & hospitem & amantem ad mortem coegerit.

Thraciæ cheronesū sinus qui.

HVBER.

¶ Protinus statim. i. existimo qd quasi certo augurio credo. ¶ Esse meos deos: non dicamus. i. te: quem colo tanquā deos sed auguror illa esse meos deos. i. exauditionem deorum: quos ego precata sum: idest statim arbitror me exauditam esse a deis meis. ¶ Procurro: uado procedo: quando uideo uela quæ credo esse tua. ¶ Vix retinētibus me, propter nimium desiderium tui uidendi. ¶ Primas aquas, idest magis propinquas terræ: nam sunt primæ ex terra eūtibus in ipsas. ¶ Quo magis: quanto magis. ¶ Accedunt: scilicet ad me: idest fiunt propinquiores. ¶ Asto: idest sto & sum. ¶ Minus & minus utilis: idest quasi defecta spiritu: & languida. ¶ Linquor: idest deficio & cado in terram propter dolorem: quia ex appropinquatione cognosco non esse nauem tuam. ¶ Excipienda: erigenda ab ancillis: quia per me non possum aut stare: aut surgere: sum enim semimortua. ¶ Est sinus. describit locum unde dicit constituisse se præcipitare, enumerat uaria genera mortis: per quæ dicit se cogitare finire uitam. ¶ Sinus flexus maris. ¶ Falcatus. curuatus tractū a falce, quæ est curua. ¶ In ar. ad. idest in similitudinem arcuum adductorum: idest contractorum: nam adducere significat contrahere. ¶ Vltima cor. i. extrema illius sinus quæ sunt in similitudinem cornuum. ¶ Rigēt sunt aspera. ¶ Prærupta mo. i. ingenti saxo. ¶ Hinc ex illa mole alta. ¶ Fuit mēs: uolūtas & dispositio. Et erit. i. hic ut mittā corpus meū. ¶ Q m̄ pergis. i. perseueras. ¶ Ad tua: optatā ut suū corpus mari submersum deferat ad littus atticū: ut ita mortuū uideat ab ipso Demophoonte. ¶ Portent: non ponit pro portabūt: ut qdā putāt: sed modi est optatiui. i. utinā fluctus portēt. ¶ Me ꝓ. sicut cadauera ꝓiciunt a mari. ¶ Occurrāq; i. & utinā appareā. ¶ Intumulata: insepulta. ¶ Duricia: dicit q̄ quāuis sit durissimus oīum rerū durissimarū, tn̄ nō poterit facere, quin cōmoueat: cū uidebit eā mortuā ad littus suū delatā. ¶ Vt. i. quis. ¶ Ferrū metallum nimię duritiæ. Ouid. primo Me. de duro est ultima ferro. ¶ Adamāta: lapidē tātæ duritiæ: ut nulla re frangi possit nisi sanguine hircino: si in eo diutius fuerit: non tn̄ aliter q̃ calido uel recēti, atq; cum quatuor sunt spēs adamātū: ut Soli. refert: q nascit in Cypro frangi potest. ¶ Teq; modus est dicendi: q uidet eqpollere suplatiuo: ut si dicā Cice. uisus est supare seipsum eloquentia. i. fuit eloquentissimus: utunt hoc genere dicēdi nō solū poetæ: sed interdum ēt oratores. ¶ Dices ui. c. m. ¶ Non e. sequi. ti. pro a te. ¶ Sic. i. morte tua. ¶ Phylli uocatiuus est græcus: quo solo in talibus dictionibus utimur. ¶ Sæpe: aliud genus mortis dicit. ¶ Sitis appetitus. ¶ Sæ. cru. aliud genus. ¶ Iuuat: libet: est mihi impetus. ¶ Me trahi. i. transfossam dr̄ aūt melius traiectā: q̃ trāsiecta: qa trās cū dictionibus incipiētibus ab. i. ab. n. & a. d. corrumpit: ut traiicio trano: traduco. ¶ Mor. cru. sanguinolenta. ¶ Colla: aliud genus mortis. s. suspēdendi se: quod quidē executa est: ordo est. ¶ Iuuat etiā implicuisse pro implicare: idest inuoluere & ligare. ¶ Laq. aliquo nodo funis uel alterius rei: nam zona suspendit: ut ipse ostendit in remedio amorum. Nona terrebatur miseræ uia: uiderit, inquit: & spectat zona mpallida facta suam. ¶ Nectēda. amplectēda. ¶ Lacer. infi. scilicet tuis: uolo igitur ut quemadmodum meum collum peccauit patiendo se circundari tuis brachiis. ita ferat pœnam patiendo laqueum. ¶ Stat idest certum est: placet ut stat casus renouare omnes. ¶ Pensare: compensare & emendare. ¶ Pudorem: castitatem: quam mihi eripuisti. ¶ Nece ma. subita morte. quia non possum recompensare eum nisi per mortem. ¶ In necis: sensus est: in electione tot generum mortis non erit mihi longum tempus: quia cito deliberabo. ¶ Parua mo. breue spatium temporis. ¶ In ele. in electione. ¶ Inscribere: palam scriberis & intitulaberis. ¶ Inuidiosa: idest odiosa: quia omnes detestabuntur factum tuum. ¶ Eris no. erit cognitum factum tuum. ¶ Aut hoc, scilicet quod ego nūc subdo. ¶ Aut si. eiusdem sententiæ. ¶ Carmine notandum quod carmen interdum significat opus totum: ut carmē æneidos interdum significat epigrāma, & quālibet inscriptionē: licet pluribus uersibus constet: ut Virgilius & tumulo supaddite

Adamantū species.

Trās cū q̄bus dictionibus com ponatur.

Carmen q̄ modis capiatur.

carmē & idē haud est ignobile carmē:cū postea subdat multos uersus:& hoc p inscriptiōe & epigrāmate:siue epithaphio suo posuit carmē.¶ Phyllida:ecce carmē:qđ paucis uerbis amplā cōplectit materiā, uidelicet beneficia phyllidis in Demophoōtem:& eius ingratitudinem de his bñficiis & amore phyllidis ex cā Demophoontis:hñt aūt oia uerba hic posita emphasim.i.uehemētiam sigñationes:ordo est.¶ Demophoon hospes:ecce obligatio ex bñficio hospiti.¶ Dedit læto.i.coegit mor. loco remunerationis:hospes aūt hoc loco passiue accipitur pro eo:q exceptus est cū ēt actiue ponat interdū pro eo qui accipit.¶ Phyllida amā.ecce alia obl'o:non solū hospitiū, sed etiā ob amorē & hæc oia sunt ad amplificandū crimen Demophoōtis. ¶ Ille, demophoō. ¶ Cām ne,quia decepit eā & dereligt.¶ Ipsa:phyllis.¶ Præbuit ma. ad necē suam. quia se interficere ab eo coacta est. Fine ipsius Phyllidis diximus in ar. epistolæ.

Hospes qñō passiue & actiue pt capi.




Argumentum.

ANTO.



¶ Cæphalus Atheniēsis fuit filius:ut qdā dicūt ꝯoll:sed ut Str. scr. lib. x. De ionei filius fuit:a quo Dulichiū īsula Cæphalenia dicta est. is uxorē habuit p crin. Erichtei Atheniēsiū regis filiā:a qua ardēter amatus est. nec minus eā mutuo amore psecutus. uerų cū studiosus uenatiōis in Hymeto atticæ regiōis mōte ab aurora & uisus & amatus fuisset. atq in amorē mutuū ab ea iuitatus tādē ei assensus crediť, uerų cū eū suspectū hēret, uxor de alieno amore exiuit:ut eū dephēderet, & ille fatigatus uenatiōe peteret aurā a qua refrigeraret, credidit pcris esse Nympham aliq̄, q̄ ille amaret. ¶ Cūq in fructibus occultata se mouisset, credidit Cæphalus esse ferā & imisso iaculo ineuitabili eā interemit. hæc fabula plenius scribiť ab Oui. lib. vii. met. in fine. ¶ Clarus:notus studiū uenatiōis. ¶ Conciderant:interfectæ fuerant. ¶ Illo. Cæphalo. ¶ Tn̄. s. quis daret operā uenationi. ¶ Male:inuitū. imo libēter adherebat eius amori. ¶ Diua. aurora. ¶ Sapiēs:q̄ puideret sibi amatorē pulchrū & iuuenē. ¶ A uiro sene. i. a Tithono marito suo sene. Virg. Tithoni croceū linquēs:aurora cubile:fuit aūt Tithonus Laomedontis filius: & Priami frater:qui ex aurora filium suscepit Mēnona quē supra in prima epistola in auxiliū Troianoų uenisse diximus. is Tithonus longissimā uitā assecutus postremo in Cicadam uersus tradiť. ¶ Sæpe:aliud exemplū hoīs ēt soliti uersari in siluis:quē nihilominus amori indulsisse dicit. ¶ Cynaraq creatū. Adonin dicit filium Cyniræ & Myrrhæ eius filiæ incesto concubitu genitū:ut scri. Ouid. lib. x. meta. Nam myrrha insano amore pr̄is accensa. cum ob desperationem eius potiundi de suspendio suo cogitaret: a nutrice q̄ eius gementis uocem audierat intellecta cā. in spē adducta potiundi patris destitit a proposito mortis: & tandem opera nutricis noctu sub p̄textu alterius puellæ deducta ad patrē cum eo concubuit: & Adonem cōcepit:uerū post aliquot noctes cū pater uoluisset uidere quæ nam puella esset illato in cubiculū lumine cognouit esse filiā suam:quā cum stricto ense insequereť. illa in syluas pfugit, ubi deorum miseratione in arborem sui nois conuersa est. quæ ēt lachrymās guttas emittit. ex quibus gumi myrrhæ est. Adonis aūt puer sub cortice creuerat & tandē tpe maturo lucina dea partus fauente in lucem editus est:qui mox factus adolescens formosissimus a uenere non minus amatus est:q̄ ipsa Myrrha patrem amauerat hunc mouerat uenus ut uitaret feras a natura armatas:quales sunt leones ursi: & apri:uerū cū ille cupiditate laudis oblitus monitorum ueneris aprum insequeretur ab eo interfectus est. quem uenus multum fleuit. & eius sanguinem in florē purpureū conuertit. ¶ Positos. i. iacentes. ¶ Ilicibus:sunt enim ilices arbores magnę & glandiferæ. ¶ Oenides. i. Meleager. ¶ Arsit:amore incensus est. ¶ Athalanta mœnalia. i. Arcadica a Mœnalo monte Arcadiæ narrata est hæc fabula. supra in epi. Briseidis sup eum locū:coniugis Oenides uersus arma pce est. ¶ Illa Athalāta spolium. caput aut ut alii uolunt pellē. ¶ Feræ:apri. ¶ Pignus amo. quo cōprobatus est amor Meleagri erga eam. ¶ Nos:ego & tu. ¶ In ista. s. in numero istorū: q licet uenatione delectati sint:tn̄ ab amore nō absuerūt. ¶ Si to. u. i. amorē. ¶ Sylua. i. uenatio tua. ¶ Est ru. nihil hēt pulchri aut iucūdi. ¶ Ipsa. ego. ¶ Late. cauernosa:ubi sæpe latent feræ. ¶ Moue. terrebūt. ¶ Obli. dē. aut qđ uere sit incuruus dēs apri, aut qđ obliquū ferat ictū. ¶ Aequora:dicit phrædra se nō derelicturā Hip. & futurā cū eo in Troezene urbe quā ille libēter habitabat:dicit aūt Troezena esse in Isthmo Achaiæ:est aūt Isthmos terra angusta inter duo maria duo aūt Isthmi celebres memoranť unus achaicus in quo fuit Corinthus: & alter tracius:in eo Isthmo est troezen urbs in sinu argiæ:q Saronicus dr̄:in ea regnauit pytheus pr̄ ethræ auus maternus thesei Oui. li. xv. met. est ppe pytheā tumulus troezean &c. cuius loci habitatione delectatus est Hip. dicit igiť phædra se habiturā cū eo troezena & eā habitationē qa placet hip. placere ēt sibi plus prima sua. ¶ Illa:troezē. ¶ Charior:quia tu ea delectaris.

Cæphalus

Tithonus qui fuerit

Adonis de quo supra.

Ilices arbores quæ

Mænalus mons ubi locorų sit.

Troezen

Sinus saronicus qui

Isthm⁹ tracius ubi locorum sit.

¶ SI nūq̄ cesses tēdere. Vn̄ ē puer biū. Reddiť iualidus nimiū si tēdiť arcus. Sapiēs diua id petulanter dcm̄ q̄si q̄ saperet q̄d ad uenerē p̄stet seni iuuenis creatū Cinyra Adonin dicit. ¶ Ipsa comes uenliā:purgatio est obiecti taciti. ¶ Nā dicere posset Hippolytus, esto amicā diligā, nō tn̄ cōtinuo nouercā. ¶ Ad qđ illa se p̄ferendam cæteris argumētať:cū sit parata obsequi & possit, qa uir abest, q fidē seruare nō debeat:quā neq ipse seruauit:neq ut sibi seruet, metuit, ut exemplis probat.

ASCEN.

ANTO.

¶ Tpe ab. soluit q̃ obesse potuissent. primũ fore rẽ facilẽ demõstrat Thesei absẽtia. deinde in odiũ ducit grauia recolẽs facinora q̃ i utrũq; gessit. ¶ Diu ab. quo nos facilius nr̃am seq̃mur uolũtatẽ. ¶ Heros ne. these⁹ q se apd Minoẽ neptuni filiũ iactauit: pbauitq; fcm̃ anulus, quẽ in mare pieсtũ, iteɋ ad Minoẽ rettulit. ¶ Ora. p̃ria significat thesaliç orã. quæ circa peneũ erat: ubi potẽtatũ ixionẽ pirythoi p̃rem tenuisse fer. Dio. ¶ Nec in. ut pyrithoi amicitiã mihi & tibi præponat these⁹. ¶ Mei fra. minotauꝝ intelligit: quẽ sustulisse theseũ diximus: ac deucalionẽ referri nõ placet: quẽ aiũt theseũ peremisse in aditu labyrinthi. Quõ ergo sororẽ siue filiã phædrã theseo despõdisset: si i pugna minotauri cecidisset. ¶ Claua tri. clauã iphito pdoni crucidato sustulit these⁹ nõ pcul a troezene: gessitq; postea more Herculeo in signũ uictoriæ. ¶ So. Ariadna: rapta a theseo in naxo relicta est: quã orito bacchi sacerdos excepit: ut au. ẽ Plu. alii tradũt diu apud theseũ pmãsisse & ex eo genuisse i opinionẽ & staphilũ. Peõ amatusius tradit ariadnã i cypro Theseũ deseruisse grauidã exceptã a mulierib⁹ cypriis anq; peret iteriisse. ¶ Sec. pu. amazones q̃ securi utebãt in p̃lio a pẽthesilea eaꝝ regina iuẽtã. ¶ Parẽs: hippolyte siue antiope una amazonũ. ¶ Digna fa. ma. non absimilis filio fortitudine. ¶ Vbi sit: mr̃ iuidiose obiicit mr̃is interitũ. ¶ Latus en. pe. theseus illã trucidauit ad qd̃ ur̃ accedere didim⁹ q fer. Hyppolytã eẽ theseo ɋgressam: Dio. tñ & Plu. tradũt a molpadia amazõe trucidatã: cũ p Theseo pugnasset in eo p̃lio: qd̃ amazones cũ Theseo gesserũt in eo loco actieç: q amazonius est appellatus. ¶ Tã. pi. nec filius potuit mr̃i uitã seruare apud p̃rem. ¶ Nec nu. qdẽ nõ uxor sed cõcubina. ¶ Nothus: ñ mr̃imonio geniť q in p̃rno regno succedere nõ possit: latinũ nomẽ hac signatõe nõ hẽmus: ut Ci. scri. in oratore. ¶ Fr̃es: Demophoõtẽ & athamãtũ signat. ¶ Tollẽdi: nutriẽdi: tua cã illos inqt trucidassem. ¶ Medio ni. iter pariẽdũ. ¶ Foret ru. uiscera: abort⁹ emisissem ne tibi regni successio tolleret. ¶ I nũc: ironia ẽhibet. n. licet cõcedere uideat. ¶ Reuertere: uenerare: ñ te moueat pietatis p̃ris ueneratio: qn ei⁹ thalamũ ieas. ¶ Et fa. abdi. oĩ conatu a successiõe dei. cit. ¶ Nec qa pri. soluit q̃ obeẽ potuissent: primũ nõ eẽ nephariũ: si iidẽ sanguie coeãt i fœdera uẽtris a doꝝ auctoritate pbat. Nõ certaris nojum pietate: ẽ. n. uanũ id uereri.

Tẽpore abest, aberitq; diu neptunius heros:
Illum pirythoi detinet ora sui.
Præposuit theseus nisi nos manifesta negamus.
Pirythoum phædræ, pirythoumq; tibi:
Sola nec hec ad nos iniuria uenit ab illo:
In magnis læsi rebus uterq; sumus.
Ossa mei fratris claua perfracta trinodi:
Sparsit humi, soror est preda relicta feris.
Prima securigeras inter uirtute puellas
Te peperit nati digna fauore parens
Si quæras ubi sit, theseus latus ense peregit,
Nec mater tanto pignore tuta fuit
At nec nupta quidem, tædaq; accepta iugali,
Cur, nisi ne caperes regna paterna nothus
Addidit & fratres ex me tibi, quos tamen omne
Non ego tollendi causa, sed ille fuit.
O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum
In medio nisu uiscera rupta forent.
I nunc, & meriti lectum reuerere parentis
Quem fugit: & factis abdicat ille suis.
Nec quia priuigno uidear coitura nouerca
Terruerint animos nomina uana tuos
Ista uetus pietas æuo moritura futuro

HVBER.

¶ Tpe abẽ: arguit a cõmoditate qd̃ these⁹ ei⁹ p̃r absit. ¶ Tpe in oportũe. ¶ Diu: p lõgũ tp̃s. ¶ Neptunius he. theseus neptũi nepos: nã egeus fili⁹ fuit neptũi. ¶ Orã: regio. ¶ Sui: amici quẽ thaꝝ hẽt. ¶ Pręposuit: adducit Theseũ i odiũ hip. dicẽs eũ plu ris facere Pirythoũ q̃ eũ: & quã ipsam phædrã. ¶ Manifesta: q̃ apparẽt & nõ indigẽt pbatiõe. ¶ Sola pgit amplificare odiũ thesei: hæc sola iniuria. i. qd̃ plus amet Pirithoũ quã nos. ¶ Vterq; ego & tu. ¶ In mag. rebus. i. in rebus maioris momẽti. ¶ Ossa. ecce commemorat prius iniurias in se a Theseo illatas. ¶ Mei fr. minotauri. ¶ Claua telum fuit quo theseus ad imitationem Her. est usus. ¶ Sparsit: dilacerauit. ¶ Soror: ariadne. ¶ Preda rapina: ut in eius epistola ad Theseũ uidebimus. ¶ Prima: nũc narrat iniurias illatas hipp. & ut iniuria uideat maior pponit laudẽ eius mr̃is: in qua accepit iniuriã. ¶ Prima maxima: excelẽtissima. ¶ Inter puel. secu. inter amazonas: q̃ securi p telo utebant. ¶ Parẽs: hippolyta mr̃ tua. ¶ Digna uigore nati: digna talẽ filiũ pepisse. ¶ Vbi sit: mr̃ tua. ¶ Peregit. i. trãsegit: & trãsfixit. ¶ Nec fuit tu. tanto pignore. i. nec pp te p̃r tuus hũit respectũ eã interficiẽdi. ¶ Tãto pi. i. tãto filio plærũq;. n. mariti cauẽt iferre iniuriã uxoribus nõ pp ipsas sed pp filios: quẽ qdẽ respectũ dicit non habitũ fuisse a Theseo. ¶ At nec nupta qdẽ: alia iniuria: qd̃ non acceperit uxorẽ legitimã Hipp. matrẽ Hyppoliti: idq; factũ fuisse dicit a Theseo in odiũ Hyppoliti: ut nõ legittime natus nõ posset succedere paternæ hereditati. ¶ Cur. s. nõ est accepta. ¶ Tæda iugali. i. legitimo matrimonio: nã in nuptiis tædas deferebant accensas. ¶ Nothus: non legitime natus & scribiť p th. nã sine aspiratione: uentũ significat. ¶ Addidit fratres tibi ex me. i. genuit ẽt alios filios ex me q sunt fratres tibi: nã si amasset te: nõ curasset ex alia muliere suscipere: ne te offenderet ex phædra. n. natus est Demophoon: ut supra diximus: & Antilochus. ¶ Quos oẽs filios p̃ris tui: & tibi fratres. ¶ Ego non fui cã tollẽdi: excusat se: quia posset Hippolytus dicere: quare ergo aluisti si sciebas hoc eẽ mihi nociturũ. dicit se nõ fuisse: sed theseũ qui aluerit. ¶ Tollendi: alẽdi: educãdi. Ter. Quicqd peperisset decreuerũt tollere & Iuue. Tolere dulcẽ cogitat hæredẽ. ¶ O utinã: optat se fuisse mortuã in partu: si filii quos ex theseo genuit sunt nocituri Hippolyto. ¶ Viscera mea forẽt rupta: fracta. ¶ Nisu. partu: nã niti parere significat: in quo significato frequẽtius utimur composito eniti: sunt qui uolũt intelligere. ¶ Viscera. i. filii: sed prior sensus uideť ostendere maiorẽ amoris affectũ. ¶ I nũc: irrisio. ¶ Meriti. ironice. q. d. imo non meriti. ¶ Reuerere. i. honora. & caue ne uioles, qa Hippolytus posset dicere magnũ esse nefas priuignum cum nouerca coire. iõ magna authoritate refellit hãc obiectionẽ. cũ dicit hoc a Ioue pmitti. ¶ Noĩa uana priuigni: & nouercæ: q licet noie ipso uideanť hr̃e affinitatẽ. tñ nõ hñt: & iõ dixit uana: nullius effectus. ¶ Nec terruerint. i. nec terreant. ¶ Coitura: cõmiscenda. Priuigno. nã priuignus dr̃ quasi prius genitus. hoc est anteq̃ nouerca adducta sit: nouercam aũt quasi nouã arcã hoc est nouã uxorẽ dici qdã uolũt: sunt aũt noĩa ad aliqd dicta sicut p̃r: & filius uitricus ẽt priuigno opponitur dr̃. n. cui mater alicuius nupsit post prioris mariti mortẽ. ¶ Ista: hoc pnomẽ ad contẽptũ refertur. ¶ Vetus: & iõ iam digne deponi. ¶ Moritura q̃ deficiet. ¶ Pietas. religio & reuerẽtia concubitus inter affines. ¶ Aeuo sequẽti: sæculo uenturo.

¶ I Nunc & meriti. Aperta ironia q̃ sub forma pcipiendi uim negandi habet, quasi dicat non esse uerendum adire lectum talis patris, præcipue cum ipse pater fugiat & abdicet eum. At si Hippolytus dicat solis se nominibus posse terreri: nam satis est, qa p̃r ẽ cui cõtumeliã faciat & nouerca p quã. Ad qd̃ callida mulier docet cõsanguinitatis & affinitatis noĩa nihil fecisse apd̃ Priscos: Nã apud eos sororẽ dixit fratrem: ut Iuno. Iuppiter licet simplex rusticitas tpe Saturni piũ putauit abstineri a lecto alieno, qd̃ Iuue. expsse docet i pncipio. vi. Sat y. dicẽs: Crede pudicitiã Saturno rege moratã. In terris &c. Et paulopost. Vidẽt sit pmos argẽtea sæcula mæchos: Authoritate igiť Iouis utunť fere pditi mortales, cũ is & primus & summus adulter pdicet: Sed authore Primo lib. ii. Dicere inter deos cõnubia aut adulteria proxime ad dementiam accedit.

¶ Rustica

Fortiç ludibrium Ixiõ ubi regnauerit. Locus eno datus Iphitus p̃do q fuerit & a quo trucidatus Ariadnes historia Amazones quo teli genere i p̃lio utebantur Quæ ama zonũ a theseo interfectæ fuere Amazõius locus ubinam sit. Demophoon & athamanthus q fuere

Gestamen thesei Telũ amazonum

Nothus p illegitimo quo pacto scribatur Demophoon & antilochus.

Nitor & enitor ipro prie qd significet. Priuign⁹ q & uñ dicať Nouerca q̃ & uñ dicta Victricus quis sit Saturnus quo tpe regnauerit.

ASCEN.

¶RVSTICA.ante.Saturnũ nullo cultu mortales uixerunt:regnante.Saturno fuit hæc pietatis obſeruantia:non uirtute ſed ruſticitate.¶ Facit eſſe fas:oñdit eſſe piũ,quicquid delectaret ſui exemplo.¶ Illa co.cũ uiro iungitur.¶ Suos no. ligauit.¶ Prima cathena gñis:amoris uinculo,cũ aliquo ex ſua gente.¶ Nec la.eſt cœ.¶ Nois iacturã ſoluit:cœlabimus facilẽ inquit crimẽ.¶ Ab illa:Venere.¶ Cognato noie:ſub noie affinitatis.¶ Non tibi per te,difficultatem mouet.¶ Tutus er.me.ab omni periculo,& infamia liber.¶ Laudem,qm̃ qđ rarũ eſt:in nouercis:uidebimur mutua beniuolentia teneri.¶ Tolle mo.cũ ſit in peroratione a depræcatione cõmiſerationem mouet.¶ Properata fœdera.amoris pignora.¶ Sæuit me.cruciat.¶ Par tibi.non ſit moleſtus.¶ Non ego dedi.ſup. παθος a mutante fortuna.¶ Humilis.demiſſa reoꝝ timorẽ exprimit:qui interdum mutatis ueſtibus ad genua iudicum procumbebant.¶ Certi ſi qd ha.am.in amore nihil eſt certũ.¶ Victa nimio amore.¶ Precor.ad p̃ces deſcendo.¶ Quid deceat: multa qui amant extra eorum officium faciunt.¶ Depuduit pudor omnem abiecit.¶ Sua ſigna.honeſtate:trãſlatio a militibus,qui in bello ordinem deſerunt.

ANTO. Mortaliũ ornatus Saturni tẽpe q̃ fuerit

Signa quę ſint.

Ruſtica Saturno regna tenente,fuit.
Saturnus periit,perierunt & ſua iura.
Sub Ioue nunc mundus iuſſa ſequare Iouis
Iuppiter eſſe pium ſtatuit,quodcunq; iuuaret,
Et fas omne facit frater marita ſoror
Illa coit firma generis iunctura cathena.
Impoſuit nodos cui Venus ipſa ſuos.
Nec labor eſt celare,licet,pete,munus ab illa
Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis,laudabimur ambo
Dicar priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras,duri reſeranda mariti.
Ianua,nec cuſtos decipiendus erit.
Vt tenuit domus una duos,domus una tenebit,
Oſcula aperta dabas,oſcula aperta dabis.
Tutus eris mecum,laudemq; merebere culpa
Tu licet in lecto conſpiciare meo.
Tolle moras tantum,properataq; fœdera iunge
Qui mihi nunc ſeuit,ſic tibi parcat amor.
Nõ ego dedignor ſupplex,humiliſq; precari.
Heu,ubi non faſtus,altaq; uerba iacent?
Et pugnare diu,nec me ſummittere culpe
Certa fui,certi ſi quid haberet amor.
Victa precor genibuſq; tuis regalia tendo.
Bracchia,quid deceat nõ uidet ullus amans.
Depuduit profuguſq; pudor ſua ſigna reliquit
Da ueniam faſſæ,duraq; corda doma.

¶FVIT.i.ſeruata eſt.¶ Saturno,qui regnauit in Italia primis tpibus cũ Iano.¶ Tenẽte regna ruſtica.i.regna,q̃ nullũ habebãt cultũ,uituperat aũt illa tpa,ut ẽt uituperet mores q i eis ſeruabant:& cauendũ ne dicat̃ fuit ruſtica.¶ Eſſe piũ.i.licere,& recte fieri.¶ Quodcũq; iu.i.qcqđ liberet.¶ Statuit:iudicauit uel legibus ſanciuit.¶ Marita.i.nupta.¶ Fratre uel cũ frẽ,ut p̃poſitio ſubaudiat̃:uel frẽ ꝓ frĩ,ut ſit caſus pro caſu.ut apud Iuue. Quæ molle calenũ porectura uiro miſcet ſitiẽte rubetã.ꝓ ſitiẽti:licet ñ poſſit ſtare ablatiuus abſolute poſitus.¶ Illa:laudat uinculũ neceſſitudinis amoris,& coitus qđ qdẽ dicit eẽ firmiſſimũ.¶ Cathena:uinculo.¶ Iunctura:cõiũctio gñis,cõſanguinitatis uel affinitatis,& eſt ſenſus illa coniunctio affinitatis uel cõſanguinitatis:q̃ ueneris nodis eſt ligata:ẽ ualde firma,& iſepabilis.¶ Cui:iũcturæ gñis:¶ Non.i.nexus.¶ Suos qbus ipſa ſolet oia aialia iter ſe ligare.¶ Nec labor ẽ cœlare:arguit nũc ab oportũitate cœlandi,quã oñdit eẽ facilẽ,nec labor:ordo ẽ: nec labor eſt cœlare.i.occultare.i.cõcubitũ nr̃ꝫ.¶ Pete munus .ſ.cœlandi.¶ Ab illa.ſ.Venere.¶ Licet.i.eſt licitum tibi,ut petas:interponitur autem quaſi per parentheſim.Culpa.pctm̃ noſtrum.¶ Tegi:occultari.¶ Nomine cognato:ideſt ſub nomine cognationis.Viderit:ideſt ſi uiderit.¶ Laudabimur:quia dicet nos hæc facere:ex charitate,& pietate,quæ debet eſſe inter filium,& matrem,& non credet eſſe ex turpi affectu. Fida:bona,& non inſidioſa,quales,ut plurimum ſolent eſſe nouercæ.Virgi.Eſt mihi namq; domi pater:eſt iniuſta nouerca ¶ Non tibi:arguit a facilitate negocii dici,quod cum ambo ſint in eadẽ domo,non erit multũ laborandũ:ut hẽat aditũ ad:cõcubitũ Phædræ:queadmodũ ſæpe laborant alii amãtes ¶ Reſerãda aperiẽda.¶ Per te.i.nocturno tpe:qđ ſolet eſſe aptũ amãtibus.Tibullus.Hæc mihi te adducit tenebras &c. ¶ Duri:inexorabilis uel crudelis:q plus æquo ſæuit in adulteros dephenſos.Iuue.& pœnas metuet q̃ſcunq; mariti exigere irati:& paulopoſt.Exigit aũt interdũ dolor plus q̃ lex ulla dolori cõceſſit.¶ Cuſtos:q ſolet adhiberi ianuæ.Iuue. Sed qs cuſtodiet ipſos cuſtodes &c.¶ Vt te.i.ſicut alias mecũ fuiſti i eadẽ domo pr̃is tui,ita nũc erimus:& nihil qđ faciemus,erit ſuſpectũ.¶ Vt ſicut.¶ Vna.i.eadẽ.¶ Aperta.in cõſpectu oium ex affectu charitatis.¶ Dabis aperta:ex affectu amoris.Venerei.¶ Culpa merebere laudẽ.i.peccãdo laudaberis.¶ Licet:q̃uis tm̃mõ.q.d.cũ nihil ſit qđ obſtet.¶ Properata.i. ſine dilatione facta,¶ Fœdera,ſ.nr̃i coitus.¶ Sic parcat tibi.ſ.ut mihi.i.ſæuiat,ſic tibi ut mihi uel ſic ponatur adiuratiue,& depcatiue ſicut diximus ſupra in eo loco.Sic oẽs Peleus pr̃ impleat annos &c.i.ſic amor nõ te lædat:ſed ſit tibi mitis ¶ Ego q̃ ſum neptis Iouis & ſolis hẽt aũt Emphaſim hoc ꝓnomẽ ut apud Vir.Aſt ego,q̃ diuũ incedo regina.¶ Heu ubi nũc faſtus.i.ſuperbia:& elatio mei generis.q.d.amor omnia depreſſit.¶ Et pugnare ad excuſationẽ ſuã hæc ſubdit.¶ Pugnare.reſiſtere.¶ Certa fui.i.deliberaui.¶ Si quid cer,correctio quia amor leuis eſt:& incõſtans.¶ Victa.ſ.ab amore. ¶ Genibus tuis:hæc.n.erãt dicata miſericordiæ:unde ſupplicantes,ut ſupra diximus ad pedes eoꝝ:quibus ſupplicabant iacebant & genua amplectabantur.¶ Quid deceat:quid ſibi ſit honeſtum:quia multa facit contra dignitatem ſuam. ¶ Depuduit ideſt pudorem abieci:de enim hoc loco non augumentum ſignificat ſed priuationem.¶ Profugus qui a me diſceſſit.¶ Sua ſigna tranſlatio ſumpta a militibus,qui fugientes relinquunt ſigna ſcilicet uexilla & hic eſt uerus ſenſus nam quod reliquerit ſigna ideſt ruborem &c. aut quod ſit tranſlatio a litteris ſigillatis non conuenit.¶ Faſſæ ideſt mihi, quæ confeſſa ſum tibi amorem meum.¶ Doma.flecte tranſlatio ſumpta.ab equis.

HVBER.

Nouercaꝝ ſęuitia i priuignos.

Cuſtos qs ſit

Sic quot habeat ſignificata.

Hoc ꝓnomẽ emphaſim ſemp habet:

Genua cui dicata ſunt

¶SVOS nodos.i.nexus cõiugales,nã ceſto ligat Venus legitie nubẽtes,uerũ uult maiorẽ eſſe amorẽ uim inter cõſanguinitatẽ,aut affinitatẽ cõiũctos.Nec labor eſt cœla.docuit religionẽ duoꝝ ñ obſtar̃,docet pudorẽ mundanum nõ poſſe officere,cũ facile ſit celatu:qñqdẽ nemo ſit hiturus ſuſpitionẽ de affinitate cõiunctis & una domo ſociatis.Itaq; oro q̃ ille obiecere poſſet,hæc facere docet.Dicat priui.ſi.no qđ raꝝ eſt,nã in buc.dr̃.Eſt mihi nãq; domi pr̃:eſt iniuſta nouerca:& ingeor.Hippomanes qđ ſæpe malæ legere nouercæ.Eſt.n.nouerca pr̃is uxor nõ mr̃,tñ priuignus uero cõiugis filius:ſed nõ eius cui priuignus eſt,q̃ſi ex priore genitus.¶ Laudẽq; mere.culpa qa qđ laſciue facies pie feciſſe putaberis ſed nõ uera ẽ ea laus quã deus & cõſcia dãnat.¶ Nõ ego dedi,docet ſe uero amore capi,quẽ ad humilitatẽ cõpellit.uñ æneï.iiii.Improbe amo,qd nõ mortalia pectora cogis.Ire iterũ in lachrymas,iteꝝ tẽtare p̃cãdo.Cogit̃ & ſupplex aios ſummitere amori. ¶ Genibus tuis.quia ut dicit Ser.ad illud æneï.iii.Et genua amplexus Phyſici genua miſericordiæ cõſecrata uolũt,ut aures memoriæ,frontẽ Genio,dexterã fidei.¶ Quid dece.non uidet ullus amans,diuerbiale eſt:inde cæcus amor dicitur.

ASCEN.

Q d mihi sit genitor, qui possidet æquora, Minos
Quod ueniant proaui fulmina torta manu
Quod sit auus radiis frontem uallatus acutis
Purpureo tepidum qui mouet axe diem,
Nobilitas sub amore iacet, miserere priorum:
Et mihi si non uis parcere parce meis.
Est mihi dotalis tellus Iouis insula Cretæ,
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos: potuit corrumpere taurum
Mater eris tauro sæuior ipse truci?
Per Venerē parcas oro, quæ plurima mecum est
Sic nunquam quæ te spernere possit ames
Sic tibi secretis agilis dea saltibus adsit,
Syluaq; perpendas præbeat alta feras,
Sic faueant Satyri, montanaq; numina Panes.
Sic cadat aduersa cuspide fossus aper
Sic tibi dent nymphæ (quanuis odisse puellas
Diceris) arentem quæ leuet unda sitim,
Addimus his pcibus lachrymas quoq; uerba pcātū
Perlegis, & lachrymas finge uidere meas.

ANTO. Iouí fulmina attribuuntur Iuppiter ubi natus & educatus sit Creta Iouis insula Pan qui Aegipan quis

¶ QVOD mihi sit ge. a genere cōmiseratio est. ¶ Qui pos. æquo. mi. maris imperium obtinuit: ut scri. Dio. ¶ Probaui Iouem significat, cui assignantur fulmina: ab eo erat prima Phedræ origo: ut in argumento diximus. ¶ Auus ual. ra. acu. Solis filia fuit. Pasiphae: Phædræ mater: Solis caput diademate acutis radiis ornabatur. ¶ Nobilitas sub amo. ia. amore uicta generositatis meæ rōnem hre non potui. ¶ Miserere prio. meorum maiorum decus respicias: ne turpi amoris exitu uioletur. ¶ Est mi. do. suasio ab utili: dabo inquit dotem: insulam cretem. ¶ Iouis insu. ubi Iuppiter natus est & educatus. Vir. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto. ¶ Regia to. quicquid est paterni regni, oratorio more, non historico loquitur. Non enim dos Phædræ creta est constituta. ¶ Electe fe. ani. alia peroationis pars. ¶ Mater: Pasiphæ. ¶ Per ue. ϖατος: ab obsecratione. ¶ Plurima: uiolenta, plusquā satis est. ¶ Dea agi. Dianam significat, quā incīctam dixit, nunc agilem nuncupat. ¶ Saltibus secre. ubi lustra ferarum sunt. ¶ Montanaq; nu. pa. Euemerus scri. ex Vesta & Cœlo natum esse Panā: cuius uxor fuit Aeste: ex qua Iuppiter filiū substulit: quē Aegipana nuncuparunt, qđ Aeges capræ, & Panos filius crederet. Hero. tradit Pana hircino ore, & cruribus amendesiis in ægypto coli: colebat præterea in Arcadia: Hispania, & latio: quod arcades incolentes Panos sacra instituere. & Sitim q̄plurimum uenatores æstu fatigati desiderāt. ¶ Lachrymas: interscribēdū collachrymauimus. ¶ Verba pcan. præces ut leges. ¶ Finge uidere. quarum signa in epistola non restituerunt.

HVBER. Torquere aquo parti cipium tortus impropríe quid significat Quis deorū fulmina faciat Creta isula quæ sit Iouis fab. Curetes & corybātes qui fuere Pan ubi colitur

¶ QVOD mi. legitur et, Quid mihi? & melior est lectio. q. d. quid prodest nunc mihi nobilitas? quid mei maiores? nam nobilitas ab amore uincitur, & ei cedit. ¶ Quid mi. s. est uel prodest. ¶ Qui pos. æquo. i. qui dominatur Cretæ, & multis insulis, quæ in mari sunt. Quod ue. ordo, quid pdest mihi, quod fulmina ueniant. ¶ Torta. i. acta participium est: nam torquere significat iacere. ¶ Manu pa. i. Iouis: q Iuppiter, licet ex parte Minois, cuius est pater, sit auus Phædræ: tñ ex parte matris Pasiphaes est proauus: nam Phœbus filius est Iouis: Pasiphae uero mater Phædræ filia Phœbi: Iuppiter aūt est, qui facit fulmina: ut ipse apud. Oui. ego sum. qui fulmina mitto. ¶ Quod sit subaudi, quid prodest: quod sit auus. s. Phœbus, qui & sol dicitur. ¶ Vallatus: circundatus. ¶ Tempora: caput. ¶ Radiis: quibus illustrat orbem terrarum ipse lib. ii. Met. At genitor circū caput omne micantes deposuit radios. Axe. i. curru. ¶ Purpureo: aut pulchro: aut rubicundo. quia sol mane rubet. ¶ Iacet. prostrata est. ¶ Priorum. i. supplicantium tibi: & q te amant. de se autem intelligit licet pluraliter loquatur. ¶ Est mihi: post reliqua, quibus conata est persuadere Hippolyto. amorem sui subdit etiam spē dotis. ¶ Cretæ: nominatiuus est casus: est autem insula, ubi Iuppiter dicitur esse nutritus. Vir. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto. De Ioue autē a Ser. talis refertur fabula. Saturnus ab oraculo Thetidis comperit se posse a filio regno depelli: quod timens: natos ex Rhea filios deuorabat: qua nati Iouis pulchritudine delectata: nymphis clam cōmendauit in monte Cretæ Dicteo: ubi eum aluerunt apes: & adhibiti sunt Curetes, & Corybantes: qui tinnitu æris pueri uagitum audiri prohiberent: unde ipsi sunt matris deum ministri. ¶ Seruiat Hip. i. sit sub potestate Hippolyti. ¶ Feros: duros. ¶ Potuit. argumentum a maiori ad minus. ¶ Mater. s. mea Pasiphae. ¶ Corrompere: in coitum suum impellere. ¶ Truti: fero. Per ui. adiurat Hippolytum. ¶ Quæ: Venus. ¶ Est plurima mecum: idest tota est mecum: uel plurima pro plurimum, nomen pro. aduerbio. ¶ Sic: adiuratiua particula. ¶ Ames, que nunquam: possit fallere te: idest sic amor tuus sit certus, & potiatur uotis suis: ut ea mulier, quam amabis, nunquam falla te. ¶ Sic. adiurat per alia: & est sensus: sic tibi faueat Diana dea uenationis: ut non desinit ibi feræ: quas possis interficere. ¶ Dea. Diana. ¶ Agilis. uelox qualem oportet esse uenatricem. ¶ Adsit: præsens sit & faueat. ¶ Saltibus: nemoribus, & campis. ¶ Secretis: remotis non frequentatis. Talia enim loca solent nutrire multas feras. ¶ Perdēdas: interficiendas. ¶ Sic alia adiuratio. ¶ Satyri & Pa. dii siluestres, quod se declarauit: cum dixit minima montana. ¶ Fossus: percussus: Teren. Noli, me fodere. ¶ Cuspide: idest hasta. s. tua. ¶ Aduersa: opposita. nam uenabula solent opponi apris impectus: supra quæ se sæpe immittunt. ¶ Cadat: moriatur. ¶ Sic tibi: hæ omnes adiurationes conueniunt. nam adiurat Hippolytum per ea, quæ scit optari a uenatore. ¶ Sic tibi ordo. ¶ Nymphæ. i. quæ præsunt undis, & fontibus. ¶ Dent: tibi undam: quæ leuet: idest quæ minuat. ¶ Sitim arentem: idest quæ ex ariditate, & siccitate concipitur. ¶ Quamuis dic &c. hæc dicta sunt per parenthesim quasi dicat quamuis nymphæ hoc minime deberent facere: quia diceris habere odio puellas: cum ipsæ sint puellæ. ¶ Lachry. quo etiam lachrymas, cum ipsæ solæ pceps deberent sufficere. ¶ Finge: puta. i. existima ita uidere me flentem, sicut legis uerba mea: Hippolytus. pro ut poetæ fabulabant, uirginitatis, & Dianæ cultor: spræuit Phædræ turpem petitionem: qua ex re indignata falso illum apud patrem Theseum detulit: quod ei uim uoluisset inferre: ille patrē Aegeū, ut se ulcisceretur, rogauit: qui agitanti currum Hippolyito, Phocam immisit: quæ equi territi eum dilacerauerunt. Tunc Diana eius castitate commota. ab inferis eum ad uitam per Aesculapium filium Apollinis, & Coronidis reuocauit: Hippolytūq; in Aricia nymphæ Egeriæ cōmendauit: & eum Virbium: quasi bis uirum iussit uocari, quod Vir. yii. Aene. ostendit: phædram uero audita morte Hippolyti, alii gladio, alii laqueo uitam finisse dicunt. Quo exemplo deterreantur mulieres omnes ab illicito detestabiliq; amore. ne uel idem, uel etiam miserabilior finis eas sequatur.

Satyri qui Sitis ex labore Hippolyti exitus

Hiyppolytus qui & uirbius.

PARRH. ¶ QVAMVIS odisse puellas. Muliebre genus inuisum fuit Hippolyto: quod apud Euripidem detestatur: cius rei meminit, & Plutarchus.

ASCEN. ¶ QVOD mihi sit genitor &c. docet nō pauca amori subdita esse cum omnem generositatem suam illi summittat, & simul laudat se a genere, & prius ab amore. ¶ Est mihi dotalis: laudat se a dignitate, & fortunis. ¶ Sic nunq̄. particula sit, ut diximus, apta est comprecationibus. Omnia facilia sont, quo circa paucis rem absoluimus.

¶ Inquintam

¶ In quintam Epistolam argumentum.

VOL.

HEcuba Cisei filia: Priami uxor: grauida in somnis parere se ardentē facē uisa est. Ideo(ut est apud Actiũ in Hecuba) ex oraculo uoce diuina edidit Apollo puerũ: primus Priamo, q foret post illa natus tpa & tolleret, cũ eē exitũ Troiæ, pæstē pgamo. Priamus igit̃ q̃primũ partus ederet̃, iussit exponi: mr̃ nati fortunā miserata pastori regio clā alendũ mādauit. Is cũ adolescceret in siluis īter armēta: nymphā Oenonē Pyrethæ fluminis ex Creusa filiā amauit: quā uxorē duxisse authore Stra. nōnulli tradiderũt: ex ea quoq; duos genuit liberos, Daphni: & Idæũ. Cognitus deide a parētibusq; suis mitt̃ ī partē: ad Menelaũ ad repetendā Hesionē priami sororē: Helenā Menelai uxorē rapuit: & licet Herodo. neget̃ Troiā adductam, alii tñ & in primis Ho. unicā Helenā suo thalamo Paridē contēptis cæteris pbasse tradũt. Oenone cũ se destitutā uideret ex Cebrina troadis urbe: ubi paridis & Oenones sepulchrũ uideri Demetrius refert. Ad Alexandrum hanc scri. epi. cuius tanto amore flagrauit: ut cum a Philotete sagittis Herculeis confossus ad Oenonē ferret̃: ipsa cadauer cōplexa fouēs uulnera: expirauerit: ut Septimius author est: q̃rit̃ primũ Oenone, q deserta sit: deide reposcētibus gręcis Helenam reddi, & recipi suadet.



OENONE PARIDI.

PErlegis? an coniunx prohibet
noua? plege non est (nu
Ista mycenæa litera scripta ma
Pegasis Oenone phrygiis celeberrima syluis.
Læsa q̃ror de te, si sinis ipse meo
Quis deus opposuit nostris sua numina uotis,
Ne tua pmaneam, qd mihi crimen obest,
Leniter ex merito, qcqd patiare ferendum est
Quæ uenit indigne pœna, dolenda uenit.

ANTO.

PErlegis: an cōiunx phibet noua? nō sine iuidia nouā cōiugē dixit. Helenā significās: id instādi iterrogatio detegit. ¶ Manu myc. Agamēnonis, aut Menelai, qui tibi hostis sunt. Micenę peloponessi urbs Menelai: & Agamēnōis pr̃ia. ¶ Pegasis Oenone: se nymphā significat: fuit Xanthi fluminis filia ex Creusa: nō scamādri: ut aliqui pdiderũt: pegasides. n. naiades dicũt, & fontiũ nymphas, & musas ipsas: qm̃ fontiũ sũt cultrices ἀπὸ τοῦ πηγός. uerbo gręco, qd latina interp̃tatiōe fontē sign̄at: i quo nō uiderũt Oenonē filiā fuisse Pyrethæ annis: qui stagnũ pegaseũ pellit: ut scri. Pli. & nos i Propertio. Id latius exposuimus. ¶ In syluis phrygiis: in idæ phrygiæ mōtis syluis. ¶ Meo: cōiuge ante exceptā Helenā. ¶ Opposuit sua numia: qd numē nobis obstitit i deos culpā reiicit, ne suo crimine accidisse putaret̃. ¶ Quod mi. cri. obest: cũ nihil cōmiserim: nescio, qd mihi obsit, cur ī tuo ñ pstē cōiugio. ¶ Leuiter ex merito: sn̄ia duplici iustā q̃rimoniæ cām ōndit. ¶ Ferendũ: tollerādũ ē si tua culpa mulctā patiaris.

Mycenæ urbs.

Oenone q̃ fuerit & cuius filia secundum uarias opiones pegasides: siue Naiades q̃ & unde dictæ.

HVBER.

Epistolę argumentũ

PErlegis: qui plura de Paride uelit uidere: repetat argumētũ primæ epi. hic satis est dicere, q̃ ad hunc locũ pertinēt. cũ Paris in syluis phrygiis apud pastorē, siue armētariũ: ut supra diximus, uiueret: cōiugio Oenones usus est: q̃ nympha erat illorũ locorũ. cui Paris cōiugii fidē pmiserat. Sed postea q̃ iudicii de pulchritudine triũ dearũ tulit: & Venerē duabus pposuit: ut Helenā sibi ob pciũ iudici pmissam peteret, lacedæmōna accessit. Cunq; iam fama esset: quod eā secum adduxisset: & Oenone ēt hoc uidisset: dolēs se priorē cōiugē a Paride relictā eē, q̃ ei semp fida fuisset: hāc epi. ad Paridē scripsit: in q̃ fidē sui amoris erga eũ cōmemorat: & pmissa Paridis sibi facta. Et cōquerit̃ qd se relicta adulterā accepit: nit iturq; adducere eā Paridi in odiũ, & in cōtēptũ: cōmemorās eius ipudicitiā: & fraudē factā menelao eius priori marito: & cōtradicit Oenone, q̃ cōstās, & fidelis sp fuerit ipsi paridi: cũ tñ habuerit multos amatores, a qbus fuerat sollicita. ¶ Perlegis: interrogatiue pnūciādũ est. ¶ No. cō. Helena, quā nup duxisti. ¶ Probibet: uetat te legere epi. meā. ¶ Perlege: hortatiue ponit̃, nō iperatiue. ¶ Facta: scripta. ¶ Mycenæ: Menelai: q fuit ex Mycenis. q. d. nō est scripta manu alicuius tui hostis: nā Menelaus pp raptā cōiugē suā debuerat scribere lr̃as, q̃s Paris nō libēter legeret. ¶ Pegasis: ut & dictionũ, & locorũ quorũdā græcorũ rō oino me nō fugiat: effecit Ioānis placentini: alias fr̃is carmelitani nũc monachi singularis in me beniuolētia, & studiũ: q hospitio, domoq; mea supra annum usus, nō minus moribus, & religiōe: q̃ utriusq; linguæ doctrina mihi pbandus uisus est: is p tp̄s, quo una fuimus, q̃tũ p occupationes meas licuit: mihi nonnulla græce iterp̃tatus est: nōnulla ēt extra lectionē ōndit. Inter q̃ apud Apolloniũ. i. Argonauticō uersum mōstrauit: quo ē Pegas nomē esse fontis: dicit eni. i. stati hic fontē puenit: quē uocā πηγὰς: uult igit̃ ipse ab Oenone Pegasia appellari: est etiā Peg. ut scr. pli. li. iiii. oppidũ Boeotię: uerũ qm̃ musas Pegasidas appellamus apegaseo equo alato nato ex sanguine Medusę: uel a fonte ab eodē equo facto: qa gręci fons πηγὴ pege dr̃: & ipsæ musæ nymphæ dñt: nō erit fortasse icōueniēs Oenonem appellatā pegasida: q̃si nymhpā non tā a, pege pprio noie fontis q̃ a pege appellatiuo, hoc est a fonte: nam & ipsa se nymphā fuisse testatur: cũ dicit Edita de magno flumine nympha fui: ergo. ¶ Pegasis. i. nympha. ¶ Celeberrima: notissima. ¶ Læsa: quæ accepi iniuriā a te. ¶ Meo: qui es meus coniunx. ¶ Si sinis. i. si pateris me q̃ri. i. si non remoues cām q̃relę. ¶ Quod crimē. q. d. nullum leniter: sn̄ia est: & est sensus: ferendũ est æquo aio: quicqd accidit homini merenti: at illud dolenter fertur, qd p̄ter meritum euenit. ¶ Patiare: pro patiat̃ aliquis: scda persona pro tertia. ¶ Ex merito. i. pro merito & iuste. ¶ Ferendum: tolerandum: patiendum. ¶ Leniter. i. molliter æquo aio. ¶ Dolenda. i. cum dolore ferenda.

Pege fons pega oppidum pegasides unde pege gręce quid significat.

¶ PEGASIS. Nympha Nais. i. amnis Cebreni filia: atq; eo pacto se distinguit ab eiusdē nominis aliis. Oenone. N. fuit etiam Budionis filia: a qua Aegma insula appellata Oenone prius est: ut autumat pythonetus Aegmetarũ primo. Oenotium præterea celebrat Euripides in Iphigenia Aeaco patre natā. ¶ Meo: uiro. Nam priusq̃ patis Helenā raperet Oenone paridi nupsit: ex eoq; Corythum peperit: ut est apud Lycophronem.

PARRH.

ASCEN.  Erlegis &c. Nonnulli codices habent hos uersiculos in capite. Nympha suo Paridi: quis suus esse recusat. Mittit ab idaeis uerba legenda iugis. Quos quidem reor a grammaticis additos, maior enim multo uis est ex abrupto inchoasse, ut fideles codices. Perlegis? an coniunx prohibet noua. Mycenaea mea. Agamenonis, aut potius menelai: cuius coniugem rapuisti. Pegasis: idest fontium dea: seu nympha, & qa musae fontibus psunt nymphaeq; sunt, et pegasides dici solet Leniter .i. leni. hoc est träquillo: & modesto aio. Et träsit uterq; uersus in puerbiü.

ANTO. ¶ NONDVM tantus eras. Demonstrat qualis fuerat erga Paridem: ut crimine uacua uideat: accusandusq; sit Paris: quod illam destituerit. Tantus: tanti nominis, & potentiae: nam pastoris regii seruus, nõ regis filius putabaris. Magno flumine: non Xantum, sed Iphrytem itelligit: ex quo, & Creusa Oenonem natä diximus. Absit reuerentia uero: ignoscas, si uera narro. Eras Seruus regii pastoris, & armenta custodiebas. Tecti arbore: sub umbra arborü. Casa humili: pastorea, quä lingua punica magalia dicimus. Defensa est desedit. (Macula qd) Quis tibi mõstrabat saltus: exprobat bñficia, Qua rupe: in qua parte montis essent ferarü lustra. Maculis, macula in raetibus significat plagam, siue foramina. M. T. C. uerinarum lib. iii. Raeticulü ad naris admouebat tenuissimo lino minutis maculis plenü rosae. Egi: in feras hortata sum. Incisae seruant: enumeratione rerum gestarum auget querelas. Fagi: arbores sunt procerae. Mea nomina a te que tu scripsisti. (Populus arbor quç) Populus: arbor nigra, & alba: ut scribit Pli. gaudet aq. Fluuiali riua: ad ripas Xanthi fluminis: riuum fluuialem Xanthum intelligit: quae amorem nostrum testatur. Trũci: populei hi sunt quibus arbores nituntur. In titulos surgite: ut testimonium faciatis, me paridi nupsisse. Viue: in inuidiä Paridis, ne nostrum possit dissimulari coniugium. Margine ripç: in ripa Xanthi. (Xäthi fontes.) Hoc carmë, quod Paris scripsit. Spirare: uitam ducere. Ad fon. xanthi: Xanthi fontes sunt inter Thelmessium, & Paratam lyciae urbes: miscetur cum Simoonte prius inquit Xanthus labetur in suum fontem: q̃ Paris uiuat sine Oenone, Propera retro: in tuum fontem relabere.

Nondum tantus eras, cum te contenta marito
Edita de magno flumine nympha fui.
Qui nuuc priamides (absit reuerenda uero)
Seruus eras, seruo nubere nympha fui.
Saepe greges inter requieuimus arbore tecti,
Mixtaq; cum foliis praebuit herba thorum.
Saepe super stramen, foenoq; iacentibus alto
Depressa est humili caua pruina casa.
Quis tibi monstrabat saltus uenatibus aptos?
Et tegeret catulos, qua fera rupe suos?
Retia saepe comes maculis distincta tetendi,
Saepe citos egi per iuga summa canes.
Incisae seruant a te mea nomina fagi
Et legor Oenone falce notata tua.
Populus est memini fluuiali consita ripa.
Est in qua nostri littera scripta memor
Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt
Crescite, & in titulos surgite rite meos
Popule uiue praecor: quae consita margine ripae,
Hoc in rugoso cortice carmen habes.
Qum Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi uersa recurret aqua:
Xanthe retro propera, uersaeq; recurrite lymphae,
Sustinet Oenonem deseruisse Paris.

HVBER. ¶ NONDVM: narrat suam in Parim beniuolentiä: & sua in eum merita. Tantus: tã magnus: qa tunc eras in numero pastorü, nõ in numero procerü: sicut nunc es. Nympha .s. ego. (Oenones cuius filia.) Edita genita. De magno flu. alii dicüt fuisse filiä Xäthi alii cebreni fluuii: qa quidam poetae graeci eä Cebrenida appellät ego, qui certum affirment cebrenü fluuium esse Phrygiae, nondum memini me legere. Sed Cebreinam siue Cebriniam regionem esse phrygiae Stra. scr. li. xiii. ibiq; dicit Alexandri siue Paridis. & Oenones sepulturä ostendit: quä dicunt Alexandri uxorem fuisse priusq̃ Helenä raperet. Ser. eras: eras famulus. Qui nunc Priamides, .i. qui nüc diceris filius Priami. Absit &c. per parenthesim haec dicta sunt. Reuerentia absit uero, .i. respectus non habeatur: ueritati dicendae. Tuli: passa sum. Nubere: fieri uxor: nam ad mulieres solum pertinet: nisi in opprobriü referatur ut apud Iuuenalem: nubit amicus. Martialis. Barbatus rigido nupsit Calistratus afro. Item Nolito fronti credere: nupsit heri. Saepae graeges: commemorat cõsuetudinë: quae sibi fuit cum paride. Arbore tecti: idest sub umbra arboris. Prçbuit torum .i. fuit nobis p toro. (Sramë uñ Pulli qui Catuli qui) Cana: alba. epitheton pruinç. Humili: nõ alta. Stramen: a sternëdo dr, quicqd põt substerni ut Paleae & similia. Venatibus .i. uenationibus: uel uenätibus .i. uenatoribus. Tibi: qui eras imperitus locoꝝ. Catulos filios: nam ut quarũdam domesticorum animalium: & quarundä uolucrü filios dicimus pullos: ut pullü equi: pullü asini, pullü aqlae pullum hirundinis &c. si quarũdam feraꝝ filios catulo dicimus, ut catulos leonum: catulos lupoꝝ: catulos ursorum &c. Tegeret. occultaret, & tutas haberet. Comes .s. tua .i. quae tecü ueniebä. Distincta maculis .i. plena nodis. Egi: impuli instigaui. Per iuga: per montes. Incisae a te .i. inscriptç. Notata: scripta. Legor: in phagis, & aliis arboribus. Populus: arbor, quae aquis gaudet. Vir. populus in fluuius: Abies in mõtibus altis. Consita posita: plantata, inde ager consitus dicitur, qui arboribus abundat. Memor nostri: quae mei memoriam seruat: propter scripturam tuam. Tantum mea nomina crescunt: quia quanto maiores arbores fiunt tanto magis apparent notae, & littere mei nois. Crescite apostrophat ad arbores ipsas. Et surgite: erigimini. Recta: p recte: nomë p aduerbio: ut rauca sonans amnis .i. rauce. In titulos meos: idest commemorationem mei nominis: Popule: apostropham facit ad quandam populum arborem in qua dicit adhuc remanere promissionem Paridis erga ipsam Oenonem. Consita: posita. Margine extremitate. Rugoso: aspero, siue contracto. & pleno rugis: quales solent esse cortices arborum. Cum Paris hoc est carmë qd in (Nomë pro aduerbio, qñq; ponit) testificatione sui perpetui amoris in Oenonem Paris scripserat: cuius sensus erat. Tunc aquam fluuii Xanthi reuersurä ad fontem suum: cum paris posset uiuere Oenone a se derelicta: quasi dicat, quod sicut impossibile est quod aqua Xäthi unquam reuertatur ad fontem: ita erit impossibile: quod ego paris possim sine Oenone uiuere. Spirare: uiuere. Versa: a cursu suo mutata. Xante: uertit Oenone sermonem ad Xhantum dicens: ut redeat quandoquidem paris potuit eam delerere. Lymphae: aquae. Sustinet: patitur, & potest.

PARRH. ¶ MAGNO flu. Cebreni. Iterpres lycophronis. οἰνώνη θυγάτηρ ἦν κεβρῆνος ἢ οἰνέως idest Oenona filia fuit Cebreni, uel Oenei. Absit reuerentia uero: secedat inquit personae respectus, & omnis pudor: ubi quid ex fide narrat. Seruus pastor antiquo romano ex more, secundum quem loquitur Ouid. omnes pastores fuisse seruos ex Strabone dum de brutis agit: Salustioq; & Liuio constat. Depressa: corrige defensa, & uitata sub humili casa. Sed haec in Claudianum copiosius. Itaq; ne Iouis (ut aiunt) Corinthus, in culcare supersedebo.

ASCEN. ¶ De magno flumine .s. Xantho. Qui nunc priamides, supple es. Absit reuerentia uero .i. ne contemnatur, quia ueritas odium parit. Tuli .i. sustinui passa sum dignata sum. Quis tibi monstrabat. docet se quoq; magisträ eius, que pollet artis fuisse. Fagi incisae. Sic in buco. Immo haec in uiridi nuper, quae cortice fagi carmina descripsi &c.

¶ Illa

ANTO.

¶ILLA dies: πα᾽τος a tpe. ¶ Hyems amoris: a nautis trāslatio: eē.n. in amore hyemē, & trāquillitatē dicimus, cū dissidiū aut pacē significamus. ¶ Qua ue. & Iuno: in nuptiis Thetydis, q̄ in Pelio mōte gestæ sunt: dii oēs conuenerūt pīer discordiā, quā a nuptiis alienā esse decet, pomū iecit: qđ de pulchritudine certamē inter Iunonē, Palladē, & Venerē excitauit: placuit Paridi stari iuiæ, Venus, pmissa Helena, p se iudiciū tulit. ¶ Sūptis armis: ægis. & alia arma sunt Palladis, q̄ cū sit belli dea armata est spectabilior: qualē Home. descri. quā nuda. ¶ Sinus mi. atro. cor mihi exercet artē ludicrā. dicit Plau. cū illius tepidationē exprimit. ¶ Vt nar. pmissam tibi Helenā. ¶ Cōsului anus, & lōgæuos senes: rūsa sortilegorꝫ tuli. ¶ Constitit eē ne retulerūt mihi aliqd mali potēti. ¶ Cæsa abi. narrat simpliciter rē: ut gesta est: abies arbor pcera in altis montibus nauigiorū materia ut scr. Pli. Classe parata, quā Ferechus fabricauit: ut suo loco dicemus. ¶ Rates cæ. id ad nauigiorū picturā. q̄ Cæra illiniebant: referēdū nō cēseo: q̄ ē Encaustices genus Cæratas cæra occlusa significare oñdit. Sęratę rates, Balbus li. .i. argonauticō cū Ad argū loqtur. Sors tibi ne qua pte trahat tacitū puppis mare fixaq; fluctu: Vel p ce: uel molli concludere uulnera Cæra. ¶ Discedēs: a me, ut peteres sparten. quod amoris signū fuit. ¶ Parce nega. nō neges me amasse. ¶ Iste pu. am. si te nō Helenā amare, nec te me amasse pudeat. ¶ Nā secūdus amor turpior est, q̄ primus. ¶ Nō sic appo. πατοσ ab imagine ulmus in Italia expetita est uitiū gratia: ut scri. Pli. ¶ Riserunt co. qm nō uēto tenebaris, sed amore nr̄o. Septimius solū ex Paridis comitibus: q in græciā nauigarūt Aeneam noiat. ¶ Quā uix su. abiēs p dolore me salutare potuisti. ¶ Aura sus. li. secūdo uento nauigas. ¶ Eruta: ipulsa. ¶ Canet: spuma albescit. ¶ Prosequor infœlix: qd i discessu, & post discessum Paridis egerit, exponit. ¶ Humet harena: magna hyperbole ē: nā lachrymis harena humectari nō pōt. ¶ Virides Ne. Nereides marinas nymphas Pli. non esse fabulosas tradit uisas, auditasq; interdum.

Paridis iudicium.

Abies apta nauigiis.

Hypboles quæ

Nereidis q̄

Illa dies fatum misære mihi duxit, ab illa
Pessima mutari cœpit amoris hyems,
Qua Venus, & Iuno, sumptisq; dentior armis
Venit in arbitrium nuda minerua tuum,
Attoniti micuere sinus: gelidusq; cucurrit
Vt mihi narrasti, dura per ossa tremor.
Consului (neq; enim modice terrebar) anusq;,
Longæuosq; senes, constitit esse nefas.
Cæsa abies, sectæq; trabes, & classe parata
Cærula ceratas accipit unda rates:
Flecti discedens, hoc saltem parce negare,
Præterito magis est iste pudendus amor:
Et flecti: & nostros uidisti flentis ocellos,
Miscuimus lachrymas mæstus uterq; suas.
Non sic appositis uincitur uitibus ulmus,
Vt tua sunt collo brachia uincta meo.
Ah quoties, cum te uento querere teneri,
Riserunt comites, ille secundus erat,
Oscula dimissæ quoties repetita dedisti
Quam uix sustinuit dicere lingua, uale,
Aura leuis rigido pendentia lintea malo
Suscitat, & remis eruta canet aqua.
Prosequor infœlix oculis abeuntia uela,
Qua licet, & lacrhymis humet harena meis.
Vtq; celer uenias, uirides Nereidas oro,

¶ILLA dies. Narrat originē suorꝫ malorꝫ: q incœpit, qñ tres deæ supposuerunt se iudicio Paridis. ¶ Fatū: fortuniū. ¶ Hye. tempestas tractum a mari. ¶ Cœpit: incœpit. ¶ Ab illa. s. die q̄ uenus & cætera. ¶ Decentior armis sumptis. i. esset honestior armis sumptis: q̄ depositis uestibus. ¶ In arbitriū: in iudicium tuū de pomo, de quo diximus in argumētoprimę epistole. ¶ Attoniti: terrefacti. ¶ Micuere: tremuere: ut ī prima epistola: usq; metu micuere sinus. ¶ Gelidus tremor: q facit gelidos. Virgi. Ex tēplo æneæ soluunt frigore membra. Vt postq̄. ¶ Narrasti mihi: dixisti mihi tres deas ad iudicium tuū uenisse. ¶ Cōsului: interrogaui. ¶ Anus: qua plerūq; interptantur talia. ¶ Et senes longæuos. i. longe ætatis. ¶ Neq; enim terrebar modice. i. multū terrebar: est. n. liptote, & p parenthesim legendū est. ¶ Constitit, per illos apparuit, & iudicatū est. ¶ Esse nefas: esse malū. ¶ Cæsa abies: breuis narratio apparatus Paridis ad rapiendā Helenā. ¶ Abies arbor mōtana apta nauibus ædificā. ¶ Cæsa: incisa. s. est. ¶ Trabes ligna. ¶ Cærula: coloris cærulei: est aūt cæruleus color inter uiridem: & nigrū: & eiusmodi solet eē color maris. ¶ Cæratas: cæra, uel pice illitas. ¶ Parce, abstine, & noli negare hoc te fleuisse, cū a me discederes. ¶ Iste amor Helene. ¶ Est magis pudendus pterito. i. est turpior tibi, q̄ meus. i. magis deberet te pudere amare Helenam q̄ cōfiteri amasse me: qa amor meus erat licitus & honestus. ¶ Et flecti: & nostros. q. d. uterq; fleuimus: ¶ Nostros ocellos flētis .i. oculos mei flentis: est enim flentis genitiuus casus, qa habet ultimam breuem, nō autem est accusatiuus pluralis: ut qdā falso existimāt, nam tales accusatiui plurales in is desinētes semp habent is finalem longam. ¶ Suas pprias, ut quisq; suos patimur manes. ¶ Nō sic comparatio amplexus Paridis. ¶ Vlmus arbor uitibus apta psertim in Italia. Vir. ulmisq; adiungere uites. Vincitur, ligatur. ¶ Vitibus appositis. i. adhærētibus, tanq̄ maritis suis ¶ Vt sicut. Nexa implicia ¶ Ah quoties dicit tantum fuisse ante Paridis erga se amorē, ut cū esset discessurus, q̄reret uentum esse aduersum cum tamen te uera eēt secundus, sed pigebat eum discedere. Teneri: impediri. ¶ Riserunt quia uidebant nō esse uerum, quod querebaris, sed te hoc facere, quia pigebat te a me discedere. ¶ Ille uentus. ¶ Secūdus fœlix. ¶ Quoties, q. d. sæpissime. ¶ Repetita: renouata: quia cū me dimisisses sæpe reuertebaris, ut me osculareris. Quam uix. i. quam difficile. ¶ Sustinuit, potuit. ¶ Aura exponit processum discessus Paridis. ¶ Malo arbore nauis, declinatur hic malus. ¶ Suscitat, mouet. ¶ Eruta: commota. ¶ Canet, spumescit. ¶ Prosequor oculis idest prospicio. ¶ Qua licet idest quatenus licet, idest quantum possum. ¶ Humet, madefit. ¶ Vtq; celer idest præcor & facio uota pro celeri reditu tuo, Nereidas nymphas maris Nerei filias.

HVBER.

Abies arbor quæ

Cæruleus Color.

Malus pro nauis arbore.

Nereides q̄

¶ANVS, & longęuos senes. Sagos intelligit & cōiectores: ex quo gñe fuisse Pitheū Pelopis Tethron Pr̄em diximus ex Plutarcho. ¶ Constitit uno ore prædixerūt. ¶ Iste amor adulteræ, quæ uirū reliquit & liberos ut externum sequeretur

PARRH.

¶ILLA dies &c. Ordo est, Illa dies, qua Venus & Iuno, & Minerua nuda decētior. i. pulchrior. sup. futura sumptis armis dest si sumpsisset arma. Venit in tuū arbitriū. s. quælibet earū. Duxit. i. attulit mihi miseræ fatū. i. fatale exitiū, & hyems. i. tēpestas incerta amoris pessima. i. in me cœpi mutari ab illa. i. post illā diē. Postq̄. s. Veneri pulcherrimā puellā pollicenti data est a Paride sententia. Nota est fabula, cū. n. ab Thetidis cū Peleo, nuptias omnes deęq; præter Martē & Bellonā inuitati essent, id ægre ferentes exclusi Mercuriū dimiserūt cū aureo malo seu pomo, in quo scrīptū erat, deē pulcherrimæ. quod proiectū inter summas deas. Palladē Iunonē & Venerē, cum singulæ sibi uendicare uellent, relatū est ad Paridē, qui pro Venere iudicauit, mercede pulcherrimæ puellæ illectus cum Minerua sapientiā, & in bello uictoriā, Iuno regna, gloriam pollicerentur. Disertæ & graphice dicit sumptisq; decentior armis, quia Veneri nuditas, Minærue armatura cōpetit: ad quod alludit Ausonius noster, ut fere legit sic. Armatam Venerem, uidit tritonia Pallas Nūc certemus ait iudice uel Paride. Tū Venus, armatā qd me male sana lacescis. Quæ quo te uici tpe, nuda fui. Vincit, a quarta coniugatione media lōga. i. circū ligat. Querere sic le. est: ut sit, q uenit a q̄reror cuius secūdā est psona q̄reris, uel q̄rere pe. lōga reliqs breuibus Ille se. erat hoc ē uētus: de quo q̄rebaris, erat secūdus, & ita cōueniēs nauigatiōi, uñ cōites suētes te irretitū amorē riserūt.

ASCEN.

ANTO: ¶IN me.damna.ad meū exitiū.¶ Alii.Helenam intelligit:quę marito Paride fruebatur.¶ Blanda.diis supplex.¶ Pro d. pel.ꝓ Helena.¶ Aspicit immēsum.πα̉ τοσ a loco:sygæū ꝓmontoriū describit:unde Paris nauigaturus in græciā orā sol uit:quo ue remēsus pelagus appulit.¶ Moles natiua:locus natura editus,nō industria.¶ Resistit:nō reiicitur : sed restat imotus.¶ Hinc ex sygęo.¶ Ire ꝑ fluctus,ut citius te cōplecterer.¶ Fulsit mihi purpura.πατοσ a loco q dicit̄ ꝑter spem.

HVBER. ¶ ORMENI: nympha Astydamiã dicit filiã Ormenii regis: quã cũ Hercules dari sibi coniugẽ petuisset, pr̃ renuit sciens eũ hr̃e Deianirã: Hercules idignatus regi bellũ intulit: captaq urbe ac rege interfecto Astydamiã captã uitiauit: genuitq ex ea Cresippũ filiũ: Dio. scri. ¶ Nec ti. cri. e. i. nec ẽt crimini a me tibi dabit: qd' tot sorores cõpsseris. ¶ Theutrãtia tur. miror cur qdã Thestitia turba legẽdũ putẽt, nisi librarioꝝ: qd' magis credo: culpa sit: nã nõ Thestius, uel Thestitius, sed Thespis Atheniẽsis: ut Dio. scri. a quo Thespiẽsis regio denoiata ẽ. l. filias ex pluribus fœminis genuit: q̃s oẽs Hercules adhuc puer: sed robore pstãs compssit: & ex eis. l. genuit filios, oẽs mares, q Thespiades dicti sunt: quos p Iolaũ in colonias trãsmisit: sed cur dixerit theutrãtia turba nõ satis cõpertũ habeo: cũ Theutras regnauerit in Mysia: nisi Hercules ẽt in Mysia, siue theutrãtia regione fortasse alias sorores compsserit: licet nihil apud quẽquã legat, qd' meminerĩ, sed oĩa, aut nõ sũt mãdata lrĩs: aut nõ extãt: q̃obrẽ nõ ausim textũ corrũpere. ¶ Vna recẽs: nõ de Ioue itelligit: sed de Omphale Lydorũ regina: cui Hercules ita seruisse dr: ut oia faceret, q' iperasset: unũ Ter. i. eunucho. ¶ Qui minus huic q̃ Hercules seruiuit Omphale. Ex hac genuit Hercules lamũ filiũ: unũ dicit Deianira. ¶ Vñ: ex q̃ Omphale. ¶ Sũ fa. no. la. qa cum sim uxor tua, ille est factus priuignus meus. ¶ Lydo: ex Lydia: ut diximus. Lydi aũt ppli Asiæ: q aliqñ Mæonii dicti sunt: neq ullo pacto itelligendũ est de Iole, qa ex eo nõ suscepit lamũ: neq ex Lydia, aut Mæonia fuit, sicut hãc fuisse oñdit: cui Herculẽ Puuse dicit. ¶ Mæãder fluuius Lydię: aut ut Seruius dicit, Cariæ, q̃ est uicina Lydiæ. ¶ Qui errat. i. labit, & uagat. ¶ Toties: sæpius: qa ita flexuosus est: ut in se uideat recurrere. ¶ Retorquet: reflectit. ¶ Monilia: ornamẽta muliebria q̃ teste Seruio ẽt segmẽta dñr: q̃ tm̃ mõ mulieribus cõueniebãt: inde Iuuenalis uirũ obiurgat, qd' segmẽta iducat: Segmẽta, & lõgos habitus: & flamea sumit: &c. ¶ Illo. s. collo. ¶ Parua sarcina: paruũ onus: qa sustinuisset ẽt maius. ¶ Nõ puduit pluribus uerbis uituperat Herculem de hac mollicie. ¶ Cohibere: astringere. ¶ Soli. fortib⁹. To. i. torosis. i. pulposis, & neruosis mẽbris. Persius: multũq toro sa iuuẽtus. ¶ Nem. oñdit turpissimũ esse exornare molli, & lasciuo habitu brachia: q̃ res magnas: & dignas laude gesserint quales sunt, q̃s cõmemorat. ¶ Pestis Nemeæa. i. leo. Nemeæus: quẽ interfecisti: i cui⁹ facti memoriã gestas pellẽ ipsius leonis. ¶ Lęuus humerus. i. sinister. Nam humerũ dextrũ ferebat Hercules exertũ, & detectũ: ut esset expeditior. ¶ Nemeæa ut scri. Stra. sylua est inter Cleonas: & per Philiuntẽ, in q̃ Argiui sacra faciebant: ubi Hercules Nemeæũ leonẽ occidit: quẽ interdũ poetæ appellãt Cleonæũ: a Cleone oppido nemeæ syluæ ppinquo, Lucanus ille Cleonęi piecit terga leonis. ¶ Mitra: teste Seruio nomẽ barbarũ, est pileus incuru⁹: de quo pẽdebat bacarũ tegmẽ quo utebant Lydii, & Phrygii. Iuue. Itẽ qbus grata ẽ picta lupa barbara mitra: cõueniebat aũt mulieribus pcipue: aut uiris mollioribus, & effœminatis. Vir. Et nũc ille Paris cũ semiuiro comitatu Mæonia mentũ mitra crinẽq madent ẽ Subnixus &c. ¶ Redimire. i. ornare. i. addere redimicula: q̃ ex mitra pendebãt, inde Vir. li. x. Et tunicæ manicas: & hñt redimicula mitræ. ¶ Populus. i. corona populea.

ASCEN. ¶ ORMENI nympha, uocatiuus est nois patronymici. Nã declinat hęc Ormenis, huius Ormenidos &c. o Ormeni, & fit noie Ormenus Ormeni addẽdo litera. est aũt Astydamia Ormeni filia. ¶ Vna recẽs crimẽ referet adultera nobis, referet. i. recensebit nobis. i. a nobis, nec stat uersus si legat referet. lege ergo referet, ut sit sensus, omissis aliis dicã de una adultera, q̃ crimen recens cõmisit, sed ἐμφατικῶς dicit eã crimen nõ criminosam, sicut comicus scelestũ scelus: & senẽ senium uocat.

Margin notes: Theutrantũ oppidũ — Germa. Cęsar Herculis picturã uisit. — Mæãder fluuius — Phrygũ & Lydorũ gestamen — Solõ oscorũ lingua. — ubi leo ab Hercule interemptus — Thespienſiũ fabula — Theutres — Lamus & Omphale — Lydi alio noie mæõii — Mæander — Segmẽta q̃ — Leonemeçus cleonę⁹ — Herculis habitus

¶ Zona

ZON A mæonia: cingulo fœmineo more lydio. Imago crudi Diomedis: is est qui in Thracia ad Tiridam oppidum cæsis hospitibus equos alebat: qua pœna ipsum Hercules multauit: equos domuit: & ad Alexandri tempora illorũ genus supfuit. Busyris: Neptuni, & Libyæ Epaphi filius in Aegypto in locis Nilo uicinis tyrãnidem exercuit: hospites mactabat. Hercules ipsum pemit cũ ex Aphrica in Aegyptum pmearet. In isto culto: qui non ad uiros: sed ad mollissimas puellas couenirct. Eras pudendus. puderet Busyridẽ se fateri uictum in tanta mollicie. Antæus hunc terrę filiũ tradũt qđ ideo ueteres finxisse scri. Eusebius: qm esset palæstræ, certaminisq; q̃ in terra exercent, peritissimus: Hercules alitus sublatũ peremit. — ANTO.

Nec te Mæonia, lasciuæ more puellæ,
Incingi zona dedecuisse pudet?
Non tibi succurrit crudi Diomedis imago?
Efferus humana qui dape pauit equos?
Si te uidisset cultu Busyris in isto,
Huic uictor uicto nempe pudendus eras.
Detrahat Antæus duro redimicula collo,
Ne pigeat molli succubuisse uiro.
Mæonias inter, calathum tenuisse puellas
Diceris, & dominæ pertimuisse minas.
Non fugis Alcide uictricem mille laborum
Rasilibus calathis imposuisse manum?
Crassaq; robusto deducis pollice fila,
Aequaq; formosæ pensa rependis heræ:
Ah quoties, digitis dum torques stamina duris,
Prævalidæ fusos comminuere manus.
Crederis infelix scuticæ tremefactus habenis
Ante pedes dominæ pertimuisse minas.
Eximiis pompis præconia summa triumphi,
Factaq; narrabas dissimulanda tibi.
Scilicet immanes elisos faucibus hydros
Infantem nuda dilacerasse manu.
Vt tegæus aper cupressifero Erymantho
Incubat, & uasto pondere lædit humum.
Non tibi thre, clis affixa penatibus ora,
Non hominum pingues cæde tacentur equæ.
Prodigiumq; triplex armenti diues hiberi
Geryones, quamuis in tribus unus erat.
Inq; canes totidem trunco digestus ab uno
Cerberus, implicitis angue minante comis.

Detrahat: si fieri posset: detrahere conaret. Puellas ionicas: Omphales lydiæ pedissequas, Ionia est minoris: Mæonia, Ionia: Lydea: Mygdonia iungunt adeo, ut uix assignari possint limites: ut Stra. meminit. uñ poetæ hæc oia cõfundere con sueuerũt. Calathũq; qualũ: siue quasillũ signat, quo puellæ & unguẽta: & lanas recõdunt. Rependis: in idẽ pondus filans deducis. Scuticæ tre. ha. ex corio scutica fiebat ad uerberandos seruos. nã σκύτας latine coriũ interptamur. Dissimulãda, q̃ in eo habitu erãt tacẽda. Hydros elisos. infantẽ Herculẽ angues geminos trucidasse scripsimus. Vt tegæus aper: aprũ ex Arcadia uiuũ ad Eurystheũ ptulit: quo mõstro pterritus in æreo uase se clausit. Tegææ, Arcadiæ oppidũ. Erymãthus in Erymãto Arcadiæ mõte aper, q regionẽ uastabat, stabulari cõsueuerat. Affixa peãtibus ora. Diomedes Thracię rex hospitũ ora, quos apponebat eqs deuorandos, postibus affigebat. Prodigiũq; tri. de Geryone itelligit: quẽ tricorporẽ fuisse tradũt, q̃ lõ fictũ esse scri. Diod. qm Crysaurus tres hũerit filios fortissimos ppugnatores cũ tribus exercitibus, qbus singulari certamie superatis: Hercules boues in Italiã abegit. Hiberi: Hispani, i Hispania regnauit Geryõ. In trib⁹ unus erat. erat Geryon unus ex tribus corpibus. Inq; ca. to. Cerberũ ab inferis traxisse Herculẽ i fabulis est. Ecatheus Milesius scri. serpentẽ fuisse in Tenaro Laconiæ pmontorio: cuius ueneno mortales extinguebant: & qm i Tænaro ad inferos dr̃ esse aditus Ditis canem dixerũt: quem cũ Hercules trucidasset: nata est fabula Herculẽ canem tricipitem interemisse. Implicitis an. nam pro pilis angues habebat: & ideo centum geminum cerberum Horatius appellat. — Ionia — Calathus — Scutica — Aper — Tegææ oppidum — Erymãth⁹ mons — Diomedis feritas

MAEONIA zona. i. zona ipsi⁹ Omphales. Dedecuisse i turpe tibi fuisse. Her. n. ita Omphale deditus fuit: ut oia, q̃ illa iuberet, faceret: & cũ suo cultu istruxisse refert Oui. ii. Fast. Dũq; parant epulas: potãdaq; uina ministri Cultibus Alcidẽ instruit illa suis, Dat tenues tunicas getulo murice tinctas. Dat teretẽ zonã, q̃ mõ cincta fuit. Vẽtre minor zona ẽ: tunicaq; uincla relaxat: Vt posset magnas exeruisse manus. Fregerat armillas nõ illa ad brachia factas. Scindebãt magni uincula pua pedes. Nõ tibi: commemorat eius ante acta fortia: q debu ent ipsum deterrere a talibus lasciuiis. Suc. uenit i mentẽ. Cru. uiolẽti: & inhumani. — HVBER. — Ouidius

Et fe. ualde fer⁹. Pauit: alit. Hu. dape. hic Trax tyrãnus sæuissimus hũanis hospitũ carnib⁹ equos, eqsq; suas alebat: & capita suis tectis affigebat, quẽ Herc. itẽ fecit: & eodẽ supplicio affecit: quo ille hospites. Si te ui. Busyris rex Aegypti ad puocãdã Nili inũdationẽ hospites solebat imolare: hoc genus sacrificii pmũ expertus ẽ i. Thrasiũ, a quo sibi mõstratũ fuerat Oui. de ar. amã. Dr̃ Aegyptus caruisse iuuãtib⁹ arua Imbrib⁹: atq; ãnos sicca fuisse noue. Cũ Thrasius Busyri adit: mõstratq; piari Hospitis effuso sanguie posse iouẽ. Illi Busyris fies Iouis hostia pm⁹ Inqt: & Aegypto tu dabis hospes aquã. cũ ãt uellet imolare et Herculẽ, Hercules eũ iterfecit. Isto cultu. isto ornatu muliebri, et lasciuo. Pudẽd⁹ eras. i. fuisses ei pudor a te uici. Detrahat: p detraheret. i. auferret. Ioniacas puel. i. mæõias: nã Ionia regio Asię ẽ finitima Mæãdro. Dñæ Omphales. Nõ fugis nõ caues. Rasilib⁹ politis: qsi rasis. Vir. & torno rasile buxũ. Crassa. i. magna, nõ aũt legẽdũ est grossa. Deducis: nes. Repẽdis: ad psũ reddis: tu quoq; sicut ancillę. Cõminuere: fregẽ. Habenis: loris. Prçcoia: laudes. Triũphi: uictorię tuę. Alii codices hñt eximiis põpis imania femina laudũ. Dissimulãda: cęlãda, tacẽda. Scilicet: dicit ea, q̃ narrat Hercules. Elisos: strãgulatos: sffocatos. Inuoluisse. diuisis syllabis legẽdũ est: sicut alibi, Debuerãt fusos euoluisse meos. Immanes hi. maxi os angues: supra dixim⁹ hãc fabulã. Tegæus: arcadic⁹. Erymãtho: mõte Arcadię: illic. n. iterfecit apy uastãtẽ regionẽ. Incubat: iacet: Penatib⁹: tectis. Threicis. i. Diomedis. Ora: capita. Eq: pigues supra tusa ẽ fabu. Prodigiũ triplex Geryões: ut fabulę tradũt rex regnauit i Gadibus Hispaniæ, quẽ locũ Erythrã appel lãt: quẽ tricorpore fuisse fabulãt: ditissimũq; pecoris: qđ Hercules eo supato, i Italiã aduexisse dr̃. Diod. dicit Chrysauri filios tribus magnis exercitib⁹ fidẽtes ab Herculẽ supatos: & greges boũ deuicta Hiberia secũ abductos. Prodigiũ: mõstrũ. Triplex tricorpor. Hiberi: hispani. Geryões prĩe ẽ declinatiõis: declinat. n. sicut Anchises. Vnus er. in tri. qa unus erat: licet tria corpora hret scdm fabulas. Cerberus: mõstrũ cũ tria capita hũisse dr̃. aũt uestibulũ tartari suare: hũc Cerberũ triplici cathena uinctũ Hercules ad supos iussu Eurysthei dr̃: eo pus Athenis mysteriis Eleusinę Cereris ihiatus fuisset. In totidẽ canes. i. in tres: ut Geryones. i. totidẽ capita canina. Ab uno trunco. i. ab uno corpore. Digestus: diuisus. — Busyris — Ionia — Erymãth⁹ — Geryon. — Geryones cui⁹ declin. — Cerberus

CRASSAq; robustiora. Iuue. satyra. ii. Vos lanã trahitis, colloq; pacta refertis Vellera, uos tenui pgnãtẽ stamine fusum Penelope melius, leuius torquis Arachne. Diceris ifelix &c. enumerat Herc. egregia facinora, dũ detestatiõe pñtis dedecoris, qđ patit i seruiẽdo adulterę. Infantẽ caudis iuoluisse manũ Dicerẽs est in dictiõe iuoluisse. nã pẽtasyllabã fecit. Vt Tegæus ap. sic legẽdũ est, nã tegea pmã, & secũdã corripit, ut quinto Aenei. Tegeæ de sanguie gẽtis, ubi alii legũt tegeçæ sanguine gentis, sed utroq; mõ duas priores corripit, nec legẽdũ est meũ cupressi fero uerũ licẽciosus est uersiculus, qa uocalis ante uocalem neq; absumit neq; corripit, sicut nec ibi in actæo Aracyntho. Nec tibi threicis, nõ thracis, nã Vir. Threiciis utitur non thraciis. Geryonis: legitur Geryones in nominatiuo etiam interdũ primæ declinationis, potius q̃ Geryon. — ASCEN.

Quæq; redundabat fœcundo uulnere serpens
Fertilis,& damnis ditior ipsa suis.
Quiq; inter læuūq; latus,dextrūq; lacertum,
Per graue compressa fauce pependit onus.
Et male confisum pedibus,formaq; bimembri,
Pulsum thessalicis agmen equestre iugis.
Hæc tu sidonio potes insignitus amictu
Dicere?num cultu lingua retenta silet?
Se quoq; nympha tuis ornauit Iardanis armis,
Et tulit capto nota trophæa uiro.
I nunc,tolle animos,& fortia facta recense.
Quod tu non esses iure,uir illa fuit.
Qua tanto minor es,quanto te maxime rerum,
Quam quos uicisti,uincere maius erat.
Ille procedit rerum mensura tuarum.
Cede bonis:hæres laudis amica tuæ est.
O pudor:hirsuti costis exuta Leonis
Aspera texerunt uellera molle latus.
Falleris,& nescis,non sunt spolia ista Leonis,
Sed tua,tuq; feræ uictores,illa tui.
Fœmina tela tulit lernæis atra uenenis,
Ferre grauem lana uix satis apta colum,
Instruxitq; manum clauo domitrice ferarum,
Vidit & in speculo coniugis arma sui.
Hæc tamen audieram,licuit non credere famæ,

ANTO. ¶ QVAE redundabat fœcundo uulnere serpens:Hydram lernæam signat:quã alii centũ:alii quinquaginta habuisse ceruices scribunt,ex quibus,si qua amputaretur,duæ renascebant̃.Nam Hercules adiutus Iolao supauit. quillius iussu flammã inurebat,si quã Hercules amputasset.Strabo Hydram fuisse scribit Lernã paludẽ,quã Hercules siccauit. ¶ Fœcũdo uulnere:qm̃ ex una amputata nascebant̃ geminæ ceruices.¶ Per graue onus.Antæũ signat,quem altius sublatũ ab Hercule:ne Matris auxiliũ sentiret,trucidatũ diximus.¶ Agmẽ eque,Centauros exprimit,qui supna parte uiri: inferna hoies tradũtur:hoc Hercules trucidauit:cũ in domũ Pholi centauri impetũ fecerẽt ad odorẽ uini accurrẽtesq; Diony.Pholo dederat:ut in aduentu Herculis asseruaret̃:ceciderũt in p̃lio:Aegeus:Amphion:Hyporion:Orios.Isophileos:Melãchętes:Thereos:Derphos:Phryxus:Pholus in sepeliendis centauris cũ Herculis sagittas admiraret̃,seipsum uulnerans cecidit,Hercu.illũ sepeliuit & monti nomẽ dedit:qui adhuc nomẽ in Thessalia Pholus dr̃. Alii tradunt:ideo hos semiequos putatos in Thessalia:qm̃ primi Thessali equo pugnare cœperunt.¶ Cõfisum pedibus: hoc aũt ad pernicitatẽ centaurorũ referendũ est:uel q in pugna terra mater centaurorũ nebulas misit ut medenti solo Hercules laberetur.¶ Iugis thes.in mõtibus Thessalię pugna hęc in Pholo mõte gesta dr̃ amictu sid.ornatu purpureo.Sidon urbs Phœniciæ:unde prętantior fiebat purpura.¶ Nympha Iardanis: non Dardanis legendũ est:sed Iardanis:erat.n.ut diximus, Omphale Iardani filia.q & clauã,& leonis pellẽ & cætera. Herculis arma gestare uoluit.¶ Mensu.amplitudo rerũ gestarũ.¶ Procedit illi ad Omphales laudẽ accedunt.¶ Cede bonis:tuas laudas nõ iactites,& est ab his trãslatio:quorũ maius est æs alienũ,quã summa:qui cũ soluere nequeant,bonis cedũt.¶ O pudor: ab exclamatione,πάθος mouet̃.¶ Molle:lasciuę puellæ.¶ Feræ: Leonis. tu inqt,Leoni pellẽ detraxisti:Omphales uero te illa spoliauit. ¶ Atra:tincta sanguine lernææ.Hydrę:qd̃ uenenũ fuit. ¶ Hoc tantũ audieram:transit ne querimoniam p̃ntis facti de decore iustã iudicet:quę cũ Omphale,inquit,turpiter gesta sunt:qa tñ audiui negari potuerant:sed de Iole dissimulare non licet.

Cẽtaurorũ pugna & corũ noĩa

Pholus

Omphale

HVBER. ¶ QVAE q; redundabat.Serpentẽ dicit Lernæã,ex cuius corpore:ut Diodo.scri.centũ prodibant serpentum capita,& ceruices:quarũ singulis cæsis duæ renascebant̃:ob eãq; rem minime uinci posse uidebatur:cũ pars amputata ualidior efficeret̃:hanc difficultatẽ Hercules arte superãs,Iolaũ monuit:ut incisam ceruicẽ subito face lignea inureret:ne sanguis efflueret: hoc pacto superata bellua sagittas suas eo sanguine tinxit:quo illatũ uulnus mortiferũ redderet̃.¶ Redundabat:abũdabat, & ualidior efficiebat̃.¶ Diues a suis dãnis:qa quãto magis amputabat̃:tãto plura capita habebat:ut supradictũ est. ¶ Quodq; inter. Antæũ intelligit filiũ terræ:corporis robore:ac palestra p̃clarũ in Libia:q multos externos secũ certamine cõgressos occiderat:hunc Hercules & uiribus:& arte superatum interfecit:nã cũ uires a terra matre assumeret simulans se cadere, Hercules eũ ita sustulit:ut terrã tangere non fineret:ex quo ille m̃ris auxilio priuatus:inter lacertos Herculis elisus expirauit. ¶ Cõpressa:astricta.¶ Et ma.cõfi.Cẽtauri ex Ixione:& Nube geniti Thessaliã incolẽtes odore,& uetustate uini,qd̃ Pholus centaurus a Dion.sibi datũ reseruauerat in honorẽ Herculis cũ hospitio suscepisset:ebrii facti,domũ Pholi magno impetu ingressi,diripere conati sunt,quos licet fortissimos:& m̃ris Nubis imbrẽ effundentis auxilio usos,Hercules tñ partim occidit:ptim fugauit.¶ Male cõfisum pe.qa uelocitate sua freti,effugere nõ potuerunt.¶ Formaq; bi.i.humana,et equina in q̃ maius inerat robur.¶ Sidonio.i.purpureo:q mulieribus cõuenit.¶ Nõ silet:nõ debet silere,quæ pudore.¶ Cultu: q nõ decet.¶ Nympha Iardanis.i.Omphale.¶ Iardanis.i.Phrygia,nam Mæones,et Lydi a dextra sunt Phrygiæ maioris.ut scri.Stra.nec de Iole possumus intelligere.¶ Ornauit:instruxit:armauit.¶ Nota clara.¶ E capto uiro:ex te quem cepit,& triũphauit.¶ I nunc:increpatio est per irrisionem.¶ Recense:narra.¶ Quod.s.esse uir.¶ Tu nõ esses.i.esse deberes:qa melius esses fœmina,q̃ uir.¶ Qua tan.dicit,quod quãto difficilius fuit Herculi uincere seipsum,quã eos,quos uicit: tanto est Omphale eo maior:qui uicit eum.¶ Proce.i.euenit.¶ Hæres tuæ lau.qa tu ex ea decidisti:& ipsa tibi succedit.¶ O pudor amplificat hoc dedecus.Herc.qd̃ passus sit:amicam tegmine suo:& armis instrui.¶ Vellera:pellis.¶ Exuta costis,diximus supra ex pelle Leonis Nemeæi.Herculẽ fecisse sibi tegmen corporis.¶ Texerunt mol.la.i.fœmineum.¶ Spolia dicuntur: quæ hosti eripiuntur in uictoria:dicit illa pellis,qua illa induta est:non significat, quod tu uiceris Leonẽ:sed quod illa te uicerit:& ex te spolia abstulerit.¶ Il.tu.s.uictrix.¶ Atra:ticta.¶ Ler.ue.Diximus supra in fabu.¶ Hydræ lernææ.¶ Grauem:plenam.¶ Claua:Hercu.enim claua ad domãdas feras usus dic.tur,quam Vulcanus simul cum thorace ob meritum uirtutis ei dedisse dicitur.¶ In spe.quo mulieres p̃cipue utũtur,hæc autem sumpsisse Omphalem scri. Oui.li.ii. fastorum. Illa capit clauamq; grauem:spoliumq; Leonis,Conditaq; in pharetra tela minora sua.¶ Tantum.solummodo.¶ Audieram:non autem uideram.¶ Licuit:potui.¶ Famæ:quæ de rebus supradictis ferebat.

Serpens lernæa

Antæus

Centaurorum origo

Mæones & lydi

Spolia

Quibus armis a uulcano Hercules donatus fuerit

ASCEN. ¶ QVAE q; redundabat.Serpens cõmunis est generis.Læuumq; latus.sic legẽdum est,nam si dempseris,uersum deprauaueris.Non culto lingua retẽta silet,figurata interrogatio,uim increpationis hñs.q.d.debeat maxime refrenari,& refrenari a cultu,cui talia facinora nõ congruunt.I nunc,figura,concessio uim prohibendi continens.¶ Qua tãto &c.sensus & ordo est,qua.i.Omphale tu es tanto minor,quãto maius erat uincere te,o maxime rerũ,q̃ eos quos uicisti.Notanda est latinitas,quia cum genitiuus transcendens,aut collectiuũ est,non seruatur necessario incongruitas generis. Hora. sermo.s. quid agis dulcissime rerũ.Sic optimus plebis &c.& o Danaum fortissime gentis &c.Illi procedit.i.ad eam deriuatur,unde ipsa succedit,& res p̃cedit.Cede bonis,non qa soluendo non sis,sed qa illa sibi ea bona iure uendicat,& ita tua non sunt.O pudor,ordo est.o pudor.Aspera uellera.i.uillosa tegmina exuta.i.detracta costis Leonis hirsuti.i.uillosi,& iubati,texerũt molle latus.s.lubricæ puellæ.Falleris.arguta argumentatio ad consimilia decenter applicabilis.

¶ Ad sensus

¶ AD sensus: uisu indicat. Nā more regio incedētē Iolē uiderat: qđ de amore Herculis cōiectura faciebat. ¶ Aduena pellex. Iolē signi ati: q ex Oechalia Tyrinthū ducebat. ¶ Per urbē: Tyrinthū: ubi Deianira degebat. ¶ Nec uenit incultis: coniecturā firmatā a signis passis crinib⁹, reginæ ān triūphū incedebāt captiuç. ¶ Dat uultū populo: sublime: id nō captiuitatis sed fastus, & imperii signū est. ¶ Viuo parēte: incedit, ut si uiuus pr Eurytus Oechaliæ triūphū duceret. ¶ Forsitā expulsa. Hercules ꝓ uxore Iolē ducebat, ideo inuidiose Deianira diuortiū uř obiicere. ¶ Aetolide: cōmemoratio ē a pria Aetholia Peloponesi pars dicta ab Aetholo Endimiōis filio: eā tenuerūt reges nobilissimi: Agrius: Melas, & Oene⁹ Deianiræ pater.

En uenit ad sensus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex,
Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet,
Non finis auerti, mediam captiua per urbem
Inuitis oculis aspicienda uenit.
Non uenit incultis captarum more capillis,
Fortunam uultu fassa tegente suos,
Ingreditur late multo spectabilis auro,
Qualiter in Phrygia tu quoq; cultus eras.
Dat uultum populo sublimis, ut Hercule uicto,
Oechaliam uiuo stare parente putes.
Forsitan expulsa ætolide, Deianira,
Nomine deposito pellicis, uxor erit,
Eurytidos, Ioles, atq; insani Alcidæ
Turpia famosus corpora iunget Hymen.
Mens fugit admonitu, frigusq; perambulat artus,
Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoq; cum multis, sed me sine crimie amasti,
Ne pigeat, pugnæ bis tibi causa fui.
Cornua flens legit rapidis Achelous in undis,
Truncaq; limosa tempora mersit aqua.
Semiuir occubuit ui, lerniferoq; ueneno
Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.
Se quid ego hæc refero? scribenti nuncia uenit
Fama, uirum tunicæ labe perire meæ.
Hei mihi quid feci? quo me furor egit amantem?

¶ Famosus Hymen: Hymenœū ifamē dicit: qm adulteros iungeret. ¶ Turpia: adulteria, & incesta. ¶ Mens fugit admonitu: pathos mouet ex imagine. ¶ Admonitu: iterū tuaꝝ recordatione. ¶ Sine crimine: qm me gessi ꝓ cōiuge: nō pellice: ut Omphale, & Iole. ¶ Pugnæ bis ti. cā fui: primū cū Acheloo: deinde cum Nesso cētanto ꝓ Deianira Hercules pugnauit. ¶ Cornua flēs legit rapi. Achelo. in un. Achelous Aetholię rex fuit uetustissimus nomē dedit fluuio: q inter Aetholiā & Acarnaniā fluit: cū antea Thoas appellaret: primus post diluuiū e terra emersit: iō ꝓ aq̄ Achelou usurpauit in Geor. Vir. Poculaq; in uētis Achelaia miscuit uuis. cū eo Hercules ꝓ Deianiræ coniugio pugnauit: pmū sub forma serpētis: deide ut taurus: cui cornu Hercules pfregit: qđ exceperūt nymphę, & rebus oibus repletū Cornucopiæ est appellatū. Hercules cū illud excepisset ꝓ maritali dono Oeneo obtulit: ut Sophoclis tragœdia legit: uerū id fictū Strabo testař. qm Hercules effluētē i cāpos Oetholos Achelou i alueū duxit. ¶ Trūca: quibus erāt cornua abscisa. ¶ Semiuir occubuit: Nessum cētaurū intelligit: quē Hercules trucidauit: cū in traiiciēdo Eueno flumine Deianiræ uim inferre uoluerit. ¶ Lernifero ueneno: sagittis Hydræ Lerneæ sanguine infectis saucius Nessus occubuit. ¶ Sāguis equus: Nessus semiequus erat: qm cētaurus cuius sanguis erat uenenū. ¶ Sed qd, & hæc re. aperit factū: uñ exprobratio hæc exorta sit: sed ita apte. ut facti pœnitētia duci uideař, & ꝓ culpæ ultione de suo interitu deliberat. ¶ Venit fa. renunciatur. ¶ Tabe: ueneno. ¶ Tunicæ meę: diximus per Lycā puerū tunicam misisse Deianiram infectā Nesseo sanguine.

¶ EN: demōstrātis est. ¶ Ad se, ad uisum. ¶ Ab au. i. ab auditu. ¶ Adue. peregrina: & nūc Iolē intelligit: nam ut supra uidimus: enumerauit mulieres, quas Hercules amauit: usq; ad Iolē: q fuit ultima. ¶ Dissimu. occultare, & tacere. ¶ Auerti: amoueri a me. ¶ Captiua: ut supra diximus i arg. epi. ¶ Oculis: meis. ¶ Fassa. i. cōfessa, & testificata. ¶ Fortunā suam. i. aduersam. ¶ Teg. uul. sicut illæ, quæ sunt in tā misera fortuna facere solent. ¶ Dat, ostēdit. ¶ Subli. ꝓ sublimiter. i. alte nomē ꝓ aduerbio. ¶ Victo: a se: quē in amore subegit. ¶ Putes. ꝓ putet aliqs: scđa psona ꝓ tertia: sicut apud Vir. Migrātes cernas. ¶ Oecha. priā suam. ¶ Stare: eē i statu suo. ¶ Forsitā: addit & aliud, qđ sit futurū turpi⁹ ipsi Herculi, qa fortasse expulsa ipsa Deianira accipiet Iolē uxorē: ordo ē. Iole forsitā erit uxor deposito noie pellicis. i. Iole: q erat pellex, erit uxor tua: deposito noie pellicis. Ex de. i me. ¶ Aeto. i. Aetolia, nā Deianira ex Aetolia. ¶ Eury. io. ordo ē. ¶ Hymē fa. iūget turpia corpa Ioles Eurytidos, atq; Alcidæ insani. ¶ Hymē famosus. i. mřimoniū ifame, qđ erit, si me legitima uxore expulsa: cōcubinā duxeris, nā famosus sp in malā ptē accipit: cauēdū, ne legat formosus: sed famosus. Hymē aūt cū sit deus nuptiarū: sæpe ꝓ ipsis nuptiis ponit. ¶ Iūget corpora turpia. i. turpiter iūget. ¶ Insani. i. magni. Habet autē hic uersus spōdeū in qnto loco: neq; uocalis sequēte uocali abiicit. ¶ Mens fugit: magis ex cōsuetudine loquēdi hoc dicit: quā, quod mens possit fugere: uideř. n. ex aliquo timore: animus, & mēs nobis fugere: ergo. ¶ Fugit. i. horret. ¶ Admonitu. i. recordatione huius facti: ne me relicta aliam accipias. ¶ Frigusq; perambulat. Virg. Gelidusq; p ima cucurrit Ossa tremor. ¶ Lāguida: pigra ad scribēdū. ¶ Me quoq; nūc Iolē. ¶ Sine crimine: quia amasti me: ut cōiugē, nō adulterā, aut cōcubinam. ¶ Causa pugnæ. Quia bis pro me pugnasti, Semel aduersus Acheloū: & iterū aduersus Nessum. Achelous fluuius ex Pindo Thessaliæ mōte ortus Aetholiā ab Acarnania diuidit. Vnde interdū Aetholiæ, siue Calydonis, interdū Acarnanū fluuiū a poetis dicit: ut est uidere apud Ouid. lib. viii. & ix. Meta. ubi narrat, quod nūc hic dicet: qđ mutatus in uarias formas pugnauit cum Hercule ꝑpter Deianirā. Primū. n. in ꝓpria forma luctando superatus uertit se in serpētem: & postremo in Taurū: cui Hercules cornu auulsit. Quod Naiades nymphæ diuersis floribus, & pomis refertum copiæ dicauerunt, ille ꝑ pudore oibus modis uictus: & cornu mutilatus intra suum flumen se occulit. ¶ Legit: collegit quasi facta. ¶ Tēpora: caput: nam tēpus partē capitis significat. ¶ Trūca: mutilata. ¶ Limosa: plena limo. ¶ Semiuir: Cētaurus: qui ex posteriore pte erat equus: ex priore erat uir. ¶ Lerniferoq; ueneno, nam ut supra diximus interfecta Hydra lernæa, eius sanguine sagittas suas tinxit: ut mortiferū haberent ictum. ¶ Infecit: tinxit. ¶ Sed quid ego fingit poeta inter scribendum nuncium allatū fuisse Deianiræ de calamitate Herculis. ¶ Quid. i. ad quid. q. d. frustra: quia non poteris iam esse meus: qa audio te iam moriturum. ¶ Tabe: ueneno. ¶ Hei mihi: conqueritur, quod fuit causa huius tanti mali Herculi: de quo tamen se excusat: quod amore compulsa sit. ¶ Quo. i. ad quid.

¶ EN uenit ad sensus mollis ab aure, dolor. Ordo est. Dolor mollis. i. leuis, & tolerabilis, uenit ad sensus. i. ad pręcordia, ab aure. i. per auditum, quia Cicerone, immo experientia teste minus afficiunt audita, q̄ uisa, minusq; certa sunt. Vnde Plautus. plus, inquit, ualet oculatus testis unus, q̄ auriti decem. Da uul. sublimis. i. i sublime. i. aduerbialiter ponit. Forsitā, ordo est. Forsitan ipsa Iole erit uxor. s. tua deposito nomine pellicis. i. nec dicetur amplius pellex, & hoc me sup. Deianira Aetolide. i. de nobili Aetolum genere, aut Aetoli regis filia, expulsa. s. e legitimo toro. declinatur Aetolis, huius Aetolidis, uel dos, uñ ablatiuus Aetolide, neq; est hæc sinalæpha expulsa Aetolide, neq; correctio uocalis antecedentis, quam pētimeme ris forsam excuset. Eurytidosq;. i. Euryti filia a noiatiuo hęc Eurytis, patronymicū. n. est a pře, sicut Aetolis a patria. Quia uero es corripit in genitiuo, legendū est, Eurytidosq; Ioles. Nā Iole trisyllabū est, & a uocali inchoatur. Turpia. Ordo est.

ANTO. Deianiræ domiciliū, Aetholia

Acheolus flu.

Nessi mors.

HVBER. En q̄ pars orōnis sit Famosus quid sit

Acheolus

ASCEN.

Hymẽ.i.deus nuptiarũ aut torus,aut paranymphus,formosus,i.decẽs(& ẽ ironia)iſiget corpa turpia.i.ad turpe facinus, q̃a ad illicitos cõcubitus,ſicut atq; mala uites ĩcidere falce nouellas corpa in quã.Ioles Eurytidos.i.filiæ Euryti deuicti,& Alcidæ.i.Herculis insani.grauis est uersus,q̃a spondaicus & uocalibus non absumptis impeditus,qui ironiã significat,aut põdus iniuriæ & dedecoris,cætera satis explicent.Sed quid ego hæc refero scribẽti nuncia uenit Fama.Bene scribẽti,nã ſi nũq̃ scripsisset,decreuisset pp id facinus seipsam interimere frustra de pellice cõquereret.Tunicæ.i.interiores,quã camisiã uocãt:Hei mihi.sic Corydon.Heheu q̃d uolui misero mihi,perditus austrũ Floribus & liquidis immisi fontibus Apros.

ANTO. ¶IMPIA:q̃ uirũ interimere potuisti.¶Oeta:in Oeta mõte Herculẽ ad deos migrasse diximus:q̃ Aetna ꝓ incẽdio legũt obscura nimis diligẽtia usi, seipsos deceperũt.¶Quid ha.s.Terentiana locutio,q̃d dignũ laude feci.¶Mor mea pi.erit:meo exitu fidẽ faciã,me Herculi nupsisse.¶Cognosces:scies me nõ degenerare a nr̃is maioribus.¶Impia q̃d du.uersus hic sæpe apponit:quod fieri solet:aut in imꝓcationibus:aut in excãtatiõe amatoria: q̃le est apud Theocritũ:& ex latinis,Virg.Catullusq; hoc dictionis gñe usus est:q̃d intercalare:hoc est,q̃ sæpius inter alios cõferẽtur appellarũt.¶Deuota:ad exitũ dãnata:q̃d sit deuouere in eũ fastorũ locũ exposuimus diligẽtius:q̃ est.Huic tibi deuoto carmine dexter ades.¶Sedet:depulsa ẽ ad extremã calamitatẽ: licet amplissimo fastigio collocata uideret.¶Desertũ.: oibus liberis orbatũ.¶Exulat Tydeus:hic interẽpto Menalippo fratre i uenatiõe Argos ad Adrastũ fugit,ut diximus.¶Alter: Meleagrũ significat,quem Althea mater cum fatali stipite ussit.¶Exegit.se sua p ꝑco.ma.Althea cũ pœnitẽtia duceret:q̃d sua culpa Meleager cecidisset:seipsam trucidauit:ut Diod.scribit.¶Pectus auidũ:nimio amore insanũ.¶Habet ui.amo.Nessus monuit Deianirã:cũ uellet sibi Herculẽ cõciliare:ut tunicã ĩfectã suo sanguine mitteret:qm̃ amoris uim haberet:factũ igitur excusat ab hostis calliditate,et puellari simplicitate:quã sua morte temperare deliberat.¶Illita Nes.fatet crimẽ : q̃d infanda morte pẽsandũ eẽ cõstituit.¶Iãq; ua.laqueo parato ad interitũ iamiã peritura salutat suos.¶Germana g.Oenei filia ex Althea,& Deianiræ soror.¶Fratet adẽ.nõ de Meleagro : q iã pierat:sed de Tydeo intelligit.¶Sed o pos.uiro notat:quẽ in Oeta iam ueneno furere nunciatum erat.¶Et pu.Hy.is erat ex Deianira Herculi filius.

Intercalaris uersus — *Tydei exilium* — *Althea mors* — *Nessi monitio* — *Gorge q̃ sit*

Impia quid dubitas Deianeira mori?
An tuus in media coniux lacerabitur Oeta?
Tu sceleris tanti causa superstes eris?
Et quid adhuc habeo facti,cur Herculis uxor
Credar?coniugii mors mea pignus erit.
Tu quoq; cognosces in me Meleagre sororem,
Impia quid dubitas Deianeira mori?
Heu deuota domus,solio sedet acrior alto:
Oenea desertum longa senecta premit.
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris,
Alter fatali uiuus in igne fuit.
Exegit ferrum sua per præcordia mater,
Impia quid dubitas Deianeira mori?
Deprecor hoc unum,per iura sacerrima lecti
Ne uideat thalamis insidiata tuis,
Nessus,ut est auidum percussus arũdine pectus,
Hic dixit uires sanguis amoris habet.
Illita nessæo misi tibi texta ueneno,
Impia quid dubitas Deianeira mori?
Iamq; uale seniorq; pater,germanaq; Gorge,
Et patria,& patriæ frater adempte meæ.
Tu quoq; lux oculis hodierno nouissima nostris,
Virq;(sed o possis)& puer Hylle uale.

HVBER. ¶IMPIA:instigat seipsam ad mortẽ.¶In media Oeta:nã,ut supra diximus,in Oeta mõte Thessaliæ cõstructa fuit pyra:in qua Hercules conbustus est.Vñ Oeteus Hercules dr̃ a Seneca. ¶Cã tãti sceleris.i.mortis mariti tui.¶Eris sup̃stes.i.uiues post eũ.q.d.absit.Et q̃d ad.alia cã q̃re debeat mori:dicit.n.q̃d cũ nullũ hẽat certũ signũ,q̃re sit uxor Herculis:si pp eũ mortua fuerit,credet eẽ eius uxor.¶Et q̃d ha.q.d.nihil.¶Adhuc: cuiusq;.¶Pignus:ꝓbatio:cõfirmatio.¶Tu quoq;:dicit se ẽt debere hoc facere:ut uideat esse soror Meleagri,q̃a sicut ille pp amorẽ Atalãtæ mortuus est:ita ipsa pp amorẽ Herculis uult mori.¶In me.i.in morte mea.¶Sororẽ,q̃a cognosces,q̃d te imitata sum.¶Impia.uersus intercalaris dr̃ q̃a sæpius interponit:sicut apud Vir.Incipe mænalios mecũ mea tibia uersus & itẽ Ducite ab urbe domũ mea carmina,ducite Daphnim.¶Heu de.do.moritura Deianira defiet infelicitatẽ suæ domus ut oñdat se nõ debere dubitare,qn moriat.Deuota execrationibus infelix:nã,ut supra diximus,sup illũ locũ.Deuouit nati spẽq;,caputq; parẽs.Althea uitã,& fortunas Meleagri filii execrata est.¶Acrior.i.acerbior,& infelicior.¶Alto solio.i.q̃to maior fuit tãto est infelicior.¶Desertũ.a filiis derelictũ.¶Nuda:orbata.¶Tydeus ger.frater meus.¶Oris : regionibus. ¶Exultat:abest a p̃ria:nã cũ Menalippũ fratrẽ inaduertẽter occidisset,a p̃ria spõte abiit:& uenit Argos ad Adrastum regẽ: q ei filiã suã Argiã uxorẽ tradidit:& Deiphilẽ Polynici cũ ambo casu quodã in eius regiã uenissẽt:& uidisset eos esse:quos oraculi rñsum significauerat:acceperat.n.ex oraculo:ut eas daret Meoni,& Apro.Tydeus añt aprũ ferebat insignẽ:Polynices uero leonẽ:itaq; scd̃m rñsum oraculi eos sibi generos delegit:narrat igit nũc Deianira Tydei exiliũ.¶Alter.i.Meleager.¶In igne fatali:pp lignũ,siue torrẽ:quẽ parcæ in natiuitate Meleagri Altheæ matri suadũ dederãt:in quo uita Meleagri cõsistebat:dicta est hæc fabula supra in epistola Bryseidis in eo loco,fratribus orba.Deuouit nati spẽq;,caputq; parẽs. ¶Exegit:transmisit.¶Ferrũ:ensem:q̃a se interfecit gladio,Diod.tñ scri,eã laqueo uitã finiuisse.¶Deprecor:adiurat Herculẽ:ne credat eã hoc dolose,ut ĩsi dicose fecisse.¶Sacerrima:ualde sacra.¶Tuis thalamis:q̃a hr̃es aliã mulierẽ.¶Nessus: narrat q̃do fuerit decepta.¶Vt.i.postq̃.¶Auidũ:amans.¶Hic sanguis.s.meus.¶Texta.i.indumenta a texẽdo dicta:substantiuum est.¶Illita:infecta:tincta.¶Veneno nessæo.i.sanguine Nessi:q erat missus ueneno lernæo:ut supra dictum est. ¶Vale,deserentis est.¶Gorge:erat soror Deianiræ.¶Et p̃ria.s.Calydon.¶Frater:Tydeu.¶Adẽpte:ablate.¶Meæ patriæ:q es exul:nã de Meleagro iã mortuo stultũ est intelligere.¶Puer.i.fili.¶Hylle:Hyllus.n.filius fuit Herculis,& Deianiræ.¶Nouissima:ultima,q̃a nunq̃ sum uisura aliã lucẽ.¶Sed ut possis.i.utinã possis.i.ualere.¶Puer Hylle.i.fili Hylle, nam puer & seruũ significat:& eũ,q est in ætate puerili:& filium:ut hic.Exitus rei fuit,q̃d prius,q̃ Hercules mortuus eẽt, Deianira:ut in argumento dixi:audita calamitate Herculis de qua dictum est,laq̃o uitã finiuit:ut scribit Diod.Hyllus uero Iolem iussu p̃ris Herculis post eius mortẽ uxorẽ duxit:& ex ea prolẽ suscepit.scribitur hæc fabula plene ab Oui.lib.ix. Meta.& etiam deificatio Herculis:& multa,q̃ ad hũc locũ pertinent:quæ breuitatis gratia non uisa sunt narranda.

Vbi Hercules extremum diem clausit — *Intercalaris uersus* — *Tydei uarius euẽtus* — *Meleagri exitus* — *Hyllus* — *Deianiræ suspendiũ*

ASCEN. ¶IMPIA quid dubitas.sic Dido.Quin morere,ut merita es,& est uersus intercalaris,sicut Ducite ab urbe domũ,Heu deuota domus,ut superiores,uere ostendit fatale,& familiæ debitum,quod patitur malam.Nam,ut dixi,deuotũ dicimus quasi uoto additum morti.Oenea accusatiuus est a nominatiuo hic Oeneus,sicut ab Orpheus Orphea:& in solo accusatiuo corripitur penultima nominum in eus diphthongon exeũtiũ.In oris ignotis,q̃a ad Adrastũ fugit.Alter.i.Meleager, uel Meleagrus.Nam quæ græce exeunt in ros,apud nos exeunt in er,& in rus,ut Menãder,Teucer Alexãder.Tymber, Euãder,Meleager,uel rus.unde hic,Meleagre dictũ est in uocatiuo,nõ p methatesim,sicut Alexãder uult,sed a nominatiuo Meleagrus.Deprecor.i.precor ne fit,Nam precamur,ut fiat quod uolumus,deprecamur,ne fiat quod timemus.

¶In decimam

¶In decimam epistolam Argumentum Volsci.

MItius iueni quã te:genus oẽ ferarũ,Aglaosthenes,& scriptores naxii duos fuisse Mineos scribũt:& totidẽ Ariadnes,priorẽ Baccho i Naxo isula nupsisse,Alterã uero a Theseo destitutã cũ Corynã nutricẽ sequeret, i Naxũ nauigasse,Alii unicã Ariadnã e Creta raptã fuisse scribũt:& in Naxo Theseo relictã laqueo uitã finiuisse. Alii Onaro Bacchi sacerdoti desertã ã nautis nupsisse,Ion Chius ex Theseo Ariadnã peperisse Oenopionẽ,& Staphillũ tradit,Pæon Amathusius in sua historia affirmat Theseũ cũ Ariadna in Cyprũ insulã esse ui tẽpestatis delatũ, illãq; cũ salo tabesceret:incolis cõmẽdasse:post paulo cũ rediret,extinctã reperisse,erexisseq; illi duas statuas:argẽtẽã alterã:alterã aureã ,sacrificariq; instituisse.iiii.Calendas Septẽbris.Oui.uero cũ Diodoro cõuenit q scribit Theseũ cũ Ariadna e Creta soluentem in Naxon esse delatum,somnoq; admonitũ a Baccho:ut Ariadnam relinqueret,dei timore percussum, puellam cum altissimo somno premeretur, reliquisse:quamprimum igitur expergefacta est:cum Theseũ discessisse intelligeret,hanc ad illum epistolam dedisse commentus est.Diodo,illud adiicit deductam a Baccho Ariadnam in montem : qui Drios nuncupatur, nunquam comparuisse.


Quot minoes & ariadnes fuerũt

Varia de Ariadne opinio

Drios qd sit



ARIADNE THESEO



Illa relicta feris etiam nũc improbe Theseu
Viuit,& hæc æqua mẽte tulisse uelis?
Mitius inueni,quam te,genus omne ferarum,
Credita non ulli,quã tibi, peius eram.
Quæ legis,ex illo Theseu tibi littore mitto,
Vnde tuam sine me uela tulere ratem,
In quo me somnusq; meus male prodidit,& tu
Proh facinus,somnis insidiate meis,
Tempus erat,uitrea quo primum terra pruina
Spargitur,& tectæ fronde queruntur aues.
Incertum uigilans a somno languida,moui
Thesea prensuras semisopita manus.
Nullus erat,referoq; manus,iterumq; retento,
Perq; torum moueo brachia,nullus erat.

ANTO

MItius inueni quã te:genus omne ferarũ:In tota epistola pfidiæ est,& sæuitiæ expostulatio:quas a comparatione in principio statuit:Clemẽtius,inquit, secũ habuissent feræ,et fidelius custodissent:q̃ Theseus.¶Credita:suæ fidei cõmissa trãslatio est a deposito.¶Peius:maiori perfidia.¶Ex illo lit.πάθος a loco,quẽ signat,ne forte salutẽ alio trãslatã inuenisse Theseus existimaret : sum, inqt, in ea solitudine,in qua me reliqsti.¶Per faci.purgat, qđ obiici potuisset:nõ mea culpa:sed tua pfidia relicta sum.¶Tẽp⁹ erat: inuidiã auget a tẽpore,& circũstatiis:Nam tps locũ, & facti conditionẽ circũscribit.¶Quo primũ ter.prui.matutinũ crepusculum signat:qñ terra leui rore madescit.¶Incertum:quæ nõ omnino eram expergefacta:sed adhuc in somno languescebam.

HVBER. Argumẽtũ epistolæ

MItius inueni.Ne & chartas frustra impleã:& auditori sim fastidio,nõ enarrabo iterũ fabulam Minotauri, unde pendet argumentum huius Epistolæ: quoniam satis dictum est i secũda Epistola Phyllidis ad Demophoõta,sup eũ locũ:& Tauri,mistaq; forma uiri:Et item in argumento Epistolæ Phædrę ad Hypolitũ : Ita q uelit plene uidere illuc recurrat.Quod aũt ad hũc locum attinet: hoc est in summa.Cũ ob leges a Minoe deuictis Athemẽsibus impositas, Theseus in Cretã nauigasset,Ariadne Minois filia eius spẽ,ac decore capta cõsilium,operãq; dedit Minotauri occidendi : & Labyrinthi egressum edocuit,Deinde cũ Ariadne noctu clam recedens in insulã appulit aliquãdo Diam:nunc uero Naxon uocitatam:ubi dicit reliquisse Ariadnẽ & sine ea in patriã nauigasse. Quare fingit poeta eã derelictã scribere hãc epistolã ad Theseũ:& eũ increpare de duritia,& imanitate ai, & ingratitudine bñficiorũq; ei cõmemorat:& post cõmemoratas ẽt infelicitates suas rogat eũ:ut nauẽ flectat:& redeat ad eam recipiendã.¶Mitius.i.minus crudele:nã nulla fera mitis est.¶Credita.i.cõmissa,tradita.¶Vlli:alicui,siue homini,siue feræ.¶Vnde.i.ex quo.s.littore.Tulere.pro abstulere.¶Somnus.i.sopor.¶Et tu.s.pdidisti.¶Tẽpus erat:dicit fuisse autũnale tempus.¶Vitrea:splendida,ut uitrũ.¶Spargitur: implet.¶Pruinis.Iuue.Iam lęthi ferro cedente pruinis:Autũno.¶Incertũ: subaudi est:uel p incerte posuit.¶Lãguida:cadẽtia:& debilia.¶Pressuras:tracturas.¶Semisopita.i.semidormiens.puto tñ esse legẽdũ semisepulta:ut uersus stet:qđ idẽ erit in sensu qđ semisopita:ut Virg.in.vi.æneі.tãdem custode sepulto: ubi Serui⁹ exponit.i.dormiẽte:c⁹ aũt sopor corripiat primã:ut apud Virg.Alituũ pecudũq; genus sopor altus hẽbat. Sopire, & Sopitus primã pducit.Oui.lib.vii.Meta.Soluerat alta qes nullo cũ murmure serpẽs,Sopitis similis nullo cũ murmure serpit.Idẽ libro suprascripto.Peruigilẽ supest herbis sopire draconẽ.Aduertẽdũ est igit semisopita male legi cũ semisepulta:ut diximus,legendũ sit:quod idem significat,quod semisopita:ut ex textu Virgiliano patet.¶Nullus:pro nõ ponitur: quia de Theseo solo intelligit:uel nullus:nec Theseus,nec alius.¶Refero:iterũ fero.¶Retento.i.sæpius tento.

Vide ne sit legendũ semisepulta

ASCEN.



Iti⁹ iueni.i qbusdã exẽplarib⁹ pricipiũ ẽ ab his uersicul.Illa relicta feris ẽt nũc iprobe Theseu Viuit,et hęc ęq mẽte tulisse uelis? Sed nõ opinor eẽ Ouidianũ,potuissetq; qsqs ẽ dicere,illa relicta feris.q.d.q̃ feris dreliqsti iprobe Theseu illa uiuit,& si uelis poti⁹ dicere cũ admiratõe potes,sed ad authorẽ accedam⁹.Pei⁹.i.cũ maiori malo,erã.i. esse.Apđ poetas fere erã p esse,aut fuisse regit.Vir.Geor.ii.Et si nõ aliũ late iactaret odorẽ. Laur⁹ erat.Hor.sermo.i.Huic parco decies cẽtena dedisses.Nil erat i loculis.i.nil fuisset. Thesea pssuras.ordo est, ego semisopita moui manus pssuras.i.ut pmerent, & cõtingerẽt Thesea.i.Theseũ: sed oia facilia sunt.

ANTO. ¶ METVS excussere somnũ:timiditas somnũ excludit:ideo qui altissime dormiũt,si molesta obiiciant somnia:unde timere cogant,a somno excutiuut. ¶ Luna fuit:nõdũ oino illuxerat dies. ¶ Specto:sigd nisi littora cernã mouet misericordiam a cura. ¶ Cõcaua saxa:naturale est,ut echo in locis concauis rñdeat.Nam ut scribit Plinius,uoces reciprocæ ex percusso aere in montibus sinuosis,& conuallibus:qm nõ est uagandi liberrimus campus:sed obiectu reflectit. ¶ Locus ipse sonabat:echo mihi rñdebat. ¶ Ille locus:ecce qta sæuitia arguit Theseũ,ut imoto Theseo ad misericordiã inanimata cõcitet. ¶ Mons fuit:Drion uidet significare,in quẽ Baccho delatã Ariadnẽ:nã diximus,ubi nunq̃ deinceps cõparuit. ¶ Rari:quo minus uisu impediret. ¶ Pẽdet scopulus:mari iminẽs ab luit. ¶ Inde ex monte,quẽ ascenderã. ¶ Ventis crudelibus, tres deos sibi aduersatos esse narrat:uentos:somnũ,& fidẽ. ¶ Præcipiti:ut me fugeres,toto uelo uẽtos excepisti:pnicissime nauigãs. ¶ Aut uidi:a dubitatione mouet misericordiã,fieri,inquit,põt:ut tuam nauim nõ uiderim:sed uolũtas me impulerit: ut te uidisse existimarim. ¶ Quo fugis:cũ stomacho legẽdũ uerbũ:hoc inuidiose posuit. ¶ Suum numerũ:deest.n.Ariadna. ¶ Plangore replebã:cum a clamore discedebã:me ut i summo dolore fit, uerberabam. ¶ Mista:interdũ & clamores cũ uerberibus cõfundebam. ¶ Iactare manus:ne obliuionẽ forte in cã esse diceres, signa tibi dedi manibus late iactatis. ¶ Candida uelamina, ecce aliud signũ,quo relict Theseus admoneretur:sustuli,inqt,longo trunco albũ uelũ. ¶ Iãq; oculis ereptus eras:firmat nõ putasse,sed oino Theseum abeuntẽ uidisse. ¶ Tu deniq; fleui:erept? meis oculis erupi in lachrymas:antea.n.pstupore, & cura flere nõ potui. ¶ Me:calamitatẽ,& fortunã meã. ¶ Aut ego diffusis: πάθος a corporis habitu.auget.n.cõmiseratio,si cum solicitudines nr̃as exposuerimus,corporis habitũ:q fortunã pñtẽ deceat, subiectamus. ¶ Qualis ab Ogygio:cõparatiõe demõstrat,qlis fuerit Ariadna. ¶ Concita Baccha:Bacchi sacerdos numinis furore concita sparsis crinibus:sine ordine fert,qualiter in Meta.Agauẽ describit. ¶ Ogygio deo:Bacchũ signat:cui⁹ noie Thebas claras eẽ Pli.scr.ubi Ogyges regnauit:a quo thebãi ogygii dci sũt.

Echo quo causetur

Drion

Sacerdotis Bacchi furor

Excussere metus somnum,conterrita surgo,
Membraq; sunt uiduo præcipitata toro.
Protinus adductis sonuerunt pectora palmis,
Vtq; erat e somno turbida,rapta coma est.
Luna fuit,specto,siquid,nisi littora,cernam,
Quod uideant oculi,nil,nisi littus,habent.
Nunc huc,nunc illuc,& utroq; sine ordine curro
Alta puellares tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore Theseu
Reddebant nomen concaua saxa tuum.
Et quoties ego te,toties locus ipse uocabat,
Ipse locus miseræ, ferre uolebat opem.
Mons fuit,apparent frutices in uertice rari,
Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.
Ascendo,uires animus dabat,atq; ita late
Æquora prospectu metior alta meo.
Inde ego(nam uentis quoq; sum crudelibus usa)
Vidi præcipiti carbasa tensa noto,
Aut uidi,aut certe quia me uidisse putaui,
Frigidior glacie,semianimisq; fui.
Nec languere diu patitur dolor,excitor illo,
Excitor,& summa Thesea uoce uoco.
Quo fugis?exclamo,scelerate reuertere Theseu,
Flecte ratem,numerum non habet illa suum.
Hoc ego, quod uoci deerat,plangore replebam,
Verbera cum uerbis mista fuere meis.
Si non audires,ut saltem cernere posses,
Lactatæ late signa dedere manus.
Candidaq; imposui longæ uelamina uirgæ
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamq; oculis ereptus eras,tunc deniq; fleui,
Torpuerant molles ante dolere genæ.
Quid potius facerent,q̃ me mea lumina flerent!
Postquam desierant uela uidere tua!
Aut ego diffusis eraui sola capillis,
Qualis ab Ogygio concita Baccha deo.
Aut mare prospiciens,in saxo frigida sedi,

HVBER. ¶ EXCVSSERE:expulere:& uiolẽter remouere. ¶ Præcipitata.i.celeriter demissa. ¶ Viduo:derelicto a te marito meo. ¶ Sonuerũt:pp pcussionẽ. ¶ Adductis:retractis. ¶ Vt.i.sicut. ¶ Erat turbida.i.turbata,& incõpta. ¶ A somno.i.pp somnũ: qa dormiẽdo turbant capilli ab ordie,& cultu suo. ¶ Rupta est.i.dilacerata. ¶ Luna.i.splẽdor lunæ. ¶ Nisi.i.pter. ¶ Vtroq;:in utrãq; partẽ.s.huc,& illuc. ¶ Sine ordine.i.sine tõne. ¶ Tardat:ipedit. ¶ Puellares.i.meos:q sum puella:qa difficilis est cursus p arenã. ¶ Reddebãt nomẽ.s.p.Echo.i.p resonationẽ.nã ἠχῶ græce resono signat.uñ Echo dr uox:q ex cõcauis,& desertis locis ex clamore reddit:q aliqñ fm fabulas,nympha fuit in solã uocẽ rñdẽtẽ a Iunone mutata:ut scri.Oui.li.ii.Met. ¶ Clamãti.s.mihi.i.uocãti alta uoce. ¶ Toties:locus ipse uo.qa Echo reddit eadẽ uerba.Oui.i fabula Narcissi & Echoos,& totidẽ,quot dixit uerba,recepit. ¶ Ferre opẽ:qa qd̃,tu nolebas facere, ipse faciebat, ut mihi rñdere. ¶ Mõs fuit:describit locũ,ex quo dicit se pspexisse nauẽ Thesei,& eã uidisse. ¶ Frutices:arbusculæ. ¶ Adesus:corrosus,& cauat?. ¶ Vires aius dabat:qa occurrebat posse obiici, qũo poteras,ascẽdere,dicit aius dabat uires:qa nemo est tã ibecillis,& timidus:quẽ aius,& mira cupiditas aliqd faciẽdi: nõ faciat & forte,& audacẽ. ¶ Metior:cõtẽplor. ¶ Meo pspectu: meis oculis:pspicere aũt est pcul.i.lõge aspicere. ¶ Inde:ex eo mõte. ¶ Nã uentis &c.parẽthesis. ¶ Quoq; ẽt sicut te,fuerũt.n.crudeles:qa te cito auferebãt. ¶ Præcipiti:festino:aut certe cũ putarẽ me uidisse:qa sepæ ex affectu ai putamus nos uidere ea,q̃ nõ uidemus. ¶ Frigidior glacie.hypbole est.i.suplatio.i.orõ supra uer. ¶ Semianimis.i.semimortua. ¶ Lãguere.i.ita esse stupidã. ¶ Illo.s.dolore. ¶ Excitor:cõduplicatio est. ¶ Sũma:maxima. ¶ Reuer.redi:impatiui est modi. ¶ Numerũ suũ.i.oẽs:q in eã esse debẽt. ¶ Hæc ego.s.dicebã. ¶ Plãgore: pcussiõe. ¶ Ver.cũ uer.qa & clamabã:& feriebã pectus meũ. ¶ Si nõ a.dicit se ẽt fecisse signa motu manuũ:ut saltem uideret a Theseo. ¶ Iactatæ,motæ,Iuue.A facie iactate manus. ¶ Velamina cãdida:lineũ pãnũ. ¶ Lõgæ uirgæ.i.pticæ. ¶ Scilicet: certe.q.d.hac sola cã. ¶ Admõitura:redditura i memoriã. ¶ Oblitos:te,& socios. ¶ Erept? oculis.i.nõ ãplius uidebaris a me. ¶ Tunc deniq; fle.qa antea clamauerã,& me pcusserã tm̃:nec potuerã pdolore lachrymare. ¶ Torpuerãt:factæ erãt stupidæ. ¶ Genæ:oculi. ¶ Dolore:pp dolorẽ. ¶ Quid facerẽt:?q.d.nihil. ¶ Nisi flerẽt:me.i.miseriã meã:aliq lẽgũt te.i.discessum tuũ:sed melius me. ¶ Desierãt:cessauerãt. ¶ Aut ego:dicit qd egerit posteaq̃ nõ amplius uidit nauẽ Thesei. ¶ Erraui: huc illuc iui. ¶ Diffusis sparsis. ¶ Qualis:facit cõparationẽ:dicit.n.se sic pcipitẽ cucurrisse,sicut currũt sacerdotes Bacchi,cũ dei sui numine stimulant. ¶ Baccha:mulier Baccho sacrificãs. ¶ Cõcita:cõmota. ¶ Adeo Ogygio.i.Baccho Thebão.Ogygi? rex fuit Thebanorũ.Bacchus aũt ex Semele filia Cadmi,q Thebas cõdidit:natus est.ut scri.Oui.i Meta.Bacchæ autem solent præcipites huc,illuc currere.Phædra supra Nũc feror:ut Bacchi furiis Eleides actæ. ¶ In saxo:in monte saxeo.

Echo

Prospicere quid sit

Ogygius q

ASCEN. ¶ MONS erat.docet quam diligentiã fecerit in illo pquirendo,ut se iniq; desertã pbet.Pẽdet adesus aquis.Non legatur ad hæsus,qa uenit ab edẽdo.i.cõsumor.Vires animus dabat.Memorabile uerbum.Verbis,qa percussit pectus. Quid potius facerent,q̃ me mea lumina flerent,i.oculi mei quid potius deberent facere,q̃ flere infortunia mea?

¶ Lapis

LAPIS sedes:nõ minus erã ego,q̃ sedebã lapis,quã saxũ:qđ mihi sedẽ pbuerat. Sæpe torũ repeto:psistit adhuc i ea curatũ expositiõe. Tua uestigia:q̃ signa toro reliqsti. Strataq;:strata,ut Vlpian⁹,& Labeo definiũt,q̃ sternunt oĩa uestimẽta dicimus:ut uestes stragulas,& peristromata. Pressimus:exclamo te duo: πάθος ab allocutiõe ad rem aĩatã. Vacat insula cultu:licet historiã uertere,ut moueat orator tradit Cic.ideo ut a solitudine misericordiam concitet cultoribus Naxon uacare dicit: cũ ea tẽpestate esset cultissima. Multo añ Butes Boreę filius cũ eã insulã tenuit:cũ Lycurgi fratris insidias fugeret,insulãq;,cũ antea,Strõgyle uocaret,Diã appellarũt. Postpaulo cũ Thraces illã deseruissent:Cares ex Lamina psecti,duce Naxo insulã occuparũt,et Naxõ appellarũt. Nõ ego facta boũ:hoc oĩno historia nõ caret:nã licet insula uitibus feracissima sit,Dio.tñ scribit siccitate a Thracibus fuisse desertã. Finge da.co.mi.figmẽto utit:qđ genus allocutionis Hermogenes πλάσμα,hoc est figmẽtum appellat:esto,inqt,ut sint mihi parata ad nauigãdũ. Terra pa.in patriã reditus nõ dat. Tẽperet,ut uẽ.licet Aeolus scđos emittat uẽtos. Non ego te cre. hac elocutione e.ad patriã,qua se frui nõ licere dicit,pathos excitat. Centũ p urbes:centũ urbibus habitatã Cretẽ Homerus scribit. Puero cognita ter.Io.Arati carmen est, qđ Germanicus Cæsar latinũ fecit,eo indicat Iuppiter in Creta nutritus: cũ de Cynosura,et Helice loquit,quę Iouis nutrices ferunt. Cresia uos tellus aluit,Moderator olympi Dõauit cœlo,meritũ custodia fecit. Quod fidei comites prima in cunabula magni Fouerunt Iouis attonitę cũ furta parẽtis Aera pulsantes mẽdaci cymbala dextra,Vagitus pueri patrias ne tãgeret aures, Dicta exercerẽt dñæ famuli corybantes. Iusto parẽte: Minos Cretẽsib⁹ leges dedit,ut scri.Diod. Tecto recuruo:labyrinthum intelligit,quẽ Ariadnes bñficio resoluisse Theseũ diximus. Dedi fila.p du.nõ modo fila,ut Dædalus mõstrarat ad resoluẽdum labyrinthũ,sed coronã,quã a Baccho accepisse scribit Hyginius, cuius fulgore tenebras superaret. Per ego ipsa pericula iuro: iusiurandũ repetit,ut pfidiæ honestior uideat expostulatio:est,inquit,fides iureiurãdo firmata. Nõ sum tua:qm destituta sum. Si,modo uiuit fœ.negat se uiuere posse in ea solitudine:de cõiugio spoponderat Theseus:ut ipsa pulcherrime apud Catullũ his uerbis querit. At nõ hęc quondã nobis pmissa dedisti Voce mihi,neq; hoc miseræ sperare iubebas,Sed cõnubia læta:sed optatos Hymenæos,Quę cõtra Neræi discerpũt irrita uẽti. Me quoq; ma.a leti genere mouet pathos. Fratrem: Minotauꝝ intelligit,quem Theseus interemit. Soluta:non decepta.

> ANTO.
>
> Strata quę sint
>
> Butes
>
> Naxo
>
> strongyle uñ nomen acecpit
>
> Germanicus Cæsar
>
> Modus soluendi labyrinthum

Quam lapis sedes,tam lapis ipsa fui.
Sæpe torum repeto,qui nos acceperat ambos.
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua,quæ possum,pro te uestigia tango,
Strataq;,quæ membris intepuere tuis.
Incumbo,lachrymisq; toro manante profusis
Pressimus,exclamo,te duo,redde duos.
Venimus huc ambo,cur nõ discedimus ambo?
Perfide pars nostri lectule maior ubi est?
Quid faciam? quo sola ferar?uacat insula cultu,
Non hominum uideo,non ego facta boum.
Omne latus terræ cingit mare,nauita nusq̃ est,
Nulla per ambiguas puppis itura uias.
Finge dari comitesq; mihi,uentosq;,ratemq;.
Quid sequar?accessus terra paterna negat.
Vt rate felici pacata per æquora labar,
Temperet ut uentos Aeolus,exul ero.
Non ego te Crete centum digesta per urbes
Aspiciam,puero cognita terra Ioui.
Nam pater,& tellus iusto regnata parente,
Prodita sunt facto nomina chara meo.
Cum tibi,ne uictor tecto morerere recuruo,
Quæ regerent passus,pro duce fila dedi.
Tu mihi dicebas,per ipsa pericula iuro,
Te fore,dum nostrum uiuet uterq;,meam.
Viuimus,& non sum Theseu tua,si modo uiuit
Fœmina periurii fraude sepulta uiri
Me quoq;,qua fratrẽ mactasses improbe claua,
Esset,quam dederas,morte soluta fides.

TAM lapis fui.i.ita fui frigida,& stupida:ut ẽ lapis:sicut lapis:fuit sedes mea. Repeto torum:reuertor ad lectum. Exhibitur:redituꝛus. Pro te:loco tui. Strata:culcitram lecti a sternẽdo dicta:Ouid.in.i.de amoribus. Esse qd hoc dicam:quod tã mihi dura uident Strata. Intepuere:icaluere:qa illic cubuisti. Incũbo.s.stratis.i.impono os meũ sup lectum: Profusis:largiter effusis. Manã:e:fluẽte,& madido. Duo:ego,& Theseus. Maior pars nostri:Theseus,qa maritus maior est uxore. Lectule:cõtumelię,& indignationis causa diminutiuo usa est. Quo ferat.i.quo ire debeo. Vacat:caret. Cultu:uel cultura terræ:uel certe habitatione. Facta hominum:ut sunt ædificia. Facta boum:utpote terras cultas. Cingit:circũdat. Omne latus.i.oẽm partem. Nauita.i.nauta:est añt Epectesis.i.extẽsio dictiõis. Ambiguas:dubias:quales sunt uiæ maris. Finge.i.pone.i.ponatur:quod ego inuenirẽ comites,& naues:quo tamen ire deberẽ. Quid.i.quẽ locum. Accessus.i.aditus: Vt.i.quamuis. Labar.i.nauigem:& celeriter eã. Virg.in iii.Aene.Et tamen hanc pelago pterlabere necesse est. Temperet uen.i.licet det mihi uentos secundos. Exul.ero.i.nõ habebo tamen,quo eam. Nõ ego.dicit non licere sibi adire Cretam,in qua regnabat pater suus:quia eum prodiderat,& ut supra diximus:clam eo discesserat. Digesta:diuisa. Per centũ urbes:habebat enim olim Creta centũ urbes. Cognita Ioui puero:qa Iuppiter illic nutritus est:diximus supra i Epistola Phædræ. Est mihi dotalis tellus Iouis insula Crete. Regnata:participiũ sine uerbi origine. Nomina chara.s.pater,& pr̃ia. Prodita: decepta offensa. Cũ tibi:dicit se prodidisse patrẽ,& patriã.ut prodesset Theseo. Cum:subaudi tunc.s.sunt pdita. Cũ dedi filia:quæ regerẽt passus. Pro duce.i.loco a'icui⁹:q te duceret. Ne tu uictus.i.a Minotauro. Morere:perires. Tecto re.periphrasis labyrinthi.sic supra.Phædra Curua meæ fugit tecta sororis ope. Iuro:uerba,qbus utebatur Theseus ad Ariadnem. Forem.i.futura. Dum.i.donec. Si modo uiuit:ad seipsam conuertit sermonem Ariadne,corrigens quod dixerat uiuim⁹,uult enim hoc dicere uiuimus ambo,si modo o misera fœmina Ariadne potes tu dici uiuere:quę es sepulta fraudes Thesei. Sepul.i.quasi mortua.non quod esset sepulta. Mactasses:deest utinam. Qua fratrem.s.mactasti:hoc est Minotaurum. Soluta:liberata:qua fides,& obligatio coniugii soluitur ipsa morte.

> HVBER.
>
> Strata uñ nomen traxere

QVAMQVAM lapis:ordo est.ut ipsa.i.ego fui,tam.i.tantum lapis.i.dolore indurata,& amens,ac sine sensu effecta,q̃.i.quantum,sedes fuit lapis. Vacat insula cultu. Nõ est respiciendum ad historiam,nam licet insula non uacabat,uisa est tamen uacare amanti,uel quia sine amato erat:solent enim amantes se solos dicere,cum sine amatis sunt,uel quia prima luce nullos uiderat cultores,Non hominum uideo,nõ ego facta boum,quia in littore erat. Omne latus.docet se in iniquo loco desertam,qa in insula,unde sine nauibus exire nõ detur,nec tamen ullæ occurrunt naues. Finge dari Sic Dido. Qui me autem,fac uelle,sinetur &c. Te Crete,græce,nam latine Creta dicitur centũ urbibus digesta. Aeneido s.iii. Centũ urbes habitãt magnas uberrima regna Cognita terra Ioui.ibidem,Creta Iouis magni medio iacet insula põto Noia chara.s.pater,& patria. Me quoq; mactasses.i.mactare debuisses,aut utinã mactasses quoq;.i.ẽt me claua supple ea,qua, sup mactasti fratrem.s.Minotaurum,quia tunc fides,quam dederas,sancta promissio esset soluta morte.s.mea.

> ASCEN.

ANTO.

¶ NAM ego nõ tã cõmiseratio est, q̃ excitat recordatiõe eorũ, q̃ nobis rõne p̃ñtis casus grauiora p̃nt accidere. ¶ Quę sũ pal mortẽ indicat: de q̃ forte deliberarat. ¶ Morsq; mi poe, molestius est mihi uiuere diutius, quã si cõfestim interirem. Nã postq̃ destituta est a Theseo, se uixisse negat, cõfecta dolore horis singulis interibat. ¶ Iam iã uen. exponit qd uidendi mo tã molestiã faceret, timeo, inqt, lupos, ne me laniẽt. ¶ Fuluos leo: in Naxo imo i Europa nõ sunt Leones, ut Aristoteli pla cet: nisi ad Achelou amnẽ: in Africa tñ sunt ferocissimi, & Syria, quos tñ ferocia affirmãt superari ab iis: q in Europa gignun tur. ¶ Tygres hẽt: in Naxo nõ pueniunt Tygres: quas Indi, & Hyrcani mittũt. Octauius mansuefactã Populo Romano

Leõesu bi Tygres

ostẽdit. ¶ Magnas ph. mõstra maxima sunt Phocæ, quos uitulos marinos dicimus, altissimo somno p̃munt: ut scrib. Pli. eius pellẽ fulmine afflari negãt. ¶ Tm̃ ne religer: seruilẽ cõditionẽ, detra cta: cui oẽ genus mortis p̃ponit. ¶ Cui pa. est Minos: cõmemo rationẽ pristinę fortunæ ppositũ tuet. ¶ Simulachra astra deos appellat: ut Stoicis placuit, q̃ ferarũ imaginibus cœlo deforma ta uisunt: ut apud Germanicũ Cæsarẽ licet intueri. Hoc non ca ret historia. Nã Ariadna, cũ corona i cœlo trãslata di it, coronãq; tãtũ cõspici. ¶ Viueret Andro. fuit unus ex Minois liberis, quẽ Aegeus Thesei p̃r, interemit: cũ dubitaret ne Atheniense impiũ cũ filiis Pallantis: quorũ amicitia fruebat, sibi admiret. uñ coacti sunt Athenienses: ut Minoi pœnas penderẽt, annis singulis mit tere pueros. vii. & totidẽ uirgines, ut Minotauro deuorãdi tra derent: cũ sors Theseo contigit, bñficio Ariadnes Minotaurũ resoluto labyrintho trucidauit: ut, inqt, Athenienses nõ intere missent Androgeũ, qm̃ tu ad perimendũ Minotaurũ nõ nauigas ses: nec ego deserta q̃rerer. Hęc exoptatio ad mouẽdũ cõmisera tionẽ maxie accõmodata est: q̃lis illa ẽ Virgiliana Dido. Felix o nimiũ felix si littora tm̃ Nunq̃ dardaniæ tetigissent nr̃a carinæ. ¶ Funeribus tuis: corporibus tuorũ, & puerorũ, & uirginũ, q tradebant Minotauro deuorãdi. Aris. tñ negat mactatos esse, sed seruorũ loco habitos, deide missos Cretẽsib⁹ Delphos, cũ si bi ipsis uictũ ministrare nõ possent, in Italiã migrasse: tenuisseq; Iapigiam: deinde in Thraciam deuertentes Botheos esse appel latos. ¶ Terra Cecropi: Acticam intelligit, quam Cecrops tenu it. ¶ Ardua par ui. dextera: Minotaurum circumscribit.

Phocę quę Astra ex stoicorũ sẽtẽtia p diis habebant Quãobrẽ quotannis Atheniẽses hũana cor pora mino tauro de uorãda tra debant

Nunc ego, non tantũ quæ sum passura, recordor,
Sed quæcunq; potest ulla relicta pati,
Occurrunt animo pereundi mille figuræ,
Morsq; minus pœnæ, q̃ mora mortis habet.
Iam iam uenturos aut hac, aut suspicor illac,
Qui lanient auido uiscera dente, lupos.
Forsitan & fuluos tellus alit ista leones,
Quis scit, an hæc sæuas insula tygres habet?
Et freta dicuntur magnos expellere phocas,
Quis uetat & gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiua cathena,
Ne ue traham serua grandia pensa manu.
Cui pater est Minos, cui mater filia Phœbi,
Quodq; magis memini, quæ tibi pacta fui.
Si mare, si terras, porrectaq; littora uidi,
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ.
Cœlum restabat, timeo simulachra deorum,
Destituor rapidis, præda, cibusq;, feris.
Siue colunt, habitantq; uiri, diffidimus illis.
Externos didici læsa timere uiros.
Viueret Androgeus utinam, nec facta tulisses
Impia funeribus Cecropi terra tuis.
Nec tua mactasset nodosa stipite Theseu
Ardua, parte uirum, dextera parte bouem.
Nec tibi quæ reditus monstrarent fila, dedissem,
Fila per adductas sæpe recepta manus.

HVBER.

¶ QVAE sum passura. i. q̃ sunt mihi accasura. ¶ Vlla relicta: sicut ego. ¶ Occurrunt offerunt. ¶ Sed mille fi. mille formæ. ¶ Morsq; mi. i. minus graue & pœnosum est mori: q̃ expectare, & tardare ipsam mortẽ. ¶ Mora. i. dilatio. ¶ Iamiã: mox: subito. ¶ Aut hac aut il. i. ex oi parte insulę. ¶ Viscera: mea. ¶ Auido fa melico. ¶ Ista p hęc. ¶ Fuluos: a colore: nam ut. A. Gellius scrib. fuluus ex uiridi, & ruffo cõstat. dat aũt hoc epitheton fuluus, & auro, & leonib⁹. ¶ Quis scit. i. qs põt scire. cũ nemo hic habitet. ¶ Sæuas tyg. i. feras, & nimiũ crudeles: abundãt aũt apud Hyrcanos, & Indos nimis credẽdæ uelocitatis: de cuius natura scri. Pli. lib. viii. Expellere. i. elicere in siccũ. ¶ Phocas. i. uitu los marinos. ita. n. dicunt a nobis. q̃ licet inter aquatilia noientur: tñ & pilo uestiunt: & animal pariũt: & intra noctu dor miũt. Vir. iiii. Geor. Sternũt se somno diuerso in littore Phocæ, nullũ aũt animal test. Pli. grauiore somno p̃mit. Inde Iu. di xit. Eripiũt somnũ Druso uitulisq; marinis. ¶ Quis ue. q. d. nullus: põt. n. uenire aliqs, q me gladio transfodiat. ¶ Tm̃. q. d. supradicta nõ multũ curo. ¶ Tm̃: solũmõ. i. timeo. ¶ Ne reli. i. abducat ligata tãq̃ captiua. ¶ Ne tr. ex colo deducã. ¶ Pẽsa: lanas ad pẽsum datas. ¶ Manu se. i. seruili. ¶ Cui. i. ego cui. ¶ Minos: hẽt emphasin. q. d. filius Iouis & Europæ, rex Cretæ. ¶ Mater: Pasiphae filia Phœbi, dcm̃ est supra in Ep̃la Phędrę. ¶ Quodq; ma. i. qđ plus est. ¶ Quæ fu. pa. ti. q̃ fui spõsa tua pluris. n. hoc facio, q̃ patris, & m̃ris gen⁹. ¶ Si ma. dicit se undiq; uidere sibi parata picula. ¶ Por. extẽta lõga. ¶ Multa. s. ma la picula. ¶ Cœlũ re. uñ nõ essent mihi picula. ¶ Simula. figuras: in q̃s dei dñr se mutare. ¶ Præda: rapina. ¶ Ci. esca. i. destitu or rapiẽda, aut deuorãda a feris. ¶ Siue c. i. si ẽt habitãt. ¶ Diffidim⁹. i. nõ fidimus. ¶ Exter. i. hospites. ¶ Læsa. ti. ui. qa nũc timeo, ne oẽs noceãt mihi: sicut tu nocuisti. ¶ Viueret An. muliebre est: ut sæpius diximus: lõge repetere cãs suorũ malorũ sic in p̃ria Epistola Penelope, O utinã tũc cũ Lacedæmona classe petebat &c. dicit igit, qđ posset optare: qđ Andro. frater suus nunq̃ fuisset interfectus inuidia Atheniẽsiũ: qa Atheniẽses nõ coacti fuissent uicti a Minoe mittere septem corpora fili orũ, &. vii. filiarũ quotãnis ad Minotaurũ, ut supradictũ: & sic Theseus nunq̃ uenisset in Cretã: & p cõsequẽs ipsa nunq̃ fu isset ab eo decepta. ¶ Androgeos. noiatiuus est atticus, cuius ultima longa est: quia est ω fuit autem filius Minois, & Pasi phaes: q cũ esset fortissimus athleta ab Atheniẽsibus p inuidiã interẽptus est: ob quã cãm Minos cõtra eos bella mouit, & uictis eas leges imposiut, quas supra diximus. ¶ O terra Cecropi. i. Atheniẽsis, est aũt uocatiuus a forma patronymica Ce cropis: Cecropidos: fuit aũt Cecrops rex Atheniẽsiũ: q primus apud eos maris, & fœminæ legitimã cõiunctionẽ inuenit: ex quo finxerũt eũ fuisse geminæ naturę: ab eo Atheniẽses Cecropidæ dicunt. ¶ Iuisses: soluisses, purgasses. ¶ Impia fata. i. cru delẽ mortẽ Androgei. ¶ Funeri. tuis. i. mortibus tuorũ. ¶ Stipite: trunco. ¶ Ardua: ex quãtitate syllabarũ distinguẽdi sũt casus: ut nõ dicamus ardua parte: sed dextera tua ardua. i. in altum sublata ad inferendũ maiorem ictum. ¶ Nec mactasset uirum parte. s. una. ¶ Et bouem parte. s. altera, & ita est periphrasis Minotauri. ¶ Mõstra ẽt reditus. i. regressus ad locum per quem introieras in labyrinthum. ¶ Sæpe recepta. i. sæpe reuoluta. ¶ Adductas: flexas: & retractas.

Fuluus co lor Tygres Phocæ

Atheniẽsiũ pensio Androge⁹ Cecrops

ASCEN.

¶ FORsitã & fuluos: bñ dubitat ut fœmina loci impita, & nõ est error poetę, si leones, ac tygres nõ hẽt insula illa, Cui m̃r filia Phœbi. i. Pasiphae solis filia. Siue colũt. Sic. i. Aen ei. Qui teneãt, nã inculta uidet, hoies ne, ferę ne Viueret Androgeus utinã. Is est, de quo. vi. Aenei. In foribus letũ Androgeo. & credo hic legẽdũ esse Androgeos. Nec facta tulisses. i. exitũ tuo rũ. Cecropi terra patronymicũ p p̃rio, hic Cecropis, huius Cecropidis: in uocatiuo o Cecropi, ut hic ardua pte: si ardua, et dextera ablatiui sint casus, nõ staret metrũ, qa apud oẽs abltũs p̃mæ i a pductã desinit. dicam⁹ ergo uirũ pte. i. p pte ardua . s. i. secũdũ ardua, & bouẽ pte. i. p pte. s. dextera. i. s̃m dextera. s. mẽbra, ut sit figurate actũs neutri generis pluralis numeri:

¶ Non

ANTO. ¶NON equidem miror cõmemoratis beneficiis adstruit,ut duritiẽ,crudelitatẽq; in Theseo expostulet.¶Si stat uictoria:si uicisti.¶Cræteam humũ:si Cretenses uiderunt stratum tua duritie Minotaurũ.¶Nõ po.i.non inquã superasti tua uirtute:sed qa tanta durities uulnerari nõ pôt.¶E: as tutus.sine armis pugnare potuisses:cum sis ferreus.¶Habes The. hyperbole poetica est:Theseum.n.usurpat pro materia,quæ oẽm superet duritiem.¶Crudeles somni:dolor cogit : ut in deos ẽt excandescat.¶Inertem:securã adeo,ut nihil sentirem.¶At:saltẽ hoc loco significat:saltẽ inquit me,& una nocte, hoc est morte ꝑsisses.¶Officiosa:nimiũ parata,& curiosa ad meã miseriam.¶Dextera cru.ex sæuitia ad perfidiam trãsit: non minus,ingt,perfidum,quã difficilẽ fuisse adstruit.¶Inane: nullius efficaciæ.¶Iurarunt:cõspirationẽ fecerunt.¶Diis imputat factũ:ut & ipse omnino culpa uacet : & Theseo nõ sit liberũ ab incepto cursu reuocari.¶Si ingt,ita somnus,fides,& uenti statuerunt:Theseusq; est durissimus,nullo pacto reuocari poterit.Sed mihi moriendũ est.¶Ergo ego nec la.adstruit in morte incõmoditates:ut nõ mõ dum uixit:sed post fata incommoda patiatur.¶Lachrymas ma.flentem matrẽ, ut decet in liberorũ funere.¶Ibit in au.pere.nõ tñ hoc dicit,qđ i patria moreret:sed cũ sepulchro esset caritura,eius spiritũ errare circũ cocyti littora dubitabat.¶Inhu.sine honore sepulturæ.¶Posi. extinctæ Ariadnes.¶H;c sunt of.ꝑteritã ĩgratitudinẽ obiectat. ¶Reddis,ingt,talia ꝑmia pro dulci uita:ut ipsa apud Catullũ q̃ ritur.¶Ibis ce.por.inuidiose hoc dict: ẽ,intrabis Pyræũ Athenarũ portũ.¶Celsus honore:a triũphantibus translatio: q inter cæteros eminebant sequẽte pompa.¶Saxea te.labyrithi circũscriptio ẽ:erãt labyrithi fastigia saxis itexta ut Pli.tradit.¶Me quoq; nar.nõ ꝑtereas,dum tua recenses,me destituisse.¶Non sur.nõ debeo taceri in tuorũ gestorũ cõmem oratiõe.¶Nec pa. est Aegeus:ex Aethra Pithei filia,& Aegeo natus est Theseus: ut Plu.scri.& nos retulimus.¶Authores saxa,fretiq; tui: aperta obiurgatio est,qua.Catullus apertiori utitur.¶Quæ nã te genuit sola sub rupe leæna, Quod mare cõceptũ spumãtibus expuit undis?Quæ syrtis,quæ scylla rapax:q̃ uasta charybdis?

Pyreus

Labyrinti fastigia

Non equidem miror,si stat uictoria tecum,
Strataq; cretæam bellua strauit humum,
Non poterant figi præcordia ferrea cornu,
Vt te non tegeres,pectore tutus eras.
Illuc tu silices,illuc adamanta tulisti,
Illic qui silices Thesea uincat,habes.
Crudeles somni,quid me tenuistis inertem?
At semel æterna nocte premenda fui.
Vos quoq; crudeles uenti,nimiumq; parati,
Flaminaq; in lachrymas officiosa meas.
Dextera crudelis,quæ me,fratremq; necauit,
Et data poscenti nomen inane fides,
In me iurarunt somnus,uentusq;,fidesq;,
Prodita sum causis una puella tribus.
Ergo ego nec lachrymas mřis moritura uidebo,
Nec,mea qui digitis lumina condat,erit?
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras,
Nec positos artus unget amica manus.
Ossa super stabunt uolucres inhumata marinæ,
Hæc sunt officiis digna sepulchra meis.
Ibis cecropios portus,patriaq; receptus,
Cum steteris turbæ celsus honore tuæ,
Et bene narraris letum taurią;,uiriq;,
Sectaq; per dubias saxea tecta uias.
Me quoq; narrato solam tellure relictam,
Non ego sum titulis surripienda tuis.
Nec pater est Aegeus,nec tu Pitheidos Aethræ,
Filius,authores saxa,fretumq; tui,

HVBER ¶NON equidẽ:obiicit ei nimiã duritiam.¶Stat.i.est.¶Strata:interfecta.¶Bellua:Minotaurus.¶Strauit.i.texit,uel pcussit:aliqui legũt tinxit.¶Non poterant:ecce cã:quare habuit uictoriam.¶Præcordia:dicũtur,quæ sunt circa cor:ponuntur tñ pro oibus intestinis.¶Ferrea:dura.¶Cornu.s.Minotauri.Aliqui uolũt itelligere de tauro Creteo,quẽ Theseus uicit: sed nõ in Creta,sed apud Marathonem est:interfecit.¶Figi:uulnerari. ¶Vt.i.quis.¶Tegeres defenderes:ut Virg.nec Apollinis insula texit.¶Pectore.i.duritia pectoris.¶Tutus:munitus.¶Illic i pectore tuo.¶Silices.lapides durissimos ¶Adamãta: alibi diximus lapidẽ nimiæ duritiæ.¶Habes Thesea: qui uincat.i.habes feritatem tibi ingenitam:quæ est durior silicibus.¶Crudeles:conqueritur de somno,a quo sit tardata discedẽte Theseo:apostrophat ad somnos.¶Inertem:sopitam,non sentientẽ.¶At semel:dicit quod ille somnus debuisset esse æternus: ita quod nunquam esset excitata:quia nunc non esset in tantis doloribus.¶Semel:uno tempore.¶Aeterna nocte.i.morte.Virg.in æternam clauduntur lumina noctem.¶Nimium parati:qui tam cito Theseum abstulistis.¶Flamina:auræ:flatus.¶Officiosa:prompta.¶In meas lachrymas.i.ad faciendum me flere.¶Dextera.s.Thesei.¶Fratrem : Minotaurum. ¶Et me:quia fuit etiam causa meæ mortis.¶Fides:scilicet fuit crudelis.¶Nomen inane:idest sine effectu.Sic in primo de Arte.Nomen amicitiæ:nomen inane fides.Nam cum dicatur a fio,ut uoluit Cicero,non tamen fit,quod promisisti : & ita est nomen inane.¶Data:scilicet a te.¶Poscenti:mihi postulanti.¶Vna idest sola.¶Tribus causis.scilicet somno,uẽtis,& fide.¶Ergo:particula est non illatiua hoc loco:sed indignatiua:ingemiscit enim quod sit moritura in illa insula:ubi nullũ sentiat officium suorum.¶Nec uidebo lachrymas matris:idest nõ uidebo matrem meã:quæ memoriẽtem defleat.¶Qui condat:idest qui claudat:nam mortuis solebant propinquiores claudere oculos:ut supra in prima epistola.Ille meos oculos comprimat,ille tuos.¶Spiritus:idest anima.¶Peregrinas:ignotas.¶Positos artus.i.membra mortua.Virg.Sico , sic positum affati discendite corpus.¶Iunget:melius,legitur unget.nam cadauera prius lauabantur,deinde ungebãtur. Ennius,Tarquinii corpus bona fœmina lauit,& unxit.¶Volucres marinæ:quæ sunt uicinæ huic insulæ.¶Ossa inhumata.i. stabunt super ossa mea carẽtia humatione,& sepultura.¶Hæc sunt sepulchra digna meis officiis:idest hæc sunt officia talia,qualia merentur mea erga te beneficia:ironice dixit.Ibis.ut eum magis moueat dicit:ut Theseus mater inerit,cum redierit Athenas:& narrabit res suas gestas inter commemorare,quemadmodum decepit Ariadnem,a quo tanta acceperat beneficia.¶Cecropios:Athenienses dictum est supra.¶Portus: deest in prima urbe Athenarum.¶Celsus:altus.¶Turbæ:populi.¶Et bene narra.deest cum:& legendum est narraris:non autem narrabis.¶Letum.morem.¶Tauri,uiriq;: idest minotauri.¶Saxea tecta.i.labyrinthum.¶Tellure:hac insula.¶Non ego:deridet ipsum,& ironice loquitur.¶Surripienda:remouenda.¶Tuis titulis:tuis laudibus.¶Nec pater:ex nimia ira,dicit eum nõ esse humano sanguine genitum sed saxis.¶Pater:scilicet tibi.¶Aethræ pi.i.filiæ Pithei:ut supra diximus.¶Authores tui.i.parentes,& ex quibus es genitus.sic Dido ad Aeneam apud Virg.lib.iiii.Aene.Non tibi diua parens:generis nec Dardanus author,Perfide:sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus:hyrcanæq; admorunt ubera Tygres.

Fides

Ergo quæ pars orationis sit

Antiquorum ritus in cadaueribus curandis

ASCEN. ¶STRATA: idest prostrata strauit,idest seipsa cooperuit,flores sternuntur per pauimenta. Cornu,qui semitaurus erat.Ergo ego &c.Dolet sibi defuturum officium funere,& exequiale,quod morituri fere sibi defore querũtur.Ibis Cecropios,inuidiose dicit Theseum,quasi triumphantem parta uictoria in patriam rediturum , cum ipsa per quam uictoria parta est insula deserta , mori cogatur.

ANTO. ¶ DI facerent:ut me summa de puppe uideres: Affectione utitur: monstrat enim qualis sit, & qd actum sit in miserabili fortuna. ¶ Non oculis: quia absens. ¶ Sed animo meditare: qualis esse possim. ¶ Hærentem scopulo: sola in eminenti saxo consederat, calamitatem suam deplorans: unde nauigantem conspexerat Theseum. ¶ Graues: madidas lachrymarũ abundantia. ¶ Corpus hor. horrore torpescit. ¶ Labat lit. quia tremunt articuli horrore compressi: epistola rudibus notis est scripta. ¶ Non te per meritum: solita deprecatione Epistolam claudit. ¶ Adoro te: non per meritum: quia ingratitudine Theseum insimularat: non erat beneficiis deprecandus. ¶ Quoniam male cessit: mihi fuit inutile: nam cum gratias rependi expectarem, in solitudine feris deuoranda relicta sum. ¶ Facto meo: meis beneficiis, quę in te contuli. ¶ Sed nec pœna quidem: si non eram digna gratis pro collato beneficio, nõ est, cur pœna sim afficienda. ¶ Non ego causa salutis, exprobrat beneficia: Si negas me te eripuisse e medio leti turbine, tamen ad necem tu me cogere non debebas. ¶ Has tibi plangendo. Translatio est a uictis in prælio: qui cum succumberent, manus tendere consueuerunt. ¶ Lassas plangendo pectora: quæ iam languescunt, dum me percutiunt. Qui superant: cæteros laniatu assiduo decerpsi. ¶ Tua facta: ad sæuitiam, & perfidiam hoc refert. ¶ Si prius: quã freta relegas Naxon uersus. ¶ Ossa leges: in sepulchro compones a ferarũ dentibus decerpta. Ex Pæonis Amathusii historia sumptũ: qui scribit: ut diximus, Ariadnã in Cypro reliquisse nauigatione defessam: & cũ rediret, extinctam reperisse, reliquisseq; pecuniã ad sepulchri, & funeris pompam.

Di facerent: ut me summa de puppe uideres,
Mouisset uultus mœsta figura tuos.
Nũc quoq; nõ oculis, sed quã potes, aspice mẽte,
Hærentem scopulo, quem uaga pulsat aqua.
Aspice demissos lugentis more capillos,
Et tunicas lachrymis, sicut ab imbre, graues.
Corpus, ut impulsæ segetes Aquilonibus horret,
Litteraq; articulo pressa tremente labat,
Non te per meritum (quoniam male cessit) adoro,
Debita sit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna quidem, si non ego causa salutis,
Non tamen est, cur tu sis mihi causa necis.
Has, tibi plangendo lugubria pectora lassas
Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi, qui superant, ostendo mœsta capillos,
Per lachrymas oro, quas tua facta mouent.
Flecte ratem Theseu, uersoq; relabere uento,
Si prius occidero, tu tamen ossa feres.

HUBER. ¶ DI facerent: nititur mouere eum ad commiserationem sui. ¶ Videres, pro uidisses. ¶ Mœsta figura: idest aspectus meus tristis, & lachrymosus. ¶ Mouisset ad misericordiam, & lachrymas deduxisset. ¶ Non oculis: quia ex remotione locorum non potes oculis corporis me uidere. ¶ Sed men. sed cogitatione. ¶ Hęrentem: idest finge uidere me stantem in scopulo ab aqua pulsato. ¶ Demissos, per humeros sparsos. ¶ More lugentis. i. more eius, quę mortem alicuius mœret. ¶ Tu. s. meas. ¶ Graues lachrymis. i. madefactas. ¶ Sicut ab imbre: idest sicut ab aqua. ¶ Corpus: dicit se præ dolore, & timore tremere. ¶ Sicut segetes: tremunt per uentos. ¶ Horret: tremit. ¶ Impulsæ: motæ. ¶ Aquilonibus. i. uentis: posuit autem aquilones pro omnibus uentis. & hæc comparatio est etiam in primo libro de Arte amandi de ipsa Ariadne. Horruit, ut steriles, agitat quas uentus, aristæ, Vt leuis in madida canna palude tremit. ¶ Littera pressa: idest signata, & scripta. ¶ Articulo: idest digito. ¶ Labat: uacillat. idest non habet rectum ordinem. ¶ Non adoro: idest non oro, nec adiuro. ¶ Per meritum: idest per beneficium, quod tibi præstiti. ¶ Quoniam male cessit: idest male successit mihi. quia male locaui ipsum. ¶ Nulla gratia. i. nulla retributio. ¶ Sit facto meo. i. beneficio, quod tibi feci. ¶ Sed nec pœna. scilicet sit meo facto: idest si non uis reddere gratiam facto meo, non debes etiam reddere pœnam, & malum. ¶ Si non: idest si nõ fui tibi causa salutis: sicut fortasse tu existimas. ¶ Non tamen est, cur tu sis mihi causa necis, i. cur tu debeas esse causa meæ mortis. ¶ Has: δεικτικῶς i. demonstratiue. ¶ Plangendo. i. percutiẽdo: tantũ eni percussi pectora mea: quod ipsæ manus sunt lassæ. ¶ Tẽdo: porrigo. ¶ Qui superant. i. qui supersunt, & restant. Nam reliquos præ dolore laceraui: & auulsi. ¶ Tua facta. s. crudelia: quia me deseruisti solam. ¶ Flecte: ordo pendet ab eo solo non te per meritum: hucusq;. ¶ Flecte ratem: uerte nauem ad me recipiendam. ¶ Relabere, retronauiga. ¶ Verso: mutato. ¶ Si occidero pri. i. si mortua fuero, antequam redas ad me abducendum ex his locis. ¶ Tu feres ossa. i. efferes: & sepelies. ¶ Cõclusit autem epistolam per commiseratione. Exitus rei fuit: quod Theseus nunquam reuersus est ad eam: sed illa inuenta a Baccho in ea insula facta est uxor eius, & translata in cœlum cũ corona sua: & facta est signum, quod hodie quoq; dicitur Corona: ut supra alio loco diximus: eius autem trãsmutationem describit optime ipse Ouidius libro. i. de Arte Amandi, & libro tertio Fasto. & libro octauo Metamorphoseon.

ASCEN. ¶ FLECTE ratem Theseu, summa uotorum epistolæ fini apta. Versoq; rel. i. uela cõuersa uento retro ad me labere. Si prius quam tu uenies, occidero, mortua ero. Tu tamen ossa hinc tecum feres. Mouet a desperatione, ut plerumq; fit.

¶ In decimam primam Epistolam Argumentum.

ANTO. Y nas ex Menalippe Aeolum genuit: qui Thessaliæ partem tenuit, quam a se Aeolida nũcupauit: filiam Arnẽ habuit, ex qua Neptunus geminos Boetum, & Aeolum suscepit. Boetus in aui materni regnũ successit. Aeolus uero cum ad insulas Tyrrheni maris appelleret: quas Liparus Ausonis filius tenebat, accepta coniuge huius filia in regnũ successit, insulasq; de se Aeolias nũcupauit. Deinde ex Cleopatra: quæ erat ex genere Lestrygonum. septem filios, & totidem puellas sustulit: licet Home. xii. tãtum cõmemoret. Hi sunt, qui nominãtur mares: Astiochus: Xuthus: Androdeus: Pheremon: Locastes: Agatyrsus, & Machareus. Puellæ uero Iphe: Aeola: Peryboea: Dia: Asticatia, Hephestia: & Canace: omnes si Diodo. credimus, ob gloriam, & uirtutem in maximo honore sunt habiti, præter Canacem, quæ cum ex frater Mechareo filium peperisset: cõperto facinore seipsam iussu patris trucidauit: Machareus in templum Apollinis Delphici confugit: quem uolunt cum Oreste in necem Neoptolemi conspirasse. Moritura igitur Canace p Epistolam Machareum precatur: ut expositi infantis ossa legat: & una cum suis urna componat.

¶ Siqua

ANTO.

SI qua tñ cæcis erabunt scri. litu. imperfectū dicendi genus: ut querentē ꝓpinqua nece inchoare decet, relinqt enim aīo coniiciendū, magis q̄ uerbis explicari posset: sunt. n. uocabula, quę cū principiis cōueniūt: ut q̄q̄: licet & si: & cætera id genus, alia sibi subiici desiderāt. Alia quæ tm̄ subiicimus: ut ēt uero: tñ. Sed q elegāti⁹ locuti sunt, cū aut indignationē: aut dolorē exprimere uoluerunt: ut irarū æstus, aut q̄relas significantius ostēderēt, qbus honeste inchoare non conuenit, ab his sumpsere principia: ut uirgiliana Iuno ad Venerē, cū indignatiōe loquit. Egregiam uero laudē. & ad Aeneam Dido, Dissimulare ēt sperasti pfide tm̄ Posse nephas. Et in Tristibus. Oui. ergo erat i fatis



Scythiā quoq̧ uisere nr̄is. Canace quoq̧ cū scriberet, cū ante oculos gladium a pr̄e missum ut illo se peri meret: hr̄et, ut decebat pricipio abrupto usa est. ¶ Siqua tñ, inquit, cęcis errabūt scripta lituris: in hoc pricipio taceatur, qd̄ ꝓcedere debuit. i. decreui ante necē ad te scribere: tñ lr̄arum notæ quoquo mō ob lr̄atę fuerint, scias id cadētis Canaces sanguine obtigisse. ¶ Libellū: libellum ꝓ ep̄la usurpat. ¶ Dextra tenet calamum, a corporis habitu πάθος cōcitat. ¶ Ferrum ensem signat ab Aeolo missum. ¶ Aeolidos: de se loquit: perinde atq̧ de alio narraret: is est, inquit habitus Canaces Aeoli filiæ: forma hæc nominū, ut Phylleis: Aeneis: Thebais: et Aeloidos. ¶ Duro patri: Aeolum patrē in odium tradit, dum illius crudelitatē exponit. ¶ Opus exigeret, mandata efficere: hoc est meipsam perimerē. ¶ Oculis authoris: Aeolum significat, qui necis cām præbuerat. ¶ Vt ferus est: particula ut, iterdum tēpus significat: ut Virgilianū illud. Turnus: ut infractos aduerso Marte Latinos. i. Asina. Plautus pro q̄tum usurpauit: cū Argyrippus dicit: ut uestræ fortunę mei ꝓcedunt libane lōge, qui hodie nunq̄ ad uesperum uiuā: hoc loco: cū similitudinem exprimat: ita carminis licentia ꝓteriit Ouidius, ut illud in oratore Ciceronis est: cū dicit: ut quisq̧ optime græce sciret: ita esse nequiuissimis. Hic locus: nos admonet i hac iunctura duarū particularū: ita & ut nō semper gradus respondere debere: ut quibusdā placuit. Nam Ouidius siccis, non siccioribus genis dixit: ut est inqt, crudelissimus, ita meam cædem non lachrymabundus inspiceret.

Vt dictio

Scilicet dictio

Aeolus

P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS HEROIDVM LIBEE SECVNDVS.

CANACE MACHAREO.



AEolis Aeolidæ quā nō habet ipsa, salutē
Mittit, & armata uerba notata manu.
Siqua tñ cæcis errabunt scripta lituris,
Oblit⁹ a dominæ cæde libellus erit.
Dextra tenet calamū strictum tenet altera ferrum,
Et iacet in gremio charta soluta meo.
Hæc est Aeolidos fratri scribentis imago,
Sic uideor duro posse placere patri.
Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset,
Authorisq̧ oculis exigeretur opus.
Vt ferus est, multoq̧ suis truculentior Euris,
Spectaret siccis uulnera nostra genis.

HVBER.

SI qua tñ. Ex qua uxore Aeolus rex uētorū suscepeperit Canacē, & Machareū mihi incertū est sed tñ & Seruio teste: & Oui. in hac ep̄la scribente patet eos Aeoli filios fuisse: qui cū turpiter se amarent, & consanguinitatis ꝓtextu tegentes culpā cōcubuissent: Canace ex eo cōcubitu cōcepit, & peperit filiū, quē cū clam e regia per nutricem emitteret: ut aleretur. infelix infans se suo uagitu prodidit auo: qui tanto offensus scelere: iussit infantem innocuū exponi canibus, Gladiū uero per satellitē misit: quo illa pro meritis uteretur: quo se iterfecisse credit. Machareus pœnæ, & ire pr̄is metu territus, ex pr̄ie aufugit, crediturq̧ factus sacerdos Delphici Apollinis: q postea uerbis oraculi Orestē i cędē Pyrrhi ob raptā Hermionē hortatus dicit. Interea dep̄henso scelere Canaces: priusq̄ moreret: fingit poeta eā scripsisse hanc ep̄lam ad Machareū: qua ei narrat casum suū: & irā pr̄is: & postremo rogat: ut colligat ossa sua, & infantis: & una urna ea recondat. ¶ Si qua tñ: sunt, q existimāt hic aliqd deesse: qa tñ non uideat cōuenire pncipio, & in qbusdā codicibus inueni hos duos uersus. Aeolis Aeolidæ, quā nō habet ipsa salutē, Mittit, & armata uerba notata manu. in duobus tñ codicib⁹ meis uetustissimis hi uersus nō legunt: qd̄ aūt ante tñ uideat aliqd esse ꝓponendū: plerūq̧ magis fit i sensu, quā in uerbis: nā itelligitur mitto tibi hanc ep̄lam: tñ. ¶ Siqua scripta. i. si aliq̄ partes meæ ep̄læ. ¶ Errabunt. i. uacillabunt: & nō habebūt rectū ordinē. ¶ Lituris: signis literarū a linēdo: uel maculis. ¶ Cæcis: obscuris: quæ nō bene possint legi. ¶ Libellus epistola, uel charta. ¶ Oblitus: fœdatus. ¶ A cæde: pp cędē ¶ Dn̄e. i. mei Canaces, ¶ Dextra dei. casum suū. ¶ Ferrū ensem. Metonomia. ¶ Strictum: nudum. ¶ Iacet: sedet. posita est. ¶ Soluta: apta. ¶ Hæc est imago: hæc est forma: in qua tu potes cōsiderare me esse. ¶ Aeolidos. mei Canaces, quæ sum filia Aeoli. ¶ Sic hac forma. s. ense parato ad necē meam. ¶ Duro: crudeli, adducit eū in odiū cōmemorans eius sæuitiam. ¶ Ipse. s. pater. ¶ Spectator: qui uideret. ¶ Opus. i. cædē meam. ¶ Exigeret perficeret. ¶ Oculis. i. in conspectu. ¶ Authoris. s. patris, qui est author, & causa: ut me interficiam. ¶ Truculentior: sæuior. ¶ Suis: qui sub imperio suo. ¶ Spectaret siccis. i. uideret cædem meam sine ulla effusione lachrymarum.

Argumētū epistolæ.

Litura usū

ASCEN.

SI q̄ tñ. Est & huic ep̄læ pānosum nescio cuius assumptū pricipiū tale. Aeolis Aeolidæ quā nō habet ipa, salutē Mittit, & armata uerba notata manu. Qd̄ pānosum dixi, qa nō cohæret sequētib⁹, detrahitq̧ artificio poetę, q cūctabundā inducit mulierē ex abrupto ep̄lam ichoasse correspōdentē ad ea, q̄ aīo ꝓmeditata fuerat, Videlicet iā iā m ipsam iterfectura sum, sed ne penit⁹ inhūana, & me, & nati feris expositi maneāt ossa, scribā i hoc statu ad fr̄em et sign̄abo illi mētē meā. Siq̄ tñ &c. Oblit⁹ media, siue penul. breui ab oblinor. Vñ doctriale. datq̧ lino lini, ul' leui deide litū

dat ab obliuiscor aūt oblitus mediā ꝑducit. Lituris cæcis.i.obscuris illegibilibus, libellus.i.epl'a cæde.i.sanguine per cædē effuso. Calamum, calamus est genus arūdinis, quo Itali scribunt, uti Gallus pēnis anserinis. Charta est, quam Galli abusiue papyrum uocant, eo ꝙ in papyro.i.pellicula papyri, q̄ arūdinis genus est, in Aegypto frequens olim scriptitatū est. Aeolidos, Aeoli filiæ, hæc Aeolis huius Aeolidos. Opus exigeret.i.cædes expresse ageret, & exhiberet oculis.i.coram oculis authoris.s.patris. Euri uenti sunt orientales. Zephyri occidentales. Noti meridionales, & Aquilones septētrionales, quia uero Aquilo seu Boreas a Thracia flat, uocat eum Scythonium, sicut Virgilius grues dicens, scythoniasq; grues.

Scilicet est aliquid cum sæuis uiuere uentis,
Ingenio populi conuenit ille sui,
Ille noto, Zephyroq;, & scythonio Aquiloni
Imperat, & pennis Eure proterue tuis.
Imperat Heu uentis, tumidæ non imperat iræ,
Possidet & uitiis regna minora suis.
Quid iuuat admotam per auorum nomina cœlo
Inter cognatos posse referre Iouem?
Num minus infestum funebria munera, ferrum
Fœminea teneo non mea tela, manu?
O utinam Machareu, quæ nos commisit in unū
Venisset leto serior hora meo.
Cur unq̄ plus me frater, quam frater, amasti?
Et tibi, non debet quod soror esse fui?
Ipsa quoq; incalui, qualemq; audire solebam,
Nescio quem sensi corde tepente deum.

ANTO. ¶SCILICET est aliqd: Scilicet: si cū acerbitate aliqua quadam efferatur, qđ dicimus negat: ut est apud Vir.i.is superis labor. In Andria Terentii: id curat populus.s.qđ ita dictū est, ut nec dii: nec populus curarēt: hoc loco affirmat: ut si ꝑfecto multū est. ¶ Ingenio uiolētiæ: sunt.n.uenit inexorabiles: & immites: ideo poetæ surda freta solēt appellare, qm̄ orantiū preces nō audiant uentorū rabie impulsa: & Ariadne dixit: Vos quoq; crudeles uenti. ¶ Populi sui: uentos sig̃nat: quorꝫ imperiū Aeolo Homerus assignat: qđ iō putasse ueteres existimo, qm̄ uti uelis nautas edocuerit, scierit Aeolus exhalationem, que ex antris Aeolis emergebat: q uenti essent spiraturi. ¶ Scythonio ē Thracia ad Thracia ¶ septētrionē exposita: uñ aspirat Aquilo, quā diximus uetustissimo uocabulo Scythonē appellatā. Oui.q̄tuor illos uentos posuit: quos obseruauit antiquitas: & Homerus in Odyssea cōmemorat: cū multos alios obseruauerit posteritas: ut apud Pliniū, & Victruuiū licet legere. ¶ Tumidę nō imperat irę. ¶ Suā uiolētiā moderari nescit, licet cohibeat uentorꝫ rabiē. ¶ Vitiis: suis patri uitio dat crudelitatē. Supat, ingt, uentos asperitate, & sęuitia, qbus iperat. ¶ Quid iuuat admotā: πάθος a g̃ne, nihil ꝑdest me ducere genus a Saturno: nā ut diximus, Neptunus authorē g̃nis Aeoli, cuius frater est Iuppiter. ¶ Admotā: iunctam: pro-

Aeoli genealogia auorū noia hæc sunt Cœlus. Saturnus. Neptunus. ¶ Funebria: ad meū funebre exitiū missa: miserat.n.Aeolus ensem ꝑ pręconem, ut seipsam trucidaret. ¶ Nō mea tela: fœminea tela sunt colus: & cū staminibus, & lana, calathus. ¶ O utinā: πάθος a facti penitētia. ¶ Cōmisit in unū: uno lectulo cōiunxit. ¶ Hora serior meo leto, ante id tpis uellē cecidisse: qm̄ p̄ris uiolentiam non experier, nec nostri g̃nis decus extinguerem. Plus me frater, quā frater amasti: dolet, ꝙ Machareus non fratrē sed amicum se cum sorore gesserit, quod fuit plus, quam fratrem deceat. ¶ Non debet, quod soror esse nō debet sororem se amicam cum fratre gerere. ¶ Incalui: amore incensa fui. ¶ Qualem: ut multi recensere cōsueuerunt, sensi Cupidinis uiolentiam. ¶ Nescio quem sensi: erat enim omnibus amor Canaces ignotus.

HVBER. ¶SCILICET: arguit a consuetudine.i.cōuersatione: dicit, qđ qa uersat, & uiuit cū uentis: qui sunt sæui: ipse quoq; est sæuus: & cōuenit naturæ uentorū. ¶ Cōuenit: facit. ¶ Ingenio: naturæ. ¶ Sui ppli.i.uentorū. ¶ Ille noto: enumerat q̄tuor Notus qui Zephyrus uentos. ¶ Noto: notus sine aspiratiōe uētus meridionalis humidus & pluuius: q a nr̄is Auster dr̄. Zephyrus aūt occidētalis est: q latine Fauonius dr̄. ¶ Aquiloni.i.boreæ, q ab aquis discutiendis dr̄ Aquilo latine. ¶ Scythonio: Threico: flat.n. ex Thracia. ¶ Scython aūt, ut in scd'a Epl'a diximus, mons est Thraciæ. ¶ Eurus est uentus orietalis, de is oibus uentis Cardinalib⁹ Oui.lib.i.Meta. Eurus ad aurorā nabatheaq; regna recessit, Persidaq;: & radiis iuga subdita matutinis Vesper. & occiduo q̄ littora sole tepescunt, Proxima sunt Zephyro, Scythiam: septemq; triones Horrifer inuasit Boreas cōtraria tellus. Nubilus assiduis: pluuioq; madescit ab Austro. ¶ Pennis: quia uenti dicuntur habere alas: uñ ipse libro sexto Meta. de Borea abducente Orythiā: dicit pauidā caligine tectus Orythiā, amans fuluis cōplectitur alis. ¶ Tumidæ: q̄ tumidū facit. ¶ Minora suis uitiis: qa pōt reprimere uentos: qui sunt sub regno suo: uitia aūt sua.i.iram non pōt coercere. ¶ Quid iuuat admotam: sic legendū est: nō aūt ad mortē: est aūt ordo, & sensus. ¶ Quid iuuat.i.qd ꝑdest. ¶ Me admotā nomine proauorum: figurate.i.habentem nomina proauorum admota. sicut Virg. oculos suffusa nitentes. Admota.i.appropinquata.

Aeolus cuius filius ¶ Posse referre.i.enumerare. ¶ Iouem inter cognatos.i. posse dicere, quod Iuppiter sit de gente mea. Aeolus aūt non Hypotæ filius fuit, ut quidam male existimant: sed nepos. Natus est enim ex Segesta filia Hypotæ Troiani: & Ioue. Hęc eadē Segesta a Crimiso fluuio Siciliæ cōpressa genuit Acestem: qui postea in Sicilia regnauit. ¶ Non minus.i.nihilominus.s.licet sim de gente Iouis. Munera funebria.i.apta funeri.i.morti: est autem oppositio figura propter duo substantiua apposita sine copula: uidelicet ferrum, & munera. ¶ Fœminea.i.imbelli. ¶ Non mea tela: idest non mihi apta: aut cōuenientia. ¶ O utinam: optat se fuisse mortuam anteq̄ coniuncta fuisset fratri: ordo. ¶ O Machareu hora, quæ commisit: idest coniunxit. ¶ In unum.i.simul. ¶ Venisset serior.i.tardior. ¶ Meo leto.i.mea morte: idest utinam prius essem mortua: quam me unq̄ cognouisses: nam non uenissem ad tantam calamitatem, ut coacta essem, ut paterna mandata adimplerem: mortem consciscere: ni turpius si potes, opem feras. Et ex hoc Canace auget miseriam suam, conaturq; Machareum ad misericordiā mouere imprecando sibi mortem: quæ sæpissime cum a teneris annis contingat: mortales quibuscunq; calamitatibus futuris eripere solet. Mors enim ut testatur Seneca: nullum habet incōmodū: neq; uitam interimere uidetur: & si ipsam quo modo eripiat. De qua plura legito apud Herodotum: & Ciceronem. ¶ Cur unq̄: dolet de hoc amore illicito. ¶ Quam frater: quia amor fratris erga sororem debet esse moderatus, nec debet esse ad concubitum. ¶ Et cur fui, quod soror nō debet esse cur obsecuta sum tibi in coitu: qđ soror facere nō debet. ¶ Ipsa quoq;: dicit se ēt fuisse amore cōpulsam, sicut & fratrē. ¶ Incalui.incensa sum amore. ¶ Deum: Cupidinē. ¶ Tepente: calente. ¶ Nescio quē deum.q.d.antea mihi incognitum.

ASCEN. ¶SCILICET est aliqd. Amara irrisio, nimirū, ingt, magnum est habere rōnem cum uentis, qui illorum naturā induit pennis, qa finguntur uenti pennis uti, dum ꝑcipites feruntur. Possidet & uitiis &c. bonum uerbū. regno inquit, suo dominatur, non uitiis. Maiora ergo sunt uitia regno, quia dominamur inferioribus, & minoribus dumtaxat. Quid iuuat &c. Sic Iuue. Stēmata qd faciunt, qd prodest pontice, longo Sanguine censeri &c. Non mea.i.uō decentia me. O utinā, dixi mo syllaba in uocalē desinentia a uocali sequenti non absumi. Venit serior.i.tardior, leto.i.morte, hoc est utinam nō fuissemus iuncti, nisi post mortē. Cur unq̄ plus me frater, q̄ frater.i.q̄ fratrē decet. Et cur sup. fui tibi, qđ nō debet esse soror.s.amica & cōcubina. Ipsa quoq; incalui. Non tua solius culpa est, sed & mea. nam ipsa.i.ego quoq;.i.ēt incalui.i.intrinsecus calui. & sensi nescio quē deū, Cupidinē uidelicet, quem tunc non norat, supple talem, qualem solebam audire, supple aliis fuisse.

¶Fugerat ore

¶FVGERAT ore color: orditur: quicquid post amorem, & in amore gestum est: & primum a signis quantum ipsa amarit indicat. ¶ Obduxerat: inuaserat. ¶ Quid esset: quibus curis conflictaretur. ¶ Et illud: etiam amabam: ideo curis angebar. ¶ Animo anili, qui ob ætatem rerum habet experientiam. ¶ Deiecit ocellos: idest maximum erubescentię signum: quod in Aenea non fore Dida Virgiliana quæritur, cum ait. Nnm gemitu doluit nostro? num lumina flexit? ¶ Hæc signa: macies: uigiliæ: erubescentia. ¶ In tacita: cum me amare non negarem: sed tacerem uidetur enim fateri, qui rogatus tacet. ¶ Iamq; tumescebant: hon este prætérit, ut cum fratre iuncta sit. ¶ Vitiati: uitiatas dicimus uirgines, cum pudicitiam depo suerunt: ut Terentianum illud in Andria. Glycerium uitiat Pāphilus. ¶ Onus furtiuum: fœtus furtim cōceptus. ¶ Quas mihi non herbas, quæ non medicamina: partum ex utero excutere conati sunt herbarū succis: ex queis maxime ualere sisimbrium scribit Plinius, si cibo, aut succo sumat. ¶ Supposuit: utero apposuit ad excutiendum fœtum. ¶ Penitus: ex intimo utero est. ¶ Admotis artibus, medicaminibus adhibitis excuti nō potuit. ¶ Tectus: clausus utero. ¶ Ab hoste: nutricem signat: quæ illū perimere conata est. ¶ Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi: erat decio mense partus maturus: Hyppon Methaphōtinus a septimo ad decimum mensem nasci posse partum existimauit maturūq; esse: Diocles: Strato: nes: Empedocles: & Epigenes septimo nasci posse affirmant: octauo omnino negant. Diocles tamen Carystius: & Arist. Stragerita nono, & decimo mense partum maturum esse tantūmodo putauerunt: Epigenes Bizantinus nono mēse omnino negat id effici posse, Hippocrates decimo: solus Aristo. & undecimum mēsem parientib⁹ assignauit. ¶ Quæ causa: ignorabam propinquo partu, cur dolorem. ¶ Nec tenui uocem: more parientium clamaui.

ANTO. — Erubescentię signum — Virgines uitiatæ — Sisimbriū cōtra ptus — Quoto mēse puer nascit maturus.

Fugerat ore color, macies adduxerat artus,
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec somni faciles, & nox erat annua nobis,
Et gemitum nullo læsa dolore dabam.
Nec cur hoc facerē, poteram mihi reddere cām,
Nec noram, quid amans esset, at illud eram.
Prima malum nutrix animo præsensit anili,
Prima mihi nutrix Aeoli dixit, amas.
Erubui, gremioq; pudor deiecit ocellos,
Hæc satis in tacita signa fatentis erant.
Iamq; tumescebant uitiati pondera uentris,
Aegraq; furtiuum membra grauabat onus.
Quas mihi nō herbas, q̄ non medicamina nutrix
Attulit? audaci supposuitq; manu?
Vt penitus nostris (hoc te cælauimus unum)
Visceribus crescens excuteretur onus.
Ah nimium uiuax admotis restitit infans
Artibus, & tectus tutus ab hoste fuit.
Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi,
Denaq; luciferos luna premebat equos.
Nescia quæ faceret subitos mihi causa dolores,
Et rudis ad partus, & noua miles eram.
Nec tenui uocem, quid, ait, tua crimina prodis?
Oraq; clamantis conscia pressit anus.

¶FVGERAT: describit signa amātis. ¶ Color: rubor. ¶ Fugerat ore: idest ex facie: nam amans efficitur pallidus Ouidius i primo de arte, Palleat omnis amans: color hic est apus amanti. ¶ Macies: macilentia. ¶ Adduxerat: attenuauerat. Ouid. in loco supradicto. Arguat & macies uultum. ¶ Coacta, cōpulsa: quia non habebant appetitum: qui ex ægritudine amoris solet discedere. ¶ ¶ Somni: dormitiōes. ¶ Nec faciles. i. difficiles, Ouidius loco supradicto, Attenuāt iuuenū uigilatæ corpora noctes, Cutaq;: & immēso qui fit amore dolor. ¶ Annua: longissima. i. una nox uidebat mihi unus annus. ¶ Læsa nullo do. quæ nō sentiebam dolorē aliquē. ¶ Dabam gemitū, emittebā suspiria. ¶ Reddere cām cur facerem: q̄a nesciebam, amorem esse: qui me faceret suspirare. ¶ Quid: quæ res. ¶ At erā illud: idest illa res. s. amans. ¶ Prima: ante alios. ¶ Animo anili: quasi cauto, & perito talium rerū. ¶ Malum: amorē meum. ¶ Aeoli: uocatiuus est patronymici fœminini. ¶ Amastes correpta amore. ¶ Erubui: uerecundiam uultus rubore ostendi. ¶ Deiecit: demisit: nā uerecūdia facit oculos deiectos. Ouidius de Calistone: Vix oculos attollit humo. ¶ Hæc satis. i. licet tacerē: hæc erāt satis. ¶ Signa fatentis. i. cōfitētis me amare. ¶ In tacita. i. me nihil ei respōdente. ¶ Tumescebant uitiati: grau di. ¶ Onus furtiuum: idest puer, quē ferebam in utero. ¶ Furtiuum occultum, uel furtu. i. stupro conceptū. ¶ Mēbra. s. mea. ¶ Quas herbas non attulit. q. d. omnes: est enim legendum interrogatiue ¶ Supposuit, per inferiores etiā partes immisit. ¶ Vt onus excuteretur nostris uisceribus: idest eiiceretur e uentre: & ut facerem abortiuum: sunt enim quædam herbę, & quædā medicamina, quæ habent uim faciendi abortiuum. ¶ Hoc te cęla. parenthesis est: idest hoc solum tibi occultauimus: quod uo luerim ante emittere partum: dicimus autem cœlo te hanc rem: & de hac re. ¶ Nimium uiuax: idest nimium genitus ad uiuendum. ¶ Restitit artibus admotis. i. uicit appositas artes. ¶ Tectus: in uentre meo. ¶ Tutus ab hoste: idest ab illa anu, quæ illis medicaminibus quærebat eum interficere. ¶ Soror Phœbi. i. luna. ¶ Erat orta nouies: idest iam erat nonus mensis. ¶ Dena. i. decima. ¶ Luciferos: ferentes lucem: est autem hoc loco adiectiuum. i. iam aderat decimus mēsis: quo ut plurimum dicuntur mulieres parere. Virg. Matri longa decem tulerit fastidia menses. ¶ Nescia: ignara. ¶ Quæ causa faceret dolores: quia nesciebam eos fieri ex fœtu qui iam erat maturus in uentre. ¶ Rudis: inexperta. ¶ Miles: translatiue dixit. ¶ Noua, quia nunq̄ ante pepereram. Solent utiq; nouæ parturientes intollerabili dolore affici: & præ nimio dolore exclamare: ut paulo infra ostendit: Dum inquit. Nec tenui uocem: Et ex hoc ostendit tāquā rudis ad furta minime potuisse partum cælare: ni eius nutrix sibi auxiliata fuisset: ipsiusq; os adeo compressisset: ut etiam magno pudore, & timore prohibita: silere adacta fuisset. Arguitq; hoc loco quantum doloris inter parturiendum passa fuerit, cōnectēdo alias, quamplures: erumnas suas: quas seriatim exequitur: Cum ait, Mors erat ante oculos &c. Ordo est. Ego nescia quæ: idest qualis causa faceret: hoc est causaret mihi tam subitos: idest repentinos dolores: & idest quoniam erā rudis: & noua miles ad partus: nec pro non tenui uocem: hoc est me potui continere, quin clamarem. ¶ Nec tenui uocem: idest non potui comprimere uocē quin clamarem. ¶ Quid ait: ordo. ¶ Anus ait, quid prodis: quid indicas. ¶ Tua crimina: tuū scelus. ¶ Et ipsa conscia: idest quæ sciebat crimen meum. ¶ Pressit: clausit. ¶ Clamantis: scilicet mei.

HVBER. — Amātis color — Abortiuū quō fiat

¶FVGERAT ore. i. ab ore color &c. signa sunt amoris. Nullo læsa dolore, nesciens causam, qui amor erat. At illud erā: scilicet quod non eram, q̄d esset, uidelicet amās, nesciui quid esset amans, & eram amans. Animo anili. i. sagaci, & callido ex longa experiētia: qualis est in anu: dixit Aeoli. i. Canace Aeoli filia, tu amas, uitiati, idest uiolati uētris. onus furtiuum. i. furtim cōceptum nesciente patre. Quas mihi non herbas &c. hoc est nullas non attulit, & omnes attulit, sed plus est in figura ta interrogatione, q̄ in expsso, ēt uniuersa affirmatiōe, signāt. n. q sic q̄rit uelle inuenire exceptionē, & nō posse, ut Hęc eadē ut sciret, q̄d nō faciebat Amyntas? Et. Quē nō icusaui amēs hoīumq;, deorūq;. hoc te cęlauimus unū: honesta purgatio, ne Machareus tam nefandi conatus conscius innuitur. Ah infans nimium uiuax. i. uitalis restitit artibus. i. medicaminibus admotis. Et tectus. s. in uentre meo fuit tutus ab hoste. s. nutrice, aut arte nostra. Iam nouies: significat quō aduentante maturo partu peperit. Soror Phœbi. i. luna. Noua miles. s. Lucinæ, quæ dea partus est, quid ait. s. nutrix anus.

ASCEN.

ANTO. ¶GEMITVS: præ dolore gemebam. ¶ Gemitus: murmura. Verba elapsa: quæ præ dolore exciderant uoces. ¶ Reprẽdo: resumo, & reprimo, ne audirentur, importune repẽdo alii legerũt. ¶ Cogor: quoniã ita imperabat nutrix. ¶ Lucina: Iuno, quæ parientibus præest. ¶ Graue crimen: quoniam mecum infans extinguebat. ¶ Pressa refouisti pectora: Machareus parturienti Canace adstitit: quæ cũ primo partu maxime laborasset, excitata Macharei adhortationibus dolores cũ partu posuit. ¶ Et mihi, me allocutus es: commiserationem excitat hæc sermocinatio. ¶ Duos: & te, & partum. ¶ Quid tibi gratatis: hac sciscitatione transit: ut qd mali Aeoli credulitate post partũ cõtingerit, expromat. ¶ Quid tibi gratatis: nõ esse gratulandum arguit ab Aeoli impietate: & facinoris dedecore, & periculo. ¶ Subripienda: furtim abiicIẽda. ¶ Sedula: uafra, & ad occultandũ crimen diligens nutrix. ¶ Fictaq; sacra facit: simulat sacrificare: hostiãq; simulabat esse puerũ frondibus, & uuis inuolutum. ¶ Dat populus sacris quisq; uiam prebebat aniculæ, iterq; in templũ sacrificatura pergere simulabat. ¶ Limẽ: Aeolus regiæ hostiũ. ¶ Patrias: patris Aeoli. ¶ Suo indicio: eius uagitu. ¶ Insania: furibũda. ¶ Vt mare: a simili pathos mouet. **Fraxinus** ¶ Fraxina fraxini arboris, quę in Macedonia dicitur bumelia: græce uero μελιὰς melias. ¶ Pallentia: quæ timore patris facta erant pallida. ¶ Irruit: in me impetum fecit.

Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit,
Sed timor, & nutrix, & pudor ipse uetant.
Continno gemitus, elapsaq; uerba reprendo,
Et cogor lachrymas combibere ipsa meas.
Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat,
Et graue, si morerer, mors quoq; crimen erat.
Cum superincumbens, scissa tunicaq;, comaq;
Pressa refouisti pectora nostra tuis.
Et mihi uiue soror, soror o charissima, dixti,
Viue, nec unius corpore perde duos.
Spes bona det uires, fratri nam nupta futura es.
Illius, de quo mater, & uxor eris.
Mortua (crede mihi) tamen ad tua turba reuixi,
Et positum est uteri crimen, onusq; mei.
Quid tibi gratatis? media sedet Aeolus aula,
Crimina sunt oculis surripienda patris.
Frondibus infantem, ramisq; albentis oliuæ,
Et leuibus uittis sedula cælat anus.
Fictaq; sacra facit, dicitq; precantia uerba,
Dat populus sacris, dat pater ipse uiam.
Iam prope limen erat, patrias uagitus ad aures
Venit, & inuicio proditur ille suo.
Eripit infantem, mentitaq; sacra reuelat
Aeolus, insana regia uoce sonat.
At mare fit tremulum, tenui cũ stringitur aura,
Vt quatitur tepido fraxina uirga Noto,
Sic mea uibrari pallentia membra uideres,
Quassus ab imposito corpore lectus erat.
Irruit, & nostrum uulgat clamore pudorem,
Et uix a misero continet ore manus.
Ipsa nihil, præter lachrymas, pudibunda profudi,
Torpuerat gelido lingua retenta metu.

HVBER. ¶QVID faciã? pro facerẽ. ¶ Edere: emittere. ¶ Gemitus clamores, i. ex una parte dolor partus cogebat me clamare, ex altera prohibebat timor pr̃is, & nutrix: quę icrepabat me. ¶ Et pudor: ex tanto scelere. ¶ Elapsa: iam ore emissa. ¶ Reprẽdo, i. iterum prehendo. ¶ Combibere: exiccare, & intra me tenere. Legendum est combibere: non aũt cohibere: qa ratio metri nõ patitur. ¶ Ante oculos, q. d. certa, & parata. ¶ Lucina: dea partus: de qua diximus in Epistola Hipsiphyles ad Iasonẽ. ¶ Opem: qa solet auxiliari parientibus. ¶ Mors erat graue crimẽ: qa nõ potuissem mori sine infamia: in tali casu: quo fuisset cognitũ scelus meũ. ¶ Superincumbens, i. tu. ¶ Scissa tunica, i. ueste, & coma i capillis propter dolorem, quem de me capiebas. ¶ Refouisti: recalefecisti. ¶ Nostra pectora pressa tuis, i. imposuisti pectus tuũ super meum, tuis, s. pectoribus. ¶ Et mihi: dicit uerba, quibus **Nupta nomen & pticipium** Machareus usus est ad Canacem. ¶ Dixit: pro dixisti: syncopa ẽ. ¶ Duos, s. te, & filiũ. ¶ Corpore unius, i. corpore tuo. ¶ Det uires: faciat te non deficere. ¶ Fratri: nam ecce, quæ spes sit. ¶ Fratri, s. mihi potest etiam legi fratris: ut dicamus. ¶ Es futura nupta, i. uxor, & ita nupta erit nomen: si uero legitur fratri est participium. ¶ Illius: dupliciter põt hic textus ordinari, s. cum pcedenti: sic es futura nupta fratris illius, de quo &c. uel melius, ut legatur fratri, & postea ordinetur sic. ¶ Tu eris &c. i. ẽt. ¶ Vxor illius, s. mei. ¶ De quo, i. propter quẽ. ¶ Tu es mater, i. filium peperisti, His uerbis dictis itelligimus eũ statim discessisse. ¶ Mortua s. ut uidebar mihi. ¶ Reuixi: respiraui. ¶ Ad tua uerba, i. ꝑpter uerba: q̃ mihi dixisti. ¶ Crimẽ, onusq;, i. criminosum onus. ¶ Positũ: pro depositũ, i. peperi. ¶ Quid tibi: dicit se frustra peperisse: qa & sibi filio nuper nato sit moriendũ. ¶ Gratatis: gratularis, & gaudes: qa dixi me peperisse. ¶ Aeolus: pater meus. ¶ Surripienda: remouenda. ¶ Oculis patris: ne ab eo uideat, i. auferendus est puer ita natus: ne pater eum uideat. ¶ Frondibus: dicit qũo nutrix eum occultauit: simulans se facturã rem diuinam. ¶ Frondibus: foliis, ramis. ¶ Albentis oliuę. Hęc enim arbor erat in tutela Palladis: & dicata paci, apta sacrificiis: quæ anus uolebat simulare. ¶ Velat: tegit. ¶ Vittis: fasciis tanq̃ rem sacram. ¶ Sedula: studiosa. ¶ Ficta: simulata. ¶ Verba pcantia, i. dicit hymnos, & supplicationes. ¶ Dat uiam, i. cedit, qa credebat eam facere uera sacra. ¶ Erat prope limẽ, i. iuxta ianuam: ut egrederetur cum infante. **Vagitus quid sit** ¶ Vagitus: proprie dicitur uox, & clamor infantum. Virg. lib. vi. Hinc exaudiri uoces uagitus & ingẽs, Infantumq; animę flentes in limine primo. ¶ Patrias, i. paternas. ¶ Proditur: detegitur: cognoscitur. ¶ Suo indicio: propria uoce. ¶ Reuelat: detegit remotis frõdibus. ¶ Mentita: ficta. ¶ Regia, i. aula. ¶ Sonat: resonat. ¶ Insania: magna. ¶ Vt ma. facit cõparationẽ de suo tremore, cũ audiret patrem ita clamantẽ. ¶ Stringitur: leuiter percutitur. ¶ Tenui: leui. ¶ Fraxina pro fraxinea. ¶ Noto, i. uẽto. ¶ Tepido: quia uenit a meridie: ideo est tepidus. ¶ Sic: adaptatio similitudinis. ¶ Videres: ꝑuideret aliquis. ¶ Vibrari: moueri, tremere. ¶ Quassus ab: sensus est, lectus, super quo eram: quatiebatur a meo corpore tremẽte. ¶ Quassus: concussus. ¶ Irruit, i. cũ impetu intrat cubiculũ meũ. Virg. Irruimus densis, & circũfundimur armis. ¶ Vulgat: manifestat. ¶ Pudorẽ, i. dedecus, & infamiam: ita enim sigñat hoc loco. ¶ Vix: continet manus ab ore misero, i. uix continet se, quin unguibus dilaceret mihi uultum, & eruat oculos. ¶ Ipsa, i. ego. ¶ Profudi emisi. ¶ Præter la. qa non potui aliqd dicere: sed solũmodo fleui. ¶ Pudibunda, i. plena pudoris, & uerecundiæ. ¶ Torpuerat: ita quod non poterat loqui. ¶ Gelido: frigido ab effectu.

ASCEN. ¶GEMITVS: accusatiuus est pluralis, nã ordo est, dolor cogit edere gemitus. Reprendo, per syncopam: ut uersus indicat pro reprehendo dictum. Combibere: metaphora ab arena, & cinere. Lucina: dea partus, quæ pest uenientibus in lucẽ, Diana, s. Aut Iuno. Pectore nostra tuis, s. pectoribus. Dixti: per syncopam pro dixisti: nam non in solis præteritis in ui fit. Dixit enim Virg. in primo, æn. Accestis scopulos: pro accessistis. & in. vi. Direxti tela manusq;, pro direxisti. Perde duos: te, & fetum. Mortua sup. erã, Positũ est, i. expositũ, ante pedes positum post partũ. Cui dicto uidetur per phantasiam gratulari Machareus, unde addit. Quid ti. gra. me. se Aeo. Aula. q. d. sæuus excubator. Leuibus uittis, i. sertis, quę tẽpora in modum uittarum cingant. Iam pro. li. e. Docet agnitum esse partum a patre. Facinusq; rescitum, sed ut sæpe facit, πάθος, mouet, i. affectionem, seu compassionem a frustrata spe, sicut. v. Aene. Iamq; propinquabant metis finemq; tenebant &c.

¶Iamq; dari

CIAM q dari paruuũ canibus: παῖς ab ætate. Auibus: uulturibus, q cadauera sequũtur: iussit, inqt, Aeolus exponi puerum. Sensisse: suam calamitatẽ. Tunc: cũ mea pignora lupis edẽda tradi cõspicerẽ. Inimicus: satellitẽ, seu preconem Aeoli intelligit. Viscera: fœtum significat. Satelles: satellitẽ, qui funtibus capiẽdis pest: appe lamus, eundem apparitorẽ dicimus. Sonos indignos: mandata, quæ patrem nõ decet. Aeolus hunc ensem: Aeoli mandata sunt, quæ & satelles Canace renunciat. Ex merito: ex cõmisso. Quid iste uelit: supbius est, quã si rẽ apperuisset, uolebat enim, ut illa sini morte cõsciceret. Condam adigam in mea pcordia. His mea muneribus: inuidiose hoc pronunciatũ est: ut Aeoli impietatẽ erga filiã arguat: ut dicat filiã nõ esse his muneribus, nec ea dotẽ domandã. Faces. q in nuptiis accẽdebant. Decepte quoniam me uxorem Macharei forte existimasti: nã cæterę sorores nupserunt fratribus. Turbato celeri: misericordiam mouet iis imprecationibus: Quas fertis Erinnydes: nõ maritales accendant faces: sed furiales: nõ ad sit nostro cõnubio Hymeneus sed Erinnydes. Allecto. s. & Megera. Nubite: fratrum coniugio utamini felicius, q̃ Canace. Quid puer ad. pathos ẽ a pueri simplicitate: quem iniuste necari Aeolus iusserat.

Iamq; dari paruum canibusq;, auibusq; nepotem
  Iusserat, in solis destituiq; locis
Vagitus dedit ille miser, sensisse putares,
  Quaq; suum poterat uoce rogabat auum,
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
  Nam potes ex animo colligere ipse tuo.
Cum mea me coram syluas inimicus in altas
  Viscera montanis ferret edenda lupis,
Exierat thalamo, tunc demum pectora planxi:
  Contigit inq; meas unguibus ire genas.
Interea patrius uultu mœrente satelles
  Venit, & indignos edidit ore sonos.
Aeolus hunc ensem mittit tibi (tradidit ensem)
  Et iubet ex merito scire quid iste uelit.
Scimus, & utemur uiolento fortiter ense,
  Pectoribus condam dona paterna meis.
His mea muneribus genitor connubia donas?
  Hac tua dote Pater filia diues erit?
Tolle procul decepte faces Hymenæe maritas,
  Et fuge turbato tecta nefanda pede.
Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes atræ,
  Vt meus ex isto luceat igne rogus.
Nubite felices parca meliore sorores,
  Admissi memores sed tamen este mei.
Quid puer admisit tam paucis editus horis?
  Quo læsit facto uix bene natus, auum?

CIAM q; iu. postquã Canace exposuit dolorem: quem ex difficultate, & periculo pariendi accepit: deinde ex infante cognito, & deprehenso a patre. Nunc dicit multo maiorẽ dolorẽ: quo perculsam se dicit, cũ audiuit patrem suũ iussisse illũ infantulum innocentẽ exponi dilacerãdum canibus, & feris. Paruum nepotem. s. suũ: nam natus ex filio, uel filia dicitur nepos aui sui. Canibusq;, auibusq;: utraq; copulaq; apponenda est: ut uersus stet: quãdo etiam sensus exigit. Destitui: derelinqui sine aliquo custode. Solis: desertis, inhabitatis. Dedit: cũ auus iussit. Putares sensisse: uidebat sensisse illud crudele iussum: ita in tempore uagiuit. Voce, qua poterat. i. illo uagitu: qa uoce expressa: & uerbis formatis nondum poterat per ætatẽ. Quid animi. i. quẽ, uel qualẽ animũ. Nã potes. i. potes scire, quẽ animum habuerim: si feceris cõiectură de tuo ad meũ. Colligere: coniicere, cognoscere. Inimicus: satelles, uel famulus patris nocitur⁹ mihi. Viscera: filiũ meũ: sunt. n. filii uiscera parẽtũ. Montanis q incolũt mõtes. Corã me. i. me uidente. Exierat. s. pr meus: nã sup᷑ius dixit. Irruit, & nostrũ uulgat clamore pudorẽ. Tũ demũ: tunc tandẽ. s. eo egresso. Planxi. pcussi. Nã cõtigit ire in meas genas unguibus. i. tũc demũ licuit mihi immittere ungues i genas meas dilacerãdas. Satelles: miles, minister. Patri⁹: paternus. Vultu mœrẽte. i. tristi: ex quo poterã cognoscere eum afferre tristia mãdata. Indignos: crudeles. Sonos: uoces, uerba. Aeolus: uerba satellitis ad Canacem. Tradidit: interpositio est, sunt enĩ uerba Canaces, dicit enim dictis illis uerbis, tradidit ensem. Et iu. adhuc sunt uerba satellites post traditũ ensem. Quid ue. quare mittat tibi. Ex me. s. tuo. i. ex eo, qđ fecisti: uult intelligas, ad quid eum tibi miserit. Scimus uerba Canaces, dicit enim, scio, qd uelit hoc ensis, & eo utar pro marito meo. Fortiter intrepide: qa non dubitabo me interficere. Condã: immittã, & abdã. Dona pa. ensem: quẽ pater mihi misit. His mea: apostrophã facit ad patrẽ. Donas mea cõnubia his muneribus. i. hæc munera facis meis cõnubiis. dicimus. n. dono tibi hanc rẽ: ut Dido ad Aeneã. Quod tibi donaui pfide litt⁹ emi: & dono te hac re: ut hic & Vir. in. v. Aenei. Sergestũ Aeneas pmisso munere donat. Multa sunt alia exẽpla. Erit diues hac dote: qa nulla re unq̃ egebit: quia hoc ense se interficiet. Tolle pcul: dicit ad cõnubia sua non adhibendũ esse Hymenæũ: quia sunt infelicia. Faces maritas. i. tedas connubiales, maritas adiectiuum est. Pede turbato. i. celeri consequens pro antecedenti, nã ex turbatione, & metu fit aliquis celer. Virgil. de Caco turbato. pedibus timor addidit alas. Tecta nefanda: in qbus nefandũ facinus admissum est inter fratrem, & sororem. Ferte faces: dicit nõ Hymenæum adhibendũ suo cõnubio: sed Erinnyn ferẽtẽ faces infelices: ut supra Hipsiphyle Iasoni. At mihi nec Iuno, nec Hymen: sed tristis Erinnys Pertulit infaustas sanguinolenta faces: dicit ergo. O Eri. i. o furiæ: sic autẽ legendũ est, nam declinatur Erinnys, Erinnyos. Atræ: infernæ. Faces, quas fertis. i. funebres: & nõ nuptiales: ratio autẽ metri nullo pacto patitur: ut legat Eumenides: sed Erinnyes recte legitur. Vt meus rogus. s. in quo sum cremãda: cum ero mortua. Luceat incendatur. Ex isto igne. s. quẽ uos furiæ affertis: est autẽ rogus proprie lignorũ congeries, & pyra ad comburenda cadauera cum ardere cœperit. Virg. Ter circum accensos subiectos ignibus atris Decurrere rogos. Nubite: intelligimus eã habuisse alias sorores: licet de eis apud poetas nõ fiat mentio. Meliore parca. i. meliore sorte: & fortuna, quã ego. Admissi. i. delicti mei. Admisit. i. peccauit. Editus: in lucẽ datus, & emissus. Vix bene natus. i. qui uix uidit lucẽ. Quo facto læsit auum. i. quid fecit, propter quod læserit Aeolum auum suum: ut eum nunc iubeat mori?

VAGITVS. i. ploratus infantis. Indicio proditur ille suo, sicut sorex s̃m Comicũ, q suo strepitu se feli pcedit. felẽ aũt catũ dicit uulgo. Ipsa. i. ego solũ, inqt, lachrymare potui nõ prolog. Nepotẽ, is. n. pprie dicit respectu aui. Erat aũt auus ei⁹ & paternus, & maternus Aeolus. Sensisse putares. i. qlibet putare posset, q gestum eius uideret. Quid mihi. sic Virg. Quis tibi tunc sensus cernenti talia Dido? Viscera. i. partũ, quẽ uiscera mea portauerũt, & ediderunt. Edenda. i. deuoranda lupis mõtanis, in montibus uersari solitis. Satelles patrius. i. a patre missus. apparitor uulgo seruiẽs dicit̃, olim latro, quasi latero, qa lateri adhæreret, ignari clientem uocant, cũ cliens a colẽdo dictus ad aduocatũ refertur. est enim q alterius in tu dicio utit̃ pſidio, & ob id ei addictus est, nec publicus est minister. is uero q ad publica negocia mittit̃, & minister, & uiator dicit̃. Aeolus. h. e. m. t. uerba satellitis: tradidit ensem uerbũ Canaces, hoc est cum diceret mittit tibi simul tradidit ensem addens. Et iu. ex me. sci. q. i. u. qa meruisti occidi. monet ergo, ut tute id facias. His mea mu. planum πάθος cũ apostrophe. hic Aenei. ii. Hoc fuit alma parẽs, q me p tela, p hostes, Eripis &c. Hymeneus, nuptiarũ deus credit̃ Parca me. i. meliore fato. Quid puer ad. &c. qa facinus suũ oĩno purgare nõ põt, adducit cãm infantis: quẽ insontẽ dicit lacq;, & impie trucidatum.

ANTO.
Satelles q sit
HVBER.
Rõne metri copulã geminati
Dono
Erinnys
Rogus qd
ASCEN.

ANTO. ¶ SI Potuit: permissione hac insontem esse puerum ostendit, infans enim nihil committere potuit: nec pro parentum cō-missis erat plectendus. ¶ Nate dolor matris: auget hæc amplificatio commiserationem. ¶ Parum fausti: qui non bene suc-cessit. ¶ Nō mihi te licuit: πάθος quoq; excitatum: si quod æquum est fieri nobis: negatum dicimus. Iustis nō ad lachrymas referas: sed exequias. ¶ Tonsas: laniatas: quę cum funeribus sepeliuntur. ¶ Auidæ feræ: lupos, & ultores significat. ¶ Cū uulnere: sauciata ense misso cadam. ¶ Tu tamen o frustra: concludit deprecationibus epistolā. ¶ Frustra sperate: uana spes fuit de nostro coniugio. ¶ Sparsa: feris laniata. ¶ Quælibet arcta: quantum uis breuis sit, nos duos capiat. ¶ Viue memor nostri: nec mei in uita obliuiscaris. ¶ Lachrymasq; in funere fun-

Solatia mortuorū

de: cures nostrum funus: maximo putabant extinctis esse sola-tio, si honore sepulturæ, & funebri pompa non carerent. ¶ Re-fer, ex puellarum sententia locus est: quæ mortuorum cadaue-ra exhorrescunt. ¶ Perfer, effice, Canaces mandata: ut ego patē-tis iussa forti animo exequar.

Si potuit meruisse necem, meruisse putetur,
 Ah miser admisso plectitur ille meo,
Nate dolor matris, rapidarum præda ferarum,
 Hei mihi natali dilacerate tuo.
Nate parum fausti miserabile pignus amoris,
 Hec tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.
Non mihi te licuit lachrymis perfundere iustis,
 In tua non tonsas ferre sepulchra comas.
Non super incubui, non oscula frigida carpsi,
 Diripiunt auidæ uiscera nostra feræ.
Ipsa quoq; infantis cū uulnere ꝓsequar umbras,
 Nec mater fuero dicta, nec orba diu
Tu tamen o frustra miseræ sperate sorori
 Sparsa precor nati collige membra tui.
Et refer ad matrem, socioq; impone sepulchro,
 Vrnaq; nos habeat quamlibet arcta duos.
Viue memor nostri, lachrymasq; ī funere funde,
 Neue reformida corpus amantis amans,
Tu (rogo) proiectæ nimium mandata sororis
 Perfer, mandatis perfruar ipsa patris.

HVBER. ¶ SI Potuit: quia non potuit. ¶ Ah: dolentis. ¶ Plectitur: puni-tur. ¶ Meo admisso .i. propter peccatum meum. ¶ Nate: uertit sermonem ad filiū: cuius miserrimam sortem dolet: quod codē die natus: & mortuus sit. ¶ Præda: rapina, cibus. ¶ Tuo natali:

Natalis quō declinetur

die, quo natus: dicitur autem & hic natalis substātiue: & hoc na-tale in neutro genere: & tunc facit ablatiuum natali ut hic: dicit aūt adiectiue hic & hęc natalis & hoc natale: & additur dies: uel lux: uel tps: dicitur etiam locus natalis, in quo aliqui natus est: ut Ouid. in tri. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Deti-net. ¶ Pignus: cōfirmatio, nam filii dicuntur pignora coniugii. ¶ Parum felix .i. parum felices, & fortunati. ¶ Hæc qua pater meus iussit te exponi feris. ¶ Summa ultima. ¶ Nec mihi: con-queritur quod non potuerit pręstare officium, quod solet in fu-nere filii. ¶ Iustis: debitis propter affectū naturę: unde ipse Oui. alibi, Quis matrem, nisi mentis inops, ī funere nati Flere uetet. ¶ Perfundere: irrigare. ¶ Non tonsas .i. longas. ¶ Non super in cubuit: nam parentes ex affectu naturali solent incumbere ca-daueribus filiorum, & sic eos mortuos osculari. Virg. lib. x. de Euandro, pheretro Pallante repo[illegible] Procubuit: super atq; hæ-ret lachrymāsq;, gemensq;. ¶ Diripiunt, auferūt: dilacerāt. ¶ Ip-sa quoq;: dicit se secuturam filiū suum: quia gladio a patre misso se interficiet: ut supra dixit. ¶ Vmbras infantis .i. animā filii mei. ¶ Cum uulnere: quod mihi faciam. ¶ Nec fuero dicta diu mater: quia priuabor filio, sine quo nō possum dici ma-ter, nec dicar orba diu, quæ licet caream filio: & propter hoc sim orba: tamen cito moriar: & sic non dicar orba. ¶ Tu ta-men: nunc rogat fratrem Mach. ut colligat ossa matris, & filii, & reponat in eadem urna. ¶ Frustra sperate: quia cū spera-rem te futurum maritum meum: non potui id consequi. ¶ Sorori: pro a sorore. ¶ Sparsa: dispersa: & dilacerata. ¶ Refer:

Vrna quid erat

reporta. ¶ Ad matrem: ad me, ex qua pauloante exierant. ¶ Socioq;: coniuncto, & communi. ¶ Quamlibet arcta: idest quamuis stricta, & melius, quam qualibet urna: idest uas, in quo reponebantur cineres cadauerum. Iuue. Et in urna per-petuum uer. ¶ Funde lachrymasq; in funere: idest prosequere mortē meam lachrymis. ¶ Reformida. uerere, time. ¶ Per fer: effice. ¶ Mandata: hæc scilicet, quæ tibi commisi. ¶ Proiectæ: infelicis, & abiectæ. ¶ Ipsa: ego. ¶ Perfruar mandatis pa-tris: idest faciam, quod pater mihi mandauit: quia supra dixit. Aeolus hunc ensem mittit tibi (tradidit ensem.) Et iubet ex merito scire quid iste uelit.

ASCEN. ¶ SI Potuit meruisse. q. d. certum est, qꝫ non. hæc mihi natali, πάθος a tempore, quia die natali solebāt prisci indulgere ge-nio, i. dare operam uoluptati. unde Persius. Hunc Macrine diem numera meliore lapillo, Qui tibi labentes apponit candi-dus annos. Et in Buc. Phyllida mitte mihi, meus est natalis Iola. Hinc Herodes dicitur die natali cōuiuiuū celebrasse, quo petitum est caput Baptistæ. Hæc tibi prima dies. Idem πάθος, sic de rosis Maro. Quam longa una dies ætas tam longa ro-sarum est. Non super incubui, id enim moris. Vnde Anna de Didone, & extremus siquis super halitus errat, Ore legam. Id autem faciebāt applicando os ori, & superincumbēdo. ¶ Nec mater fuero dicta .i. uiua, quia sese occisura est. ¶ Sparsa pre-cor nati. Hæc epistolæ principalis est intentio: ¶ Neue reformida: quia amor, quod & horror facere solet.

¶ In duodecimam Epistolam Argumentum:

Persas & Oeta ubi

SOl ex una Nereidum: Aetā, & Persen genuit. Perses in Taurica regnauit: Aeta in Colchide: & ex Hecate Persę filia filios suscepit: Cyrcē: Medeam: Calciopem: & Absyrtum: quem Pacuuius Aegyaleum appellat. Medea cū paternæ crudalitati obsisteret: iussa in custodiam dari, fugit ad solis templum: quod ad hostium Phasidis in lit tore situm erat. Ea tempestate Iason Aesonis filius cū Argonautis: ut uellus aureum raperet: in ea loca appu-lerat: ad templum profectus puellæ in arena spacianti nauigationis causam exposuit. Medea hospitis pulchritudinem ad-mirata amore capitur: patris sæuitiam exponit: rei perficiendæ auxilium promittit: si Iason de connubio paciscēretur: da-ta de connubio sponsione: Medeæ opere uellus rapuit. fugiunt: puellamq; adducunt: Thessaliæq; rebus compositis: Iason Corinthum ad Creontem regem secessit: apud quem decem annos commoratus: eius filiam Glaucen: quam alii Creusam appellant: uxorem cupit. Medeæ diuortium suadet: abnuentem ex urbe protulit. Creusamq; ducit uxorem. Furibūda igi-tur Medea ad Iasonem scribit: ingratitudinem in eo expostulat: præsentemq; minatur ultionem: nam impetrato unius diei reditu, Creontis regiam incendit: in qua cum filia rex absumptus est, Didymum: & Alcimeneum, & Thessandrū: quos ex Iasone susceperat, trucidauit. Thessalus fuga salutem sibi peperit. Iason dolore percitus, seipsum confecit. Ex hoc tragœ-diam, fecit Ennius: quæ Medeam inscripta illum secutus Ouid. Medeam & ipse edidit: de qua Fabius meminit: unde ma-gnam huius epistolæ partem translatam esse non ambigimus.

Glauce siue Creusa Medeæ filiorum interfectus

¶ At tibi

ANTO. At dictio quid

AT tibi Colchorũ memini regina uacaui:exprobrat beneficium in principio,ingratitudinẽ expostulatura.⁋ At particula hęc interdum saltem significat:ut Virgilianum illud Si te nulla mouet tantę pietatis imago,At ramũ hunc(aperit ramum,qui ueste latebat)Agnoscas,interdum in principio usurpatur:& ut uehementius moueamus,intelligenda relinqu mus,quę dici debuissent:qđ Virg.in Aenei.iiii.facere uidetur,cum ait,At regina gra ui iamdudum saucia cura,id interpretari oportet quieuit Aeneas, At Dido maximis curis angebatur:cui hic locus similis est:tu,inquit Medea,cum in Thessaliam redisses:essesq; in omniũ fauore,me domo pepulisti.At ego ut recte memoria colligo:& si fuerim regis filia:te foui ĩ




Colchide: meo quoq; bñficio petitũ uellus,tecũ detulisti.⁋ Regia:regis Colchorũ filia:sunt Colchi Scythiæ populi ut Stra.testaẽ. ⁋ Vacaui:officiũ pstiti. ⁋ Ars mea:magicã ĩtelligit:qua cũ uoluisset Medea, illius ope uellus subripuisset:ut Orpheus,& balbus scribunt.⁋ Cũ peteres:summis pcibus a Medea opẽ impetrasse Iasonẽ Flaccus Vale.scribit.⁋ Tũc quę dispẽsant : pathos a tẽpore.⁋ Dispẽsant:in ptãtem hñt:tractũ ab iis:q æra pensantes distribuebant:anteq̃ essent impressi nummi usus.⁋ Fata morta,uitã,& mortẽ. ⁋ Fusos meos:finus allegorię ẽ nã remoto uerboꝶ ambitu mortẽ significat:uoluissem,inquit,parcas me morti tradidisse:cum Iason Phasin fluuium intrauit. ⁋ Mori bene:sine uitæ labæ,& molestia extingui:honesta morte nihil esse præstantius Herodotus Iunonis iudicio demonstrat. ⁋ Ab illo:ex quo Iason Colchos adiit.⁋ Pœna fuit:ad fugã hoc refert & ad fratris necem:quem in frustra dissecuit apud Thomos.

Colchi ubi sint

Antiquoꝶ ritus

Nihil pstãtius honesta morte

MEDEA IASONI.



EXul,inops contempta nouo Medea marito
Dicit an a regnis tempora mille uacant.
Vt tibi Colchorum(memini)regina uacaui,
Ars mea cum peteres,ut tibi ferret opem.
Tunc,quæ dispẽsant mortalia fata sorores
Debuerant fusos euoluisse meos.
Tunc potui Medea mori bene,quicquid ab illo
Produxi uitæ tempore,pœna fuit.

HVBER. Argumẽtũ epistolæ



AT tibi Colchorum Aurei uelleris fabulã plenissime diximus i epistola Hipsiphyles:quę incipit.Littora Thessaliæ.itaq; illuc recurraẽ.Quantũ aũt pertinet ad hunc locum,reciteẽ ex Did.Iasona Corinthii tradũt cum annis decem cum Medea uixisset: genuisse ex ea filios duos:quo tẽpore aiunt Medeam magno in honore non solum propter spẽm,qua eminebat:sed etiã pp prudentiam,cæterasq; uirtutes:gbus ornata erat,a uiro habitã fuisse:paulatim deinde ætate decorem formæ auferente:Iason Glaucę,quam poeta appellat Creusam:Creontis filiæ amore captus,uirginem uxorẽ a patre petiuit,Annuẽte Creonte:certũq; nuptiarũ statuente diẽ, Iason Medeę spontaneũ diuortium persuadere conatus est. Ait enim se cupere illã uxorẽ ducere:non in eius contemptũ: sed ut filios suos in domum regiam ea cognatione introduceret. Medea hæc uerba ægre ferente:deosq; iusiurãdi pstiti testes appellãte,Iason beneficii ĩmemor,& ingratus Creontis filia uxore accepta Medeã abs se expulit:qd postea fecerit,dicemus in fine epistolæ.Irata igiẽ Medea hanc epistolã ad Iasona scripsit:in qua primũ cõmemorat Iasoni sua erga eum beneficia:& pmissa:& iusiurandũ Iasonis.Deinde adiurat ipsum Iasona:ut si minus sui causa:saltem causa filiorũ cõmuniũ uelit eã recipere:et loco solito coniugii eam habere,qđ si non fecerit,minaẽ ei se sumpturam uindictam de tanta iniuria.⁋ Vt,i.sicut, ⁋ Regina,i.ego filia regis Aeetæ,ut Vir.Magnũ reginæ,sed enim miseratus amorẽ Dædalus &c.illic reginã intelligit Ariadnẽ filiã regis Minois.⁋ Colchorũ:Colchi populi sunt in põto:gbus impauit Aeeta,Colchos appellaẽ.⁋ Vacaui:pstiti operã inseruiui tibi.⁋ Ars mea,s.magica:& incantatoria:Nã Stra.lib.i.dicit Medeã ueneficã fuisse memorię proditum esse. ⁋ Sorores,i.tres parcæ.⁋ Dispensant:disponunt:sed ga dicunẽ trahere fata hominum:ideo dixit dispensant:unde & pensa dicta sunt a pendendo.⁋ Fila:allusit ad officium earũ.Iuue.de parcis:& staminis albi lanificæ.⁋ Euoluisse:diuisis syllabis:ut supra diximus,legendũ est.i.euacuasse.⁋ Fusos suos,i.debuerant finiuisse uitam meam.⁋ Bene,i.honeste. ⁋ Quicqd:sensus est:omnis uita:quæ fuit mihi post illud tempus:fuit pœna:quia semper uixi in magnis curis,& doloribus.

Colchi de gbus supra

Pensa unde dicta

ASCEN.

AT tibi Colchorũ.Ex abrupto,& ad pcogitata respiciente ĩcipit exordio,quo circa nõ dicam uersiculos eos,g ex quibusdã codicibus præponunẽ esse Ouidianos,hi aũt sunt.Exul inops contempta nouo Medea marito Dicit an a regni tpe nulla uacãt.At tibi &c.Ordo prioꝶ est Medea exul,inops,& contẽpta dicit nouo marito,i.Iasoni,nõ dicit qd,& id artificiose subticet,ga nõ cõgruit salutẽ dicere repudiãti.Nec male dicere,cuius sibi gratiã recõciliare moliẽ.Artificiosam quoq; aposiopesin facit,quasi ex obruẽre obiectione,qd dicis.Medea iã cõtẽpta uiro in regnũ suscepto,cui illa,an a regni tẽpore.i.postq̃ in regno fui,quod pp eum deserui,nulla ua ant.s.tpa,ut mihi aures pbeat aut quid simile.Sed quia,ut dixi hoc principiũ Ouidianũ non est,Dicamus Medeam præcogitasse sic.Fateor quidẽ Iason noua nupta,regno dotata est,qđ ipsa afferre nõ possum,& ita minus utilis nũc futtro.At memini,i. memoria repeto quia ego regina,i.cũ essem regina,hoc est filia regis Colchorũ,ego uacaui,i.uacua omni alio negocio operam nauaui,tibi,s. uni, tunc,s.cum.i.qñ peteres,ut ars mea ferret tibi opem,i.auxiliũ,Tunc sorores,i.deæ fatales,quæ parcæ dicuntur.⁋ Debuerant fusos euoluisse suos,euoluisse pentasyllabũ est,dicuntur autẽ filio,seu stamine cuiuslibet fata,ac dies cõmensurare.unde sunt uersiculi.Clotho colum portat,Lachesis trahit,Atropos occat.Tunc potui Medea mori bene,quod Chærea Terentianus dicit sic,Nunc est tps profecto interfici,cũ ppeti me possum,ne hoc gaudiũ contaminet uitã ægritudine aliqua.

ANTO. ¶LACERTIS iuuenilibus:Argonautarũ uiribus:quos quatuor,&.xl.fuisse,ex Orpheo colligimus:licet, Caius balbus unũ addat. Alii quinquaginta. Alii sexaginta fuisse scribunt.¶ Pelias arbor:Argo nauim signat:q in Pelio Thessaliæ mõte fabricata est ex pinu:seu ex quercu:uel ut Corne. Alexãder maluit,ex Eone arbore:q nulla uiolẽtia materiæ:aut tpis putrescat.¶ Phrixeã ouẽ:uellus arietis:quẽ Marti Phrixus sacrificauit:pellẽ Marti e fago appendit.¶ Magnetida: Pagase oppidũ Magnesiæ,ubi fabricata est Argo nauis.¶ Phasiacã:Phasidis fluminis:quẽ intrare oportuit Argonautas nauigãtes ad eam urbẽ Aeetæ regiã.¶ Et decor:ea sunt,q̃ maxime in amorẽ alliciunt. Si spẽs:si eloquẽtia.si facilitas affuerit:gratiam linguæ leporẽ dicimus elocutionis.¶ Noua pup.nam antea in Colchos nauigauerat nemo:primus Iason naui longa illuc nauigasse tradit.¶ Audaces:qm̃ primi ausi sunt Cianeas superare: quæ erant instabiles insulæ:& se in mari credere:si poetis credimus. Nã Erythrã antea nauigasse legimus.¶ Anhelatos:tauri, quos Iasonẽ domare oportebat ignẽ naribus efflasse tradunt.¶ Non præmeditatus:a me nõ edoctus.¶ Immemor:aperte ingratitudinẽ obiicit.Nã is ingratus est:qui beneficia obliuiscit.¶ Semina iecisset:dentes serpentis:quẽ Cadmus interemit: Phryxusq̧ detulit,& ad Aeetã seminasset:uñ nati essent armati hoies, q in authorẽ seminis:arma cõtulissent.¶ Suo cultu:ab iis,qui ex dẽtibus essent nati. ¶ Quam multa mala:ea dicit, quæ Iasonis cã amoris insania fecit.Nam patrẽ prodidit:fratrẽ,filiosq̧ trucidauit.Creontẽ:& filiam cum regia incẽdio absumpsit:Peliam filiis occidendũ pbuit.¶ Hic fruar:si aliã ultionẽ in te moliri nõ potero saltẽ beneficia exprobrabo.¶ Iussus inexpertã. Argonautarũ trãsmissionẽ in Colchos enarrat:ut suæ exprobrationi uim addat beneficiorũ, quæ in illos cõtulerit cõmemoratione. ¶ Inexpertã.cuius nulla antea erat experientia:qm̃ non erat nauigatũ.¶ Regna beata dicia:ueteres beatos diuites appellare cõsueuere:ideo Iuue.tradit:uetulæ uesica beatæ:& Propertius in Elegiis hac significatiõe sæpius usus est.¶ Hoc illic Medea fui: imagine utitur.cõfert enim secum Creusam Creõtis:ut se, officiũq̧ suũ cõmendet.¶ Hoc:ad hospitalitatẽ referas:hospitio.inqt, te suscepi in Solchide:ut Corynthi a Creusa susceptus es.¶ Pater Creon.¶ Illi:Creusæ.¶ Ephyrem bimarem:Eumelus scribit ab Ephyre Oceani filia Corynthum appellatam fuisse Ephyrem: deinde Corynthum a Corynthо Iouis ylio:posita est inter Aegeum,& Ionium mare,utrumq̧ a mari distans.lx.stadiis: ut author est Plinius,angustiæ Isthmos Peloponnesiacus nuncupatur.

Quot argonautæ
Argonauis
Vellus arietis cui dicatum
Pegasæ oppidum
Lepore qd
Cianeæ insulæ
Ingrat⁹ qd
Vipeos dẽtes uñ certa habuerit
Medeæ facinora
Bti apd ueteres

Hei mihi,cur unquam iuuenilibus acta lacertis
  Phrixeam petiit pellias arbor ouem?
Cur unquam Colchi magnetida uidimus Argo:
  Turbaq̧ phasiacam graia bibistis aquam?
Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli?
  Et decor,& linguæ gratia ficta tuæ?
Aut semel in nostras quoniã noua puppis arenas
  Venerat,audaces attuleratq̧ uiros,
Isset anhelatos non præmeditatus in ignes
  Immemor Aesonides,oraq̧ adunca boum.
Semina iecisset,totidem sumpsisset & hostes,
  Vt caderet cultu cultor ab ipse suo.
Quantum perfidiæ tecum scelerate perisset?
  Dempta forẽt capiti quem mala multa meo?
Est aliqua ingrato meritũ exprobrare uoluptas.
  Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.
Iussus inexpertam Colchos aduertere puppim,
  Intrasti patriæ regna beata meæ.
Hoc illic Medea fui,noua nupta quod hic est.
  Quam pater est illi,tam mihi diues erat.
Hic Ephyrẽ bimarem,scythia tenus ille niuosa,

HVBER. ¶HEI mihi:lõge repetit cãm suorũ malorũ:qđ qdẽ est muliebre:ut in prima epla plene diximus sup eũ locũ.O utinã tũc cũ Lacedæmona classe petebat:& aliis multis eplis,cõqueritur ergo,qđ Iason cũ Argonautis unq̃ uenerit in Colchos: & qđ eius amore capta fuerit.¶ Acta:ipulsa.¶ Iuuenilibus fortibus.nã iuuenes robustiores.¶ Pelias:Thessalica a Pelio monte Thessaliæ ubi incisæ arbores:ex qbus Argo nauis fabricata est.¶ Ouẽ Phrixeã:quã Phrixus Marti cõsecrauit: ut supra dictũ ẽ in epla Hipsiphyles.¶ Arbor:nauis.¶ Magnetida:thessalica.Magnesia.n.regio ẽ annexa Thessaliæ:ut Pli.scri.Magnetes eius ppli dnr eqtãdi p̃ti.de qbus Luc.li.vi.& Magnetes eqs Minyæ:gẽs cognita frenis.¶ Colchi.s.nos.¶ Argo.nomẽ ẽ nauis Iasonis:ut alibi diximus.¶ Turba.g.i.nõ Argonautæ:q estis grati.¶ Aquã.p.nã Phasis fluuius ẽ colchorũ.¶ Plus æ. .i.plus iusto:ut pp pulchritudinẽ tuã pderẽ patrẽ.¶ Decor:pulchritudo tua.¶ Grã fi.i.facũdia simulata.¶ At se,ut magis augeat bñficiũ suũ erga Iasonẽ:dicit,qđ debuisset pati eũ ire in magna,& apta picula ¶ Noua pu.nã qdã uolunt eã fuisse p̃mã nauẽ.¶ Audaces:temerarios:q nõ cõsiderauerãt magnitudinẽ p culi.¶ Isset.i.ire debuisset.¶ Aesonides:Iason. ¶ Non pme.incõsiderans ¶ Anhelatos:efflatos expiratos e naribus taurorũ.& in.¶ Ora.in facies.¶ Adũca:curua.¶ Iecisset:iacere debuisset:& spargere.¶ Semina:dẽtes serpẽtis.¶ Totidẽ:quot erant semina,hoc est dẽtes.¶ Caderet,periret. ¶ A suo cultu.i.a semine:qđ ipse seminasset,& coluisset tanq̃ agricola.¶ Quãtũ.q.d.,multũ:quia nõ decepisses postea me.¶ Dempta amota.¶ Capiti:uitæ meæ:q nõ esset in discrimine,sicut nũc est.¶ Est aliq:snia est color rhetoricus.¶ Exprobrare:obiicere quasi cũ probro.i.cõtumelia opponere.& referre.¶ Hac.s.uoluptate exprobrãdi bñficiũ.¶ Iussus:repetit lõge bñficia sua:a primo aduentu Iasonis in Colchos.Iussus a Pelia patruo tuo.¶ Inexpertã:insuetã nauigationẽ.¶ Aduertere.i.appellere.¶ Beata ditia,& latẽter tãgit historiã:Nã ut Stra.scr.regiõis eius opes ex auri,& argẽti,& ferri metallis iusta quã dã in ea loca expeditiõis occasionẽ suballegãt.¶ Illic:in Colchis.¶ Noua.n.Creusa:quã nunc accepisti.¶ Pr̃.s. eius Creon. ¶ Tã diues erat mihi.s.Aeeta pr̃ meus.¶ Hic ep.Ephyre oli dicebat:quæ postea Corinthos a Coritho filio Orestis instaurata nomẽ accepit:ẽre clara:inde Virg.Ephyreiaq̧ æra.Cauẽdũ aũt ne legat Zephireu.¶ Bimarẽ dicit,qa est inter duo maria,inde Hora.Bimarisq̧ Corinthi mœnia.¶ Hic.s.Creon pr̃ uxoris.¶ Ille.s.pr̃ meus.¶ Tenus Scythiã.i.usq̧ ad Scythiã.

Pelius mõs
Magnesia regio
Magnetes populi
Exprobrare quid
Aeris copia apud Colchos
Ephyre

ASCEN. ¶ARBOR pellas.i.in Pelio monte Thessaliæ natali,hic est facta argo nauis. Est ergo patronymicũ a loco natiuo',hoc ẽ a patria,nec abusiue,quia ut Porphyrius asserit,locus,& patria etiã genus,hoc est principiũ gñationis dicuntur,& a se denominant.declinat ergo hæc Pelias,huius Peliados &c. Sic Magnetis:huius Magnetidos,uñ pfert accusatiuũ Magnetida, quo circa utrũq̧ patronymicũ locale est dic ergo,argo Magnetida.i.Magnesia fabricata diximus aũt in o græca hr̃e etiam o in accusatiuo,unde leges Argo,nõ Argon,qa nõ descẽdit a noĩatiuo Argos,sed Argo,ut & altera,quæ uehat argo. Turba graia.i.uos Græci.Aquã Phasiacã,Phasidis fluminis Colchorũ.Isset,pro iuisset.& bene in tertia persona loquitur,quasi de alio,& redit ad eũ in secũda dicens.Quãtũ pfidiæ,o quãtũ.q.d.utinã perisses,qa tũc multa mala fuissent dempta meo capiti.Nã ordo est.Quãtũ.i.o quãtũ multa.q.d.plurima mala fuissent dempta &c. Est aliqua ingrato. Licet nullũ, inquit, sim abs te expectatura solaciũ,nec ẽrelæ meæ pretiũ,tñ nõ desinã exprobrare meritũ in te meũ,cũ ipsa exprobratio uoluptatẽ pariat aio meo,qđ & Charinus Terẽtianus sic dicit in Andria. Sed qd ago,adeo ne ad eũ,ut cũ eo hanc iniuriã expostulẽ,ingerã mala multa. Atq̧ aliqs dicat nihil pmoueris. Multũ molestus certe ei fuero,atq̧ aio morẽ gessero. Hoc illic Medea fui.i.filia regis.Quã diues.i.quãtũ diues pr̃,& illi.s.Creusæ nouæ nuptæ,hic.s.Creon pr̃ Creusæ. Tenet Ephyrẽ.i. Corinthum,bimarẽ.i.sitã inter duo maria Aegæum,& Ioniũ.Ille.s.pater meus tenet omne.s.omnem regionem.

¶Qua

❡QVA Plaga læua, Colchi sunt ad sinistram partem maris pontici. ❡ Iuuenes pelas. græcos Argonautas. ❡ Toros pi. p mitis: mensis accubuistis, quibus utebantur pictis. ❡ Tunc ego te ui. Diod. aliter hanc historiam texit, Iasonem, inquit, primum in téplo Solis a Medea uisum: & illic de matrimonio pepigisse. ❡ Vt uidi, ut perii: hemistichium est: quo frequentius usus est rhetoricus: & ex latinis Virg. & Ouid. tempus enim auget pathos, postquã te uidi: quamprimum amore incensa sum. ❡ Nec no. igni, nõ consueto amore: nõ antea amarat Medea. ❡ Teda pi. fax ex pinu diis incendebatur. ❡ Et for. era. amorem tutatur a fato: & forma. ❡ Sensisti: meum amorem. ❡ Eminet: ostenditur: se demonstrat, & si, inquit, amoré occultamus: ipse tamé se indicat. ❡ Dura. col. bo. Oeta pposuit Iasoni perficienda certamina: si uellus aureum cuperet in Græciã abigere: ut tauros edomaret: dentes serpétis sereret: draconé p uigilem componeret. Diod. tamen hos tauros sæuissimos homines fuisse ex Thaurica accitos tradit. ❡ Insolito uomere: nũ q̃ enim ararant: quoniã Marti erant sacri. ❡ Aere pedes: non ungula: sed ære cõstabant pedes. nares quoq; ære & fauilla oblitæ nõ consumerentur. ❡ Semina: Serpentis Cadmei dẽtes: unde armati mortales nati seipsos confecerunt. ❡ Deuota fatalia: & ad suã necem acta. ❡ Lumina custodis succumbere nescia somnos is erat draco peruigil, qui uellus aureum custodiebat. ❡ Aliqua arte: carmine: aut magico poculo.

ANTO. Colchi

Certamia Iasoni proposita

Tauri custodes

Omne tenet, ponti qua plaga læua iacet,
Excipis hospitio iuuenes Oeta pelasgos,
Et premitis pictos corpora graia toros.
Tunc ego te uidi, tunc cœpi scire quis esses,
Illa fuit mentis prima ruina meæ,
Vt uidi, & perii, nec notis ignibus arsi,
Ardet ut ad magnos pinea teda deos.
Et formosus eras, & me mea fata trahebant,
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
Perfide sensisti, quis enim bene cælat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo,
Dixerat interea tibi rex, ut dura ferorum
Insolito premeres uomere cola boum.
Martis erant tauri plusquam per cornua, sæui,
Quorum terribilis spiritus ignis erat.
Aere pedes solidi, prætentaq; naribus æra,
Nigra per afflatus hæc quoq; facta suos.
Semina præterea populos genitura iuberis
Spargere, deuota lata per arua manu.
Qui peterent natis secum tua corpora telis,
Illa erat agricolæ messis iniqua suo.
Lumina custodis succumbere nescia somno,
Vltimus est aliqua decipere arte labor.
Dixerat Aeetes, mesti consurgitis omnes,
Mensaq; purpureos deserit alta toros.

❡OMNE ponti. i. omné partem ponti. ❡ Qua. s. parte. ❡ Plaga: regio. ❡ Læua: sinistra. ❡ Iacet: posita est. ❡ Pelasgos. i. uos Argonautas græcos. ❡ Premitis pi. toros. i. discumbitis in toris ornatis pictis tapetibus. ❡ Prima ruina: primum nocumẽtum. Virg. li. iiii. Aenei. Illa dies nocuit &c. ❡ Vt uidi, ut perii. i. uno, eodemq; tempore te uidi: & amore tui capta sum. ❡ Ignibus. i. amoribus. ❡ Nec notis. i. maximis nõ usitatis. ❡ Ardet: cõparatio. i. sicut teda accensa ad sacrificia deorũ crematur. ❡ Et formosus: enumerat in Iasone multa, quæ eam trahebant ad amorem: & in primis formositatem. ❡ Et me mea fata: hoc dicit ex parte sua: quod & mala fata sua trahebant eam. ❡ Abstulerant .i. furati fuerant: multũ enim ualet nutus occulorum ad prouocandum amorem. ❡ Sensisti: aduertisti: cognouisti. i. quod ego erã capta. ❡ Quis. n. q. d. nullus. ❡ Eminent. i. apparet. ❡ Suo indicio: ut alibi. ❡ Quoq; magis tegitur: tanto magis æstuat ignis, Nam flamma indicio se detegit: & ita amor qui flammæ comparatur. ❡ Dixerat: ostensura Medea quam magna, multaq; fuerit sua erga Iasonem beneficia, commemorat singula pericula: quę Iason fuerat subiturus: a qbus cum eum liberauerit: arguit eũ ingratissimũ esse, si eã deseruerit. ❡ Rex Oetes pater meus. ❡ Insolito: insueto, erãt eni indomiti tauri. ❡ Martis: Marti consecrati, ut i Epi. Hipsi. Ille sacros Martis sub iuga pãda boues. ❡ Plus q̃ p cornua. i. q etiã igne, quẽ narib⁹ euomebãt, erãt sæui nõ solũ p cornua, sicut alii tauri. ❡ Spiritus. i. flatus. ❡ Erat ignis terribilis: nã p flatu emittebãt ignẽ terribilẽ. ❡ Aere pedes: distinguendum est: ut sint duæ dictiones. ❡ Pedes. scilicet erant. ❡ Solidi: duri, & fortes. ❡ Aere: per æs, quo erant muniti. ❡ Prætenta: opposita. ❡ Naribus: ori. ❡ Hæc. s. era. ❡ Facta nigra: idest fumosa, & calliginosa per suos. ❡ Afflatus: quia flatus igneus solet facere nigra, quę tangit. ❡ Semina: dentes serpentis. ❡ Populos: idest homines. ❡ Deuota manu. i. quæ se huic fato deuoueret, & dedicaret: sicut dicimus Decios deuotos. ❡ Qui. i. homines nati ex dentibus serpentis. ❡ Peterent: ferirent: inuaderent. ❡ Telis natis secũ: ut supra Hipsiphyle. Et subito natos arma tulisse uiros. ❡ Illa messis: translatio est. ❡ Iniqua: ingrata, & iniusta. ❡ Suo agricolæ: cui propter laborem deberet fructũ, nõ damnũ reddere. ❡ Vltimus: uel maximus: uel certe extremus. Nam non huius peruigilis draconis dentes: sed alios erat seminaturus. ❡ Nescia succumbere somno. i. quæ a somno non poterant uinci. ❡ Aeetes: nominatiuus est græcus: nam latine dicitur Aeeta. ❡ Dixerat: supradicta esse tibi faciẽda. ❡ Omnes. i. uos Argonautæ. ❡ Consurgis ex toro, ubi discumbebatis: ut supra. Et præmittis pictos corpora graia toros. ❡ Mensa deserit toros: quia remota est: ut postquam exempta fames epulis: mensæq; remotę.

HVBER.

❡QVA Plaga ponti iacet: læua, idest sinistra, tenus Scythia niuosa. Scitote iuuenes, q Aeeta trisyllabũ est, nec legatur Aeta pro Oeta. Vt uidi, ut perii. Virgilianum Hemistichion in Buc. cuius sensus est, ut uidi, idest statim, postquam te uidi, ut, idest qualiter cum admiratione: quasi dicat dii boni, qualiter perii. Ad deos, idest ante deos in sacrificiis deorum. Et formosus eras, & me mea fata trahebant. Bene utrunq; commemorat. Nam alterum nõ uidetur satis fuisse, ut sic periret. Nõ omnia enim formosa continuo amamus. Quia tamen formosus erat, erat amabilis, & quia fata trahebant eam (Nam fatale putat, q per amorem in tanta mala incideret) amabat misere. ❡ Quis enim bene cælat amorem? quasi dicat nemo, & est prouerbiale. Dixerat interea tibi rex, quasi dicat pater meus, qui præscripsit tibi, quo pacto uellus aureum acquirendum esset, quia non nisi domitis prius tauris Marti sacris ignem naribus præ ferocitate efflantibus, qui pedes æreos habebant, his autem domitis erat solum sulcandum, & in sulcis serendi dentes serpentini, serpentis inquam a Cadmo interfecti, e quibus nascerentur statim armati homines, quos etiam interimere oporteret. & illis interemptis peruigilem draconem necare, quæ omnia cum suis opibus nequiret Iason efficere, confugit ad Medeam, cuius ope, & arte fretus uictor euasit, sed tamen, quam ille prius dederat fidem, nunc non seruat. unde perfidiæ damnat, atq; incusat. Plus q̃ per cornua. ❡ Nam cæteri tauri cornibus tantum feroces sunt. hi autem etiam naribus, & pedibus. ❡ Nam spiritus, idest flatus eorum erat igneus. Nam æripedes solidi supple erant, hoc est pedes erant ex solido ære. & habebãt anteriorem partem narium æream, aut saltem æratam, hoc est æra munitam, quod tamen ex flamma euomita nigrum erat. Manu deuota, idest morti addicta per arma dura, & ita difficilia sulcatu. ❡ Telis natis secum, idest cum primum ipsi nati essent. Suo agricolæ, idest cultori, qui dentes seminauerit, erat pro fóret. Dixerat Aeetas. utroq; igitur modo legitur, & Aeetas, & Oeta, Nam prius dixit Aeeta pelasgos.

Aetes quo pacto latine flectat

ASCEN.

ANTO. Chalciope Dianæ templum

REGNVM do. Corinthū significatiquam ꝑ dote Iason erat accepturus. Acta est p lachrymas: tota nocte, quā longa fuit lachrymasse Balbus scr. fassa cū sorore Chalciope calamitatē suā. Ante ocu. ecce timoris, & lachrymatū cām comme morationē piculorū imminentiū dolebat. Segetes: armati hoīes: qui ex satis dētibus fato debebāt exoriri. Soror: Chalciopē intelligit: q̄ ex Phrixo, iiii. filios pepererat. Argō, Cithorū: Melam, & Phrotin, Orpheus scri. Chalciopē nūciasse Argonautis per Argū filiū Medeā Iasonē amare: illāq; ad nauē duxisse: cū quo Apollonius congruit. Balbus cōciliationē hanc Veneri tribuit, a Pallade, & Iunone impulsam. Aduersa in ora: accubuerat more dolētiū, q in faciem iacere cōsueuerant. Petat Chalciope: qm̄ Phrixo nupserat, pro Argonautis rogabat. Altera: Medeę salus ex Argonautarum salute pendebat. Damus: opem ferimus. Est ne. locum scribit, in quo templum Dianę fuisse scri. Orpheus ante Martis ædē: alterū fuit in Taurica: qd Hecate cōstituit: de quo intelligere Apolloniū existimo. Vix. il. i. subdidit, ut qd atrū dixerat, interpraret. Dea au. simulachrū Dianæ illic ex auro factum uisebat. Nescio an exci. me loca: hæc dubitatio pathos excitat, ut scrib. Fabi. Illuc: ad tēplū Dianę. Ius ti. et ar. cū petituri aliqd sumus: id facili⁹ ipetrabim⁹: si iustū: si facile prius ostēderimus: demū nos nō fore igratos, si id cōseqmur. Ius tibi, & arbi. arguit a facili. Gloria maior: unde orit gloria æquū ē, ut sit iustius seruare: q̄ pdere. Per mala nostra ꝑcor: petitionē honestiorē faciunt preces.

Quam tibi tunc longe regnum dotale Creusæ,
Et socer, & magni nata Creontis erat.
Tristis abis oculis abeuntem prosequor udis,
Et dixit tenui murmure lingua, uale.
Vt positum thalamo tetigit male saucia lectum,
Acta est per lachrymas nox mihi, quanta fuit
Ante oculos tauriq; meos, segetesq; nefandæ,
Ante meos oculos peruigil anguis erat.
Hinc amor, hic timor ē ipm timor auget amorē,
Mane erat, & thalamo chara recepta soror.
Disiectamq; comas, aduersaq; in ora iacentem
Inuenit, & lachrymis omnia plena meis.
Orat opem Minyis, petit altera, & altera habebit,
Aesonio iuueni, quod rogat illa, damus.
Est nemeus & piceis, & frondibus ilicis atrum,
Vix illuc radiis solis adire licet.
Sunt in eo (fuerant certe) delubra Dianæ,
Aurea barbarica stat dea facta manu.
Nescio, an exciderit mecū loca: uenimus ambo,
Orsus es infido sic prior ore loqui.
Ius tibi, & arbitrium nostræ fortuna salutis,
Tradidit, inq; tua est utraq;, morsq; manu,
Perdere posse sat est, siquem iuuat ista potestas,
Sed tibi seruatus gloria maior ero.
Per mala nostra ꝑcor, quorū potes esse leuamen:
Per genus, & numen cuncta uidentis aui.

HVBER. Minyi

QVAM ti. hoc dicit: tūc nō cogitabas de uxore, q̄ daret tibi magnā dotem: sed de salute. Dotale, qd dicis esse datū tibi in dotē. Quā. i. q̄tū. Erat lō. i. remotū ab aio, & cogitatōe tua. Socer Creon. Et na. Cre. Creusa: q̄ erat lōge. Tristis: mœstus. Prosequor oc. prospicio. Vdis. i. lachrymātibus. Lingua. i. mea. Male sa. i. amore percussa. Vir. iiii. Aenei. At regina graui iādudū saucia cura. Male: in pnicie meā. Vt postquā. Acta. i. pterita. Quāta fu. i. tāta, q̄ta fuit. i. tota. Añ ocu. s. meos: qa te amabā, tm̄ ubi timebā: qd tota nocte uidebar uidere pericula tua. Hinc: ab una pte. Timor. s. pris. Ipsum ti. i. quāto magis timebā: tāto magis amabā. Mane erat. i. facta erat mane. Soror. s. mea Chalciope. Disiectam comas. i. mehñtē comas incōptas: & sparsas. Iacēt. in ora aduersa. i. cubantē in faciē, qd faciūt, q nō pñt dormire. Iuue. Cubāt in faciē mox deinde supinus. Oia plena lachry. i. inuenit totū lectū humectatū meis lachrymis. Orat. s. soror mea. Minyis Argonautis: nobis thessalicis. Nā ex Orchomeno, qd prius Minyeū uocabat: colonos quosdā ad Iolchū deductos constat: ut Str. scri. unā Argonautæ Minyi dicti sunt. Nā Iason ex Iolcho fuit. Altera petit. s. soror mea. Altera habebat: sic. n. qdā codices habēt. & tūc intelligimus, altera habebat, s. ego Medea: si habebit intelligimus Creusam. i. altera petit, altera capiet frustrū. Aesonio iu. i. Iasoni. Quod pe. s. opem. Est ne: describit locū, in quo Iason locutus est cum Medea: & eam rogauit in auxiliū suum. Atrum: obscurū. Piceis: picea species arboris. Virg. Procumbunt piceæ: interdū piceus adiectiuum est. Pix uero dicitur ipse liquor: qui ex ipsa arbore manat. Frondibus ilicis. i. ilicibus frondosis. Vix illuc: dicit ex densitate uix posse illum locum illustrari a sole. Illuc: in illud nemus. Delubra: templa. Certe fuerāt: quasi correctio: qa dixit sunt. Dicit nescio, an nūc sint: certe fuerant. Dea: idest simulachrum deæ Dianæ. Nescio an exciderint: cauendū est, ne legatur, nescis: quia neq; ratio metri: neq; sensus patit: sed nescio: & est sensus: nescio, an ita oblitus sis locorum, sicut mei. nescio an loca exciderint. i. ex memoria lapsa sint. Mecum: sicut ego excidi tibi. Orsus es: idest incepisti: ab ordior. Infido ore: infidis uerbis. Ius tibi: uerba, quibus Iason ad Medeam usus est: eam sibi concilians. Ius: potestatem: arbitrium: authoritatem. Salutis: uitæ. Manu: idest potestate. Perdere posse sat est: sententia rhetorica: sensus est: siquis delectat potestate: satis ei debet esse, quod possit nocere: non autem debet nocere. Si ipsa potestas. i. posse. Iuuat: delectat. Quē. i. aliquem. Est sat: sufficit. Posse perdere: posse interficere. Iuue. Et qui nolunt occidere quemquam: posse uolunt. sed subaudi: licet possis me perdere. Seruatus. i. ego tuo auxilio liberatus. Ero maior gloria: quam si passa fueris me mori. Per mala: adiurat Iason multis precibus: ut sui misereatur: & sibi opem præstet. Leuamen: auxilium. Per genus. i. tuum. Aui. s. Phœbi, uel Solis: Nam Aeetes filius fuit solis: qui uidet omnia.

Picea a quo pix

Sñia quædam pulcherrima

Aeetes

ASCEN.

QVAM tibi &c. docet opes suas nō minus utiliter fuisse Iasoni, q̄ nunc regnū Creusæ, cum malus sit beneficiū uitā conseruare, q̄ regnum cōferre, cum secula uita inutile sit regnū, & tamen spreta ea, a qua uitam cōseruatam habet, duxit eā, a qua regnū obtineat. Magni Creontis, idest quem nunc tanti facis. Et lingua dixit, tenui murmure. subaudi est, ut fit concomitāte tenui murmure, quia nō congrueret puellæ audacter uale dixisse homini peregrino. Nec leges dixi, sed dixit, quia lingua nominatiui est casus, ut decet metrum. Nox mihi quanta. i. tāta est acta mihi. i. a me quanta fuit. sic. iiii. Aenei. Nunc hymen inter se luxu, q̄ longa fuere. Segetesq; nefan. s. armentorum, ut Aenei. iii. Telorū seges, ac iaculis increuit acutis. Ipsum timor auget amorem, qa amor oritur solicitudine, & curis. Chara soror. s. Chalciope. Inuenit disiectam comas: idest habentem comas disiectas, & iacentem in ora aduersa, more: scilicet impatienter amantium, & amore lāguentium. Orat opem Minyis: idest thessalis. Nam Minyæ Thessaliæ sunt populi Iasonis in ea profectione comites, ut attestatur Orpheus in Argonauticis. Vnde Metamor. septimo. Iamq; fretum Minyæ pagasea puppe secabant, hoc est Argo a Pagale urbe Magnesiæ. Petit altera, & altera habebit: meo iudicio, sensus est. ipsa petit altera: idest alteras res: quia opem petit, & habebit altera: idest alteras res: quia amissionem fratris, & sororis: scilicet Medeæ. Est nemus & piceis. Piceæ arbores a pice, quæ ex eis distilat, dicuntur. ilices sunt glandiferæ de genere quercuum. Sunt in eo, corrigit per parenthesim dicens, fuerant certe: quasi dicat nescio, an adhuc sint nec legendum est, & fuerant, nec sunt, & in eo fuerant. Si quem iuuat ipsa potestas. immo multos posse iuuat, quamuis nocere nolunt.

Triplices

TRIPLICES uultus: Dianã sigñat, quę tria habet ora. Vñ in Fastis est. Ora uides Hecates in treis uergẽtia p rtes. ¶ Arcana: mystica: & occulta. nã ut Orpheus scri. Ad aureũ uellus nõ erat accessus, nisi prius Dianæ sacrificaret, sacra sola Medea nouerat. & puellæ colchicæ in magoo silẽtio tenebant. ¶ Aliquos deos: Scythæ Vestam: Tellurem: Iouem: Apollinem: & Venerem colunt, Vestam Thabum appellant: Iouem Papeum: Tellurem Apiẽ: Apollinẽ Ethosirum: Albani uero solem, & lunam colunt. ¶ Quod si for. ut. sponsio hæc per taciturnitatẽ annũciandam esse: quã græci ἀποσιώπησιν appellant. ¶ Virum nõ dedignare pelasgum: cũ sequi debuisset: te sororem caperẽ: correptione elocutionem interrupit, ut uehementius puellam excitaret. ¶ Faciles deos, & me, qui faciles sunt & mihi faueant. ¶ Spiritus an. me. firmat sponsionẽ iure iurando: moriar, inqt, prius, quã t. bi aliquam ad meũ cõiugium præponã. ¶ Præfecta: Iuno pronuba, ut diximus, nouis nuptiis adhibet. ¶ Et quota pars: non modo hæc: sed multo minora simplicem ad amandum puellam concitassent. ¶ Iungis æripedes: meis carminibus coacti tauri a te ad aratrũ iungũtur. ¶ Scindis aras. ¶ Solidã: durã utputa, quę diu mãserat inarata. ¶ Iusso. ut Oetas iusserat. ¶ Venenatis: q uenenosi serpentes fuerãt. ¶ Sedi pallida: extimui anxia de salute tua. ¶ Facinus mi. exclamatio ẽ. ¶ Peruigil ec. dra. auget picula: ut sua officia maiora uideantur. ¶ Squamis cre. hor. Sibilat, & torto pectore uertit. horrens cu ius in te squamę crepitabant. ¶ Dotis opes: dos opulẽta tibi nõ quærebat: in odiũ Creusam ducit: cuius cã repulsam patiebat.

> Per triplices uultus, arcan aq; sacra Dianæ,
> Et si forte aliquos gens habet ista deos,
> O uirgo miserere mei, miserere meorum,
> Effice me meritis tempus in omne tuum.
> Quod si forte uirum non dedignare pelasgum,
> (Sed mihi tam faciles unde deosq; meos)
> Spiritus ante meus tenueis uanescat in auras,
> Quam thalamo, nisi tu, nupta sit ulla meo,
> Conscia sit Iuno sacris præfecta maritis,
> Et dea, marmorea cuius in æde sumus.
> Hæc animum, & quota pars horũ mouere puellæ
> Simplicis, & dextræ dextera iuncta meæ.
> Vidi etiã lachrymas, an & est pars fraudis in illis?
> Sic cito sum uerbis capta puella tuis.
> Iungis & æripides inadusto corpore tauros,
> Et solidam iusso uomere findis humum.
> Arua uenenatis pro semine dentibus imples.
> Nascitur & gladios, scutaq; miles habens.
> Ipsa ego, quæ dederam medicamina, pallida sedi,
> Cum uidi subitos arma tenere uiros.
> Donec terrigine (facinus miserabile) fratres
> In se constrictas conseruere manus.
> Peruigil ecce draco squamis crepitãtibus horens
> Sibilat, & torto pectore uertit humum,
> Dotis opes ubi erant? ubi erat tunc regia coniux?

ANTO. Scythæ & Albani quos deos colant

TRIPLICES uul. Vir. in. iiii. Tria uirginis ora Dianę: triplici aũt uultu depingebat: qa ipsa est luna in cœlo Diana in terris & i syluis: Proserpina apud inferos. ¶ Arcana: Mystica, q̃ nocte celebrabantur. ¶ Et si forte. i. per istos deos uestræ gentis. ¶ Si forte. aliquos habet. ¶ Meorũ sociorũ: qui mecum sunt. ¶ Effice me tuũ. fac me tibi deditũ, & obligatũ. ¶ Meritis. bene factis tuis. ¶ Quod si forte. pollicet ẽt ei Iason se perpetuo habiturum eam legitimã uxorem. ¶ Non dedignare: non spernis, & fastidis. ¶ Virum: maritũ. ¶ Sed mihi: sunt q corrũpant hũc uersum nõ intelligentes: est aũt legendus sic. Sed mihi tã faciles unde meosq; deos? cauendum aũt ne dicamus deosq; meos: est aũt sensus. Sed uñ deos tam faciles: subaudi: sperẽ, uel habeã? & uñ habeam deos tã meos. i. tam obsequẽtes mihi: ita. n. solemus loqui: spero te mihi facilẽ, & meũ: & est uersus interpositus, quasi per parenthesim. ¶ Spiritus. i. uita. ¶ Ante uane. i. abibit. In auras. i. ante moriar. ¶ Quam ulla sit mea nisi tu. ¶ Conscia: cõfirmat promissionẽ suam per iuramentũ adducens Iunonẽ testem. ¶ Sic conscia. i. testis. i. huius meæ pmissionis. ¶ Præfecta. i. ppo sita. quia ipsa pẽst nubentibus, sic supra Phyllis: Iunonẽq; toris: quæ præsidet alma maritis. ¶ Dea: Diana. ¶ In æde: in tẽplo: nã in singulari tẽplum sigñat: in plurali domũ. ¶ Hæc aium dicit: ex minima parte promissionũ, quas fecit Iason, se potuisse moueri: & ipelli ad id, qđ petebat. ¶ Hæc. i. quæ a te sunt dicta. ¶ Et quota pars. i. minima pars. ¶ Possunt mouisse. i. flexisse: codices tñ ue ustiores habent mouere: quod quidem accipiendũ est præteriti tpis sic. hæc mouere. i mouerunt aium puellæ simplicis, & quota pars. pñt. s. mouere, nam si infinitiuus sit: primã corripit. ¶ Simplicis: credulæ: ut supra simplicitas digna fauore fuit. ¶ Iuncta. i. in pignus fidei. ¶ Pars fraudis in illis. i. an & ipsæ sciunt fallere. sic Phyllis supra. Credidimus lachrymis an & hæ simulare docent? Hæc quoq; habẽt artes: quaq; iubent eunt. ¶ Capta. decepta. ¶ Sic. i. cũ iurasses per Iunonem, & Dianã: & iunxisses dextrã dextræ meæ, & addidisses lachrymas. ¶ Iungis: dicit queadmodum implorato auxilio & impetrato: ipse Iason incepit facere: quæ supra memorauit ei fuisse faciẽda. cũ dixit: dixerat interea tibi rex &c. ¶ Inadusto. uel ualde usto, uel non usto: qa licet semp efflarent ignẽ, nunq̃ tamen eo igne urebant. ¶ Solidã: durã. ¶ Pro semine. i. loco seminis, ita enim sparsit Iason dentes serpẽtis: sicut spargit semen. ¶ Gladios. i. enses. ¶ Ipsa ego habet emphasim: uult aũt intelligere, quanto magis tu: & reliqui debuistis timere. ¶ Pallida: timida: consequens pro antecedenti. Lucanus Ipsaq; inexptis qđ primũ fecerat herbis, Expauit Medea nefas. ¶ Subitos. i. subito natos. ¶ Terrigenę. i. geniti ex terra. ¶ Facinus. i. factũ. ¶ Cõseruere: cõmouere. ¶ Cõstrictas. i. strictis hoc est nudis ensibus armatas. Ecce: magnũ, & improuisum aliqd sigñat. ¶ Crepitãt. bus: resonãtibus. ¶ Horrens: asper: sunt. n. serpẽtes squamiferi. Vir. ter collo squamea circũ Terga dati. ¶ Sibilat pprie dixit de serpẽte. Virg. Sibila lãbebãt linguis uibrãtibus ora. ¶ Torto: obliquo, sinuoso. ¶ Dotis opes: Medea ita amplificat bñficium suũ: ut doti id anteponat. ¶ Vbi erant, quasi dicat nõ quærebas tunc dotem: cum solum de salute tibi cogitandum putares. ¶ Regia. i. regio sanguine creata, ut nunc iactas esse istam tuam.

HVBER. Edes in singulari qd significet & quid in plñ Sibilare cui pprie conueniat

PER triplices uultus. Aenei. iiii. Tria uirginis ora Dianæ. Seruius dixit eandem esse, q̃ luna in cœlo, Diana in syluis, & Proserpina apud inferos dr, unde tris uultus habere pdicatur pp triplicem ptãtem, quæ numinibus fere concedit, & significat in Ioue per fulmẽ trisulcũ, in Neptuno per tridentẽ, & in Plutone per cerbereum canem tricipitẽ. aui cuncta uidentis. i. solis a nominatiuo auus. Effice me tuũ. i. tibi obnoxiũ. Sed mihi: pulcherrima reticẽtia pudoris, & amoris plena. q. d. Si auderẽ me tibi offerre maritũ, & uelis habere uirũ pelasgum, non est in terris, quem tibi pferrem, sed uñ sup. inueniam (sic Hora. sermo secundo. Vnde mihi lapidẽ) ut nãciscar, deos tam faciles. i. qui, tam cito faciant, qđ optem, & tam meos. i. mihi tam fauorabiles. q. d. maius est id bonum, q̃ ut optare audeam. Si tñ ita esset. Spiritus ante meus tenues uanescat in auras, Quam thalamo nisi tu, nupta sit ulla meo. Iuno sacris pręfecta maritis. i. pronuba. Virg. iiii. Aenei. Iunoni ante omnes, cui uincla iugalia curæ. Et quota. q. d. etiam minima. An & est pars fraudis in illis. sic Phyllis. Credidimus lachrymis, an & hæ simulare docentur? Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur eunt. Iungis & Aeripedes &c. Docet quæ bñficio suo peregerit, corpore inadusto. i. non adusto, sed illæso ab igne, quem naribus efflabant. Facinus miserabile. acclamatio πάθος hñs, quasi dicat indignum esse illos perisse, ut perfidus saluetur. Dotis opes ubi erant? quasi dicat, nisi meis tunc operibus adiutus fuisses nunq̃ ad regnum aspirasses. Somno medicato: idest per medicamentum inducto in serpentem.

ASCEN.

ANTO. ISTHMOS:de hoc diximus,non sunt cōparanda,inquit,cū meis officiis,quæ te ex tanto discrimine liberarunt. Facta nocens,quā sceleribus insimulās Iason,Medeæ facinora uituperabat. Subdux: clausi. Somno medicato:quē meis carminibus induxit. Vellera tuta dedi:rapuisse Medeā ex arbore uellus aureū,& Iasoni dedisse Orpheus scri.Caius Balbus id ab Iasone esse asserit. Regnū,patriamq; reliqui:Argonautæ rapto uellere cōfestim dederunt uela uentis.Dubitabant enī ne ab Oeta interciperent:secūq; Medeam abegerūt. Munus in exilio:exiliū tuli pro munere. Facta est præda:

Vbi primū Medea a Iasone corrupta

corrupta a latrone.Orpheus in Phæacia insula primum Medeæ uirginitatē ab Iasone delibatam scribit cum Eranō,Carādeon.& solimon Oetæ legati apud Alcinoum Argonautas conuenirent,peterentq;,ut Medeā redderēt:Iason monitus ab Arete Alcinoi uxore Medeā desponsit. At te nō fugiens:Absyrtū secum detulisse Medeam scribunt. Alii uero insequentē intercepisse:laniasseq;. Deficit:quoniā facinus hoc narrare nō ausim. Quid,n.post illa timerē:arguit a maiori:si ausa sum,inqt fratrem laniare,multo audacius nauigabo. Credulitatis,nō crudelitatis legendū. Symplegades:duo sunt scopuli in Bosphoro:qui crediti sunt aliquando concurrere: oēs naues comprimere cōsueuerunt:adeo quod nec columbæ:ut scribit Homerus:licet Ioui ministrent ambrosiam,impune uolitarint.Argo tamen illas illæsus superauit Iunonis beneficio,quæ Iasoni fauebat.

Symplegades qui

Scylla & charybdis

Scylla rapax,Scylla,& Carybdis p cula maris sunt, inter Italiam,& Siciliam.Scyllam Home.in Odyssea describit fuisse olim traditur Phorci filia ex Creteide a Glauco amata.Carybdis uero uetula rapacissima tradit:quæ cum boues Herc.surripuisset:ab illo in mare proiecta uoracitatē exercet. Argonautæ: ut scri. Orpheus:in Tyrrhenū mare appellentes,hęc mōstra superant.

HVBER. ISTHMOS:subduxi:ubi erat.i.Corinthus:q̄ est i Isthmo dixi in Epistola Herm.super eū locū.Qua duo porrectus lōge freta distinet Isthmos & in Epistola Phædræ.super eū locum Aequora bina suis oppugnant fluctibus Isthmos. Distinet: diuidit. Gemini ut supra,hic Ephyrenbim arē. Illa ego dicit se fuisse,quæ ei tot,& tāta pericula ademerit. Nunc deniq;: nam tunc nō tibi uidebar barbara:nec spernenda cū a me opē experteres. Nunc ti.sum.pau.subaudi ego illa. Quæ nūc tibi.i.iudicio tuo. Sum ui.i.putata. Nocēs scelerata:uenefica. Subduxi.i.remoui. Flāmea:ignea:habent.n.serpētes oculos lucentes in modū ignis.Oui.in iii.Meta.de serpente,quē Cadmus interfecit,Igne m cant oculi. Medicato.i.medicamine quodā uicto. Quæ raperes.i.quæ rapere posses. Tuta.i.tu tutus,& sine periculo salutis tuæ. Proditus:deceptus. Munus:quod libet ita quidam legunt:ut sic ego tuli esse quodlibet munus in exilio:placet ante magis,ut legat quod licet, & tūc erit sensus magis exprobrans ingratitudinē Iasonis,sic ego pro supradictis habui hanc remunerationem: quod licet mihi esse in exilio. Tuli.idest accepi. Virginitas:mea. Præda:rapina. Latronis:prædonis.s.tui Iasonis:quia non ut maritus tegessisti:sed ut prædo. Soror.scilicet mea Chalciope. Cum matre:scilicet Idya:ita enim teste Hesiodo,uocata est mater Medeæ:licet quidam dicant filiam fuisse Aeetæ,& Hypseæ:& Diod.dicat fuisse filiā Aeetæ ex Hecate. At nō te: fratrem Absyrtum a se interfectū dolet:dicit ergo. O ger.Absyrte. Ego fu.de patria. Non rel.te sine me.nā Medea eum secum duxit:& cum pater eam insequeretur,dilacerato fratre:& mēbris in uariis locis sparsis,ut alibi diximus:patrē remorata est: Littera:epistola. Vno:idest solo. Deficit:non habet animū:quia ex omnibus,quæ pro te feci, hoc unum est, quod nō audeo scribere. Sic:sicut frater:dilaceratus est a me. Sed tecum:quia etiam tu meruisti. Quid enim timerē post illa:nam qui maiora ausus est:non timet minora,dicit igitur. Ego fœmina:& iam no.duo ponit,quæ nauigationem timere solent:fœmineus sexus timidus esse consueuit:fœmina quasi dicat:naturaliter timida. Iam no.,qui iam ad miserā scelus fraternæ cædis:ex mala enim cōscientia solent magis timeri pericula.Iuuena.Hi sunt,q trepidant,& ad omnia fulgura pallent. Non exti.credere.non uerita sum cōmittere me pelago:quid enim,parenthesis est. Numē:scilicet Dianæ læsæ.Dii scilicet omnes,per quos tu periurasti. Vbi:scilicet sunt,qui nos puniant internauigandum. Subeams scilicet ambo,hoc est ego & tu.est autē prolepsis.tu:scilicet subeas pœnas frau.quia me decepisti. Et ego pœnas credulitat s.i. ego puniar quia tibi nimium facile credidi:cauendum ne legatur crudelitatis:nam ratio metri nullo pacto exigit,de enim syllaba secunda eius dictionis longa naturaliter est,quam non liceret breuiari. Symplegades:dicit quod uellet se fuisse comprehensam,& elisam inter symplegades:sunt autem symplegades scopuli duo in Bosphoro thracio:quos aliquando concurrisse poetæ finxerunt:fortasse propter opinionem,quā metus nauigantium fecit:nam cum loca ita sint angusta:ut sinus,non transitus procul uisentibus uideant:ob metum arbitrati sunt seiungi scopulos:qui antea iuncti uidebantur:cre diderunt:q; coeuntibus inter se saxis:quæ disiuncta interdum uidebantur,solida absumi,intercipiq; nauigia dicūtur autē a συμπλήττω:idest concutio:dicuntur etiam græcis συνδρομάδες:idest concurrentes:inde & Iuue.& concurrentia saxa, cyneæ,dicuntur & cyaneæ:idest nigræ.nam κυανὸν nigrum significat:inter hæc saxa Iason eundo in Colchos:et redeundo cum magno discrimine transisse dicitur.Lucanus libro secundo.Vt pagasea ratis peteret cum Phasidos undas, Cyneas tellus emisit in æquora cautes Rapta puppe minor subducta est montibus Argo.Vnaq; percussit pontū symplegas inanem.Et statura redit,dicit igitur Medea utinam fuissemus compressi,& iterfecti inter symplegadas:cum transiuimus per eas! Elisissent:idest compressissent. Adhæreat tuis:idest utinā ambo simul fuissemus collisi,& cōfracti:ita ut ossa mea fuissent coniuncta ossibus tuis. Scilla:in mari siculo:nautæ magnis pelagi desidentis uorticibus territi undas, ut Iustinus scribit,latrare putauerunt:quas sorbentis æstus uorago collid t.Hinc fabulę Scyllam,& Charybdim peperere. Hinc latratus aditur,hinc monstri credita simulachra.hanc autem Scyllam Phorci & Cretheidos nymphę filiam ferunt: quam cum amaret Glaucus,deus marinus:cuius amore nece tenebatur,quomodo ipse eā sperneret:illa irata fontē:quo Scylla se aduerte

Medeę matris nomen

Symplegades

Cyāno qd

Scyllæ quo

Quiq; maris gemini detinet Isthmos aquas?
Illa ego,q̄ tibi sum nunc deniq; barbara facta,
Nunc tibi sum pauper,nunc tibi uisa nocens,
Flammea subduxi medicato lumina somno,
Et tibi,quæ raperes,uellera tuta dedi.
Proditus est genitor,regnum, patriamq; reliqui,
Munus in exilio,quodlibet esse tuli.
Virginitas facta est peregrini præda latronis,
Optima cum chara matre relicta soror.
At non te fugiens sine me germane reliqui!
Deficit hoc uno littera nostra loco.
Q̄d facere ausa mea est,nō audet scriberē dextra:
Sic ego,sed tecum,dilaceranda fui.
Nec tamen eximui(quid enī post illa timerem!)
Credere me pelago fœmina iamq; nocens.
Numen ubi est?ubi di?meritas subeamus in alto,
Tu fraudis pœnas,credulitatis ego.
Compressos utinam symplegades elisissent,
Nostraq; adhærerent ossibus ossa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos,
Debuit ingratis Scylla nocere uiris.
Quæq; uomit totidē fluctus,totidemq; resorbet,
Nos quoq; trinacriæ supposuisset aquæ,
Sospes ad hæmonias,uictorq; reuerteris urbes,
Ponitur ad patrios aurea lana deos.

se a biuere solebat:uenenis qbusdā infecit:in quē cū illa descēdisset,pube tenus i feras,hoc est marinos canes mutata fertur quę transeuntibus nauibus piculosissima esse fertur:de q̄ nunc intelligit. Altera fuit filia Nisi Megariēsiū regis,q̄ Minoe patriā suā Megarā obsidēte,eius amore capta ē:cunq; Nisus eius pr̄ purpureā comā ita cōsecratam hr̄et:ut quoad illam intactā teneret:pr̄ia potiret:neq; ab ullo ei iperiū auferri posset,Scylla ut hosti,quē amabat,placeret: comā patris clā abscidit: & patrē,patriāq; ei pdidit:q̄ postea cū ab eo p̄ter ipē sperneret,dolore i auē cōuersa est,pr̄ quoq;,Nisus deorū miseratione in auis formā & ipse mutatus .ē. Hę uolucres ppetuas inter se gerunt inimicitias:ut ōndit. Virg.in Geor. Aduertendū est tñ,qd hęc Scylla Nisi interdū p mōstro maris a poetis ponit:ut a Virg.in Buc. Quid loquar aut Scyllā Nisi &c.itē ab Oui. in lib.de re remedio. Prętérita cautus Niseide nauita gaudet. Ait ergo. Aut scyl.ra.uorax,q̄ naues i se rapit. Canibus pp fabulā,ut diximus,sic Virg.in buc. Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis. Debuit: qa & ipsa aliqñ inter amantes fuit. Charybdis:ut Seruius scri.mulier fuit uoracissima:q̄ qa Herculi boues rapuit,a Ioue fulminata est:& in mare pcipitata:ut naturā pristinā seruat:nā sorbet uniuersa:& s̄m Salustiū ea circūlittus Taurometanū egerit de his duobus periculis Virg.in Aene. Dextrū Scylla latus:læuū implacata Charybdis Obsidet. Supposuisset:submersisset. Nos quoq;:sicut & alia omnia. Trinacriæ.i.Siciliæ:nā,ut diximus, Sicilia est:q̄ Trynacria dr̄. Sospes:incolumis,& uictor: compos uoti,quia potitus es aureo uellere. Hæmonias:thessalicas. Ad de.p.i.thessalicos:tanq̄ monumentum uictoriæ. Charybdis fabula

DEFICIT hoc uno.q.d.id pŕ tibere nequea:qđ fratrem saltem discerpserim.sic sexto Aenei. Ter patriæ cecidere manus &c. Cecidere me pelago.id Iuue. Satyra.vi.late docet fœminas uidelicet amatores,ac Mœchas sequentes nihil uereri maris tēpestatē. Symplegades elisissent:spondaicus uersus pōdus i sensū hn̄s. Nā i grauiori exitio optamus minus. Debui in Scylla no.ui.qa & Glaucus illi ingratus fuerat. Quæq; uo. Charybdis.s.utraq; añt est i mari siculo. Sospes ad Hemonias. Reuersum in patriam,Iasonē uidelicet Thessaliā(quam non recte tunc uocasset Thessaliā,nondum enim sic dicta erat,sed postmodū a Thessalo cōi Iasoni,ac Medeæ filio)& probat Medea propter ingratitudinē eius,uocat ergo Hemonias urbes Thessalicas,ab Hæmone enim rege dicta est Thessalia,prius Hæmonia. Aurea lana,aureum uellus. ASCEN.

Quid referam Peliæ natas pietate nocentes?
Cæsaq; uirginea membra paterna manu?
Vt culpent alii,tibi me laudare necesse est,
Pro quo sum toties esse coacta nocens.
Ausus es(o iusto desunt sua uerba dolori)
Ausus es æsonia dicere cæde domo.
Iussa domo cessi natis comitata duobus,
Et qui me sequitur semper amore tui.
At subito nostras ut hymen cantatus ad aures
Venit,& accenso lampades igne micant.
Tibiaq; effudit socialia carmina nobis,
At mihi funesta flebiliora tuba,
Pertimui,nec adhuc tantum scelus esse putabam,
Sed tamen in toto pectore frigus erat.
Turba ruūt & hymē clamāt,Hymēæa frequētāt,

QVAE q; uomit fluctus totidē:Charybdim itelligit:q̄ quatuor,& uiginti horis bis aquā sorbet:& eiicit. Ad Hæm.ur. Iolcon itelligit urbē Thessaliæ,ubi erat Peliæ regia:patrē Aesonē:matrē Alcimedē:& fratrē Promachū trucidatū Pelię iussu reperit:licet alii qbus adstipulat in met. Oui.tradāt uiuū patrē conuenisse.in iuuentāq; a medea Iasone petēte fuisse restitutū. Ad pa.de. Argo Neptuno in Isthmo:ubi erat tēplum,dicauit uellus aureū,&.Iunoni. Quid re.p.na. Pelię filias treis fuisse scri. Dio. Alcestam:Amphimonē:& Euadnē:quę suadēte medea prēm trucidarūt:putabant ad iuuentā ab illa posse restitui:uiso ex ariete periculo:ut in met.diximus. Nocētes pie.putabāt ad iuuentā restitui debere. Duobus na.erāt q̄tuor medeæ ex Iasonę filii: ut dixim⁹:cū ea discesserūt Thessalus,& Thesander. Hymē cantatus:nuptiale carmen:qđ Fescenninū dr̄:q̄m primū apud Fescenninos inuētū sit:ut Pōpeius scri. Lāpades.u.faces itelligit, q̄s nuptiis accēdi Var.tra. Socialia:cōiugalia:carmen ad tibias canebat.erant tibiaq; multa gñā:sed q̄ nuptiis pcinebant,puellares dicebant. Tm̄ scelus.i.ut me repulsa aliā susciperes uxorē. ANTO. Iolchon Pelię quot filiæ fuere & qbus appellatæ nominibus puellares tibiæ

QVID referam:cōmemorat aliud suū erga Iasonē bn̄ficiū: qa in eius gratiā persuasit filiabus Peliæ:ut patrē iugularēt pollicita se reductură eum ad ætatē iuuenilē:qđ cū ille fecissent:medea mortuū eum reliquit:qa sciebat ab eo nō amari Iasonem. Nocētes pie.qa nō interfecerunt patrē:nisi pp pietatē:ut.s.ei pdessent. Pietate nimio amore erga patrē. Cæsa: incisa lacerata. Virgineo:puellari.hanc fabulā scri.ple.Oui.lib.vii.meta. Vt.i.q̄uis. Alii cul.i.dānent ea,q̄ feci. Tibi est ne.lau.me.qa tuo amore cōpulsa ea feci. Pro quo.i.cā cuius. Ausus es:ostēdit ingratitudinē Iasonis qui post tanta beneficia ipsam medeā ab se eiicere ausus est. O iusto:parenthesis est.q.d.nō possum exprimere dolorem:quem cōcepi, Ausus es.cōduplicatio est. Cæde:abi. Aesonia:pr̄is mei Aesonis. Nā,ut supra diximus,in argumēto Iason ipōtaneū diuortiū Medeæ persuadere conatus est. Iussa.s.a te. Cessi:abii.discessi. Duobus natis:quos ex te suscepit. Et amore tui:subaudi comitata. Qui.s.amor. Semper sequit me.i.qui nunq̄ me derelinquit. At subito:corrigēdus est hic textus:ut sensus,& ratio metri cōstet,nam sic legendū est. At subito nostras ut Hymē cantatus ad aures Venit &c. sensus est at postq̄ audiui carmina uestra nuptialia:uobis qdem socialia:sed mihi funebria:pertimui.pendet.n.ordo usq; ad hunc locū,est añt talis. At:pertimui. Vt.i.postq̄. Hymen cā.i.cantibus celebratus.nā ut alibi diximus,inuocabatur in nuptiis:ut uulgus Hymen Hymenæe uocāt:Hymenæe frequētant. Lampades:faces nuptiales, Micant:splendent. Tibiaq;:tibiæ adhibebant nuptiis. Tubæ uero funeribus:Persius,hinc tuba candelæ &c. Tibiaq;.s.postq̄. Effudit: emisit. Carmina socialia uobis.i.tibi,& uxori tuæ p̄bentia signū societatis.i.matrimonii. At mihi.s.effudit carmina. Flebiliora.i.tristiora. Tuba funesta.i.quæ funeribus adhiberi solet:ut supra diximus:nam erat etiā militaris tuba ad acuendos animos militū ad pugnam. Tantū scelus:ut legitime duceres illā. Frigus.i.timor. Turba ruunt:synthesis est in numero. Ruunt:properant. Hymenæe:sic legendū est in uocatiuo:non aūt Hymenæa:quia nulla ratione potest talis accusatiuus reperiri:faceret enim uel latine Hymenæum:uel græcæ Hymenæon:ut alibi diximus. HVBER. Tibiæ & tubę qbus adhibebantur

QVID referā Peliæ.q.d.ēt suasu meo cōpulsæ sunt filiæ Peliæ patrē occidere,putātes se pie cū eo acturas,hoc est ipsum ad iuuentā ętatē renouaturas.id añt suasit Medea in ultionē,qa Iasonis fratres,&,ut qdā asserunt,patrē occidi fecerat Pelias, Nocētes ergo pietate,qa putabant se rem piā acturas. Hymen cantatus.i.carmē nuptiale,qđ epitalamiū dr̄.accipimus.n.noīa deoꝶ pro rebus,qbus præsunt. Hymen clamant.i.repetūt hanc uocē Hymen dicētes,Hymen,o Hymenæe,o Hymenæe,ut est apud Catullū,& locutus est sicut in euāgelio,uocatis me magister,& domine. Hymenęa.s.festa,aut gaudia,aut carmina,aut alia ad legitimas nuptias pertinētia.est.n.adiectiuū Hymenæus.a.um.sed ponit hic substātiue,uerū deus ipse ēt Hymenæus dr̄.nam græce ὑμενὸς dicit mēbrana,seu pellicula,uirginalis claustri. Putatur tñ Hymenæus fuisse uir quidā Atheniensis,defensor uirginū in bello,ita ut eius psidio ad legitimas nuptias peruenerint,unde eius nomen in nuptiis faustis,& legitimis frequētabant. q̄uis non desint qui Veneris,& Bacchi filiū putant.apud Romanos a sit Talassio uocat nuptiale carmen,qa Talassio clamitando seruata est in captu Sabinaꝶ egregię puellæ uirginitas,ut docet Plin.lib.i. ASCEN

ANTO. ¶ CEPEIVS erat: mo. uidebatur orator dicit. ¶ Tristis: languida, & mœsta. nã si ad oratione, aut ad fronte referas: seuerū: & iracundū interpretabit. ¶ Minor e pu. puer apud Terentiū pro seruo usurpat: hic uero ꝓ filio. ¶ Hic mihi: addas: renūciauit. ¶ Pompā: lætam in nuptiis multitudinē. ¶ Aureus: in ueste aurea more triumphantiū conspicuus. ¶ Serta: corona bantur in nuptiis, qui aderant. ¶ Læse pa. g. πάθος a iusto. ¶ Relicti: quos fugi. ¶ Inferias: dicit sua calamitate fraternis manibus inferias soluere. ¶ Serpētes igit domui: suo uno impetu uidet oia colligere: ut cōmiserationis uim augeat. ¶ Feros igne: illos intelligit: quos efflare tauros martios diximus. ¶ Meas flāmas: amoris æstus: quos patior. ¶ Nil dea: Proserpinā intelligit: quā magicorū deam tradit eē Porphyrius: sunt qui ad Circen referant, qđ nō placet. ¶ Hecates potētis: hęc fuit Persæ filia imanis: uenena nouit oia. & herbas: patrēq; sustulit. prima etiam aconitū inuenit: & plura uenenorū gñā. ¶ Nō mi. g. dies: pathos a tpe. ¶ Mea cu. in magico artificio diligētia. ¶ Pellex: a nomine odium excitat in Glaucē, quæ nouiter Iasoni nupserat. ¶ Nostri la. is fuit Iasonem seruare. quo fungebatur Creusa.

Puer ꝓprie — *Quæ dea magicis ꝓfuerit Hecate q̃*

HVBER. ¶ QVO: quāto. ¶ Hoc. i. tanto. ¶ Peius erat. i. magis angebar. ¶ Diuersi. i. i diuersis locis domus. ¶ Tegebant. nō. n. audebāt clare flere. ¶ Quis. q. d. nullus: qa malarū rerū inuiti nūcii eē debemus. ¶ Iuuabat. i. placebat mihi ignorare. ¶ Tanq̃. i. q̃si fuissem plene instructa: & scirē te uxorē ducere. ¶ Minor. i. natu, & ætate. ¶ E pueris: ex duob⁹ filiis nr̃is. ¶ Iussu: mādato meo. Studio. i. cupiditate: qa pueri cupidi sunt uidere oia noua. ¶ Geminę. i. duplices. Oui. i amor bus. Me duplices occuluere fores. Foris gtūs ē hoc loco singularis. Cōstitit. s. ut uideret, quid fieret. ¶ Hinc ex limine domus. ¶ Mater abi. uerba pueri ad Medeā. ¶ Pompā. i. nuptialē triūphū, & apparatū. ¶ Aureus. i. uestibus aureis indutus. ¶ Vrget. i. pmit. ¶ Equos adiunctos. i. uehit curru, & ducit ab equis. ¶ Protinus: stati auditis illis uerbis. ¶ Plāxi. i. percussi. ¶ Abscissa: lacerata. ¶ Nec fuere tuta: qa dilacerata sunt. ¶ Animus: uoluntas: ipetus ai. ¶ Suadebat. s. mihi. ¶ Ite in ag. i. ire in mediā multitudinē: q̃ circū te, & sponsam tuā erat. & demere. i. auferre. ¶ Serta: coronas, q̃s hēbat spōsa tua. ¶ Cōpositis: ornatis. ¶ Laniata capillos. s. meos. ¶ Sic. i. ita lacerata, & squalida. ¶ Qui. i. ut nō. ¶ Meus ē. s. maritus Iason. ¶ Inicerēq; manus. i. eū mihi caperē: & mihi debitū ipsa uēdicarē diximus supra de iniectiōe manus i Epla Orestis: cū exposuimus, Inice nō timidas in tua iura manus. ¶ Læse. p. cōuertit sermonē ad eos, quos ur̃ læsisse, dicēs: nūc factā esse eorum uindictā. Lęse. s. a me. ¶ Colchi: ppli regionis meę. ¶ O umbræ fra. quē ego crudeliter iterfeci. ¶ Habete inf. i. estote placatę: & habete uobis factas iferias ex malis meis. existimabantur. n. fieri inferię mortuis, i. sacra quoties eorū inimici, uel hostes fuissent uel morte: uel alio supplicio affecti. ide Vir. li. x. Totidē quos educat Vfens Viuētis rapit inferias. & Pyrrhus apud Oui. placet Achilleos mactata Polyxena manes. sunt. n. inferiæ sacra mortuorū. ¶ Deseror: ecce quo mō ei ferant iferiæ. ¶ De se uidua derelinquor. ¶ Regno, patriaq;, domoq; am. &c. synthesis est. ¶ Cōiuge. s. amisso. ¶ Qui solus erat oia: qa oia amissa æquo aio ferebā, dūmodo eū haberē. sic Briseis ad Achillē. ¶ Tot tū amissis te cōpensauimus unū. Tu dn̄s. tu uir. tu mihi frater eras. ¶ Serpentes igit: cōquerit, qđ potuerit domare serpētes, & tauros: & nō potuerit domare Iasona: & in amore suo retinere. ¶ Vnū. i. solū. s. te. ¶ Quæq;. duæ sunt dictiones. i. ego q̃. ¶ Pe. i. remoui: pepuli ast legendū est, nō repuli. Nā post re geminat consonans in trib⁹ p̄teritis, reppuli, repperi, rettuli, in reliqs seruat naturā p̄ntis. ¶ Medicatibus. i. medicaminibus ab eo, qđ est hic medicatus q̃rtæ declinationis. ¶ Flāmas: ignis amoris. ¶ Can. incantationes. ¶ Her. uires herbarū. ¶ Ar. i. magicæ. ¶ Dea. s. Diana. ¶ Sa Hecates. s. Proserpinæ. ¶ Diod. tū scri. Hecatem filiā fuisse Persæ: fratris Aeetæ uiri crudelissimi: quę audacia, & imanitate patrē supauit. quæ cū ad uenena mortifera summū studiū impedisset, ptia aconitū inuenit. uim, naturāq; cuiusq; ueneni in cibis, quos aduenis dabat, experta. his rebus admodū edocta ueneno, patrē sustulit: deide regno assumpto tēplo Dianæ statuit: cui nauigātes hospites sacrificabat: existimans ea crudelitate suū nomen clarius futurū: ex hac & Aeeta patruo uult Diodo. natā Medeā, Circen, & Aegialū: sed de matre Idya, de qua supra diximus, certior est opinio. ergo Hecatē intelligamus Proserpinā, quę oībus magicis p̄esse dicitur: quam & ipsa Medea. vii. Met. inuocasse dicit his uerbis. Tuq; triceps Hecate, quæ cœptis conscia nostris, Adiutrixq; uenis: & supradicto loco. Statuiq; aras cespite binas. Dexteriore Hecates: at læua parte iuuētæ: & itē, Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras: ex quo ostēdit eā Medeæ pro numine cultam fuisse: Sacra quæ facio: ut tuū aium flectat, ita ipse loco supradicto. Haud pcul gesta scrobibus tellure duab⁹ Sacra facit &c. Nil agunt. i. nil ꝓsunt. ¶ Non grata. i. non iucūda. ¶ Amaræ: acerbæ: plenæ anxietatis. ¶ Somnus. i. sopor miserā. s. me dormio. ¶ Quæ. s. ego Nō possum me. i. sopire. i. dormire facere. ¶ Draco: peruigilē. ¶ Cura: diligentia, ars est. ¶ Pellex: cōcubina. ¶ Quos ego ser. s. a morte. ¶ Fructus: utilitatem, translatio est sumpta: uel a terra, uel ab arboribus.

Puerorum affectus — *Opiniones inanes q̃ ā antiquorū* — *In qbus p̄teritis post re cōsonās geminetur Hecate*

> Quo propior uox est, hoc mihi peius erat,
> Diuersi flebant serui, lachrymasq; tegebant,
> Quis uellet tanti nuncius esse mali!
> Me quoq;, qcquid erat, potius nescire iuuabat,
> Sed tanq̃ scirem, mens mea tristis erat.
> Cum minor e pueris iussu, studioq; uidendi
> Constitit ad geminæ limina prima foris.
> Hinc mihi, mater abi, pompā pater, inquit, Iason
> Ducit, & adiunctos aureus urget equos.
> Protinus abscissa planxi mea pectora ueste,
> Tuta nec a digitis ora fuere meis.
> Ire animus mediæ suadebat in agmina turbæ,
> Raptaq; compositis demere serta comis.
> Vix me continui, quin sic laniata capillos
> Clamarem, meus est, iniiceremq; manus.
> Læse pater gaude, Colchi gaudete relicti,
> Inferias umbræ fratris habete mei.
> Deseror, amissis, regno, patriaq;, domoq;,
> Coniuge, qui nobis omnia solus erat.
> Serpentes igitur potui, taurosq; furenteis.
> Vnum non potui perdomuisse uirum.
> Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes,
> Non ualeo flammas effugere ipsa meas.
> Ipsi me cantus, artesq;, herbæq; relinquunt,
> Nil dea, nil Hecates sacra potentis agunt.
> Non mihi grata dies, noctus uigilantur amaræ,
> Nec tener in misero pectore somnus adest.
> Quæ me non possum, potui sopire draconem.
> Vtilior cuiuis, quam mihi, cura mea est.
> Quos ego seruaui, pellex amplectitur arcus,
> Et nostri fructus illa laboris habet.

ASCEN. ¶ QVO. i. q̃to. Propior. i. uicinor. Vox est hoc. i. tanto peius. i. molestius erat mihi. Quis uellet. q. d. nullus. Aureus. pulcher, aut auro ornatus. Laniata ca. i. hn̄s capillos laniatos, & discissos. Læse pr̄ gau. &c. Docet se iustas dare pœnas patri, & Colchis, aliisq;, quos amore Iasonis offenderat: Habete infe. i. sacrificia, q̃ inferis fiebant occisione facta, q̃ inferi nimirū gaudent. Cōiuge qui, qa pp ipsum cætera derelinquat. Quæq; fe. rep unū posuit, ut actis est nā usus multorū reppulit, habet, nec staret hic uersus, si reppulit ponat. Doctus medicatibus. i. p medicamētū doctorū. aut medicamētis docte adhibitis. Sacra he. q̃ magicis artibus p̄est Mea cu. nō accipit hic pro solicitudine, sed quasi ꝓ curatiōe, & medela, q̃ curamus morbos, nō qua torquemus, & urimus corda. Cuiuis. i. cuilibet alteri. pellex græcū est, licet a pellendo quidam deductum putent.

¶ Stultæ

¶STVLTAE maritæ:insanæ uxori:quoniã putat te posse potiri:clã reperit,ut indicet se ad ultionẽ moliri.¶ Auri.iniu. ga maritum alienũ occupat.¶ In fa.hoc ad pulchritudinẽ referri debet:dãnas in me formã.¶ Rideat:multũ stomachi hẽt hęc cõcessio.¶ Ostro ty.strato purpureo.¶ Adusta:nã cum p̃re,& domo cõflagrauit.¶ Quod si for.p̃ p depcationẽ epl'am claudit.¶ Minora ais:qm̃ maiora meditor:q̃ lr̃is mãdari possint.¶ Quod & tu mi.sæ.fu.in rapiendo uellere id cõtigisse di ximus.¶ Sæuiet.iustas q̃relas facit:a natorũ incõmoditate.¶ Tan.mo.ga tibi sunt siles.¶ Aui.flã.Medeæ auum solẽ esse diximus.¶ Duos:q̃tuor cõmemorat Diod.¶ Red.to.me.in tuũ coniugiũ reuoca.¶ Nõ ego te implo.suasio a facili.¶ Ipse de.Iason ultro de cõiugio in tẽplo solis,seu,ut alii tradunt: Dianæ spopondit.¶ Villo aureo:albo legas:bñficia p dote commemorat.¶ Opes sisy.Sisyphus Corinthũ tenuit:cui Merope Atlãtis nupsit:& ex ea genuisse tradit Laertẽ Vlyssis patrem, Glaucum,& Creontẽ.¶ Quos equi.actu.indignatio p̃cisionem peperit:deest enim ulciscar iniuriã illorum morte.¶ Actutũ:ex duabus altera geminata particulis constat actũ:tum & confestim significat.¶ Parturit ira.indignatio me adminabunda fecit. ANTO. Sisyphus ubi regnauerit

Forsitan & stultæ dum te iactare maritæ
 Quæris,& iniustis auribus apta loqui.
In faciem,moresq́ meos noua crimina fingis,
 Rideat,& uitiis læta sit illa meis.
Rideat,& tyrio iaceat sublimis in ostro,
 Flebit,& ardores uincet adusta meos.
Dum ferrum,flãmæq́ aderunt,succusq́ ueneni,
 Hostis Medeæ nullus inultus erit.
Quod si forte preces p̃cordia ferrea tangunt,
 Nunc animis audi uerba minora meis.
Nam tibi sum supplex,quod tu mihi sæpe fuisti,
 Nec moror ante tuos procubuisse pedes.
Si tibi sum uilis,communeis respice natos,
 Sæuiet in partus dira nouerca meos.
Et nimium similes tibi sunt,& imagine tangor,
 Et quoties uideo,lumina nostra madent.
Per superos oro,per auitæ numina flammæ,
 Per meritum,& natos pignora nostra duos,
Redde torum,pro quo tot res insana reliqui,
 Adde fidem dictis,auxiliumq́ refer.
Non ego te imploro contra taurosq́ uirosq́,
 Vtq́ tua serpens uicta quiescat ope.
Te peto,quem merui,quem nobis ipse dedisti,
 Cum quo sum pariter facta parente parens.
Dos ubi sit,quæris?campo numerauimus illo,
 Qui tibi laturo uellus,arandus erat.
Aureus ille aries uillo spectabilis aureo,
 Dos mea,quam dicam si tibi redde,neges.
Dos mea tu sospes,dos est mea grata iuuentus,
 I nunc sisyphias improbe confer opes.
Quod uiuis,qđ habes nuptam,socerũq́ potentẽ,
 Hoc ipsum ingratus,quod potes esse,meũ est.
Quos equidem actutũ,sed quid p̃dicere pœnam
 Attinet?ingentes parturit ira minas.

¶FORSITAN:cõis ẽ suspitio uxorũ de maritis:qđ de eis apđ amicas maledicãt:ut alibi diximus.¶ Iactare:ostentare, laudare apta cõuenientia.s.de uitiis uxoris tuæ:q̃ ut est iniusta:ita libenter audiet.¶ In fa.mo.me.i.maledicis de pulchritudine,& moribus meis.¶ Noua:inaudita.¶ Fingis:cõminisceris mẽtiris.¶ Rideat:p ridebit:rideat hoc cõcedẽtis est p indignationẽ, & subaudit licet.¶ Sub.supba.¶ Ostro ty.i.in purpura:quæ apud Tyron abũdat.¶ Fle.subaudi tñ.¶ Adu.cremata.¶ Vincet me.ar. ga magis ardebit,q̃ ego nũc ardeo.¶ Dum fer.enumerat ea p q̃ possit se ulcisci.¶ Suc.ue.i.succus uenenosarũ herbarũ. ¶ Inuitus:ipunitus.¶ Quod si for.p̃catur nunc Iasona.¶ Meis ani.ga sum supba:& alta aio licet humilibus uerbis tibi supplicẽ: & significat eã,q̃lẽ Hora.p̃cepit.Sit Medea ferox,inuictaq́. ¶ Q đ.s. esse supplicẽ.¶ Procu.i.iacere:sicut supplicãtes facere solẽt.¶ Si sum ui.ti.si me pui͂facis.¶ Cões:ex utroq́ nr̃m genitos. ¶ Sæuiet:faciet aliqd crudele.¶ Et ni.si adducit eos in gratiam oñdens eẽ siles pr̃i.¶ Tan.delector.¶ Imagine:siĺitudine.Sic Dido ad Aeneã lib.iiii.Aen.Siqs mihi paruulus aula Luderet Aeneas:q te tm̃ ore referret.¶ Madent.i.rigant lachrymis:ga p eos recordor tui.¶ Lumina.i.radios:& lucẽ.¶ Flãmæ:aui.i.solis aui mei: flãmæ aũt dixit:ga dicũt Solẽ esse igneũ.¶ Meritũ bñficiũ, qđ tibi p̃stiti.¶ Pignora:ga filii sunt pignora mr̃imonii.¶ Torũ: ius tori.i.mr̃imoniũ.¶ Insa.i.amore demens.¶ Tot res: patrẽ, patriã:matrẽ:& sororẽ.¶ Adde fi.di.i.fac ut dicta tua seruent: & fidẽ babeant.¶ Re.i.redde:sicut ego dedi tibi:qđ est iustissimum. ¶ Nõ ego.dicit se p̃stitisse auxiliũ in maiori re,q̃ ipsa petat.¶ Imploro:iuoco.¶ Cõtra tau.sicut tu iplorasti meũ. ¶ Quies. dormiat.¶ Victa:sopita:notãdũ ẽ posuisse serpentẽ fœminino gñe: sicut & Iuue.Et mouisse caput uisa est argẽtea serpẽs:nã utriusq́ gñis ẽ.¶ Ipse de.i.tu ꝓpria uolũtate,& sponte.¶ Cũ quo pa. sum.fa.pa.i.ex quo suscepi filios.¶ Dos ubi:rñdet obiectioni:q̃ posset fieri de dote.¶ Cãpo.ecce rñsio.¶ Nũera.i.dotẽ. ¶ Qui erat arã.ut seminares dẽtes serpẽtis.¶ Tibi la.i.ablaturo.¶ Vellus.i.lanã aureã:& est sensus accepisti a me dotẽ magnã:cũ taurorũ ferocitas p me cõpressa est:et ira terrigenarũ,et deniq́ cũ abstulisti uellus aureũ:nam cũ id p me habueris,est dos mea. ¶ Spectabil.pulcher.¶ Villo:pilo,& lana.¶ Quã dotẽ.¶ Neg.i.nolis mihi redder̃.¶ Tu so.i.uita tua p̃seruata ẽ dos mea. ¶ Gra.iuuen.i.oẽs socii tui per me seruati sunt.¶ Impro.p̃fide.¶ I nunc:irrisio est.¶ Confer.i.compara.¶ Opes si.i.opes Creontis filii Sisyphi.Sisyphias aũt contumeliose dixit:qm̃ cõstat eũ fuisse latronẽ:qui suis latrociniis maximas opes cumulauit:q̃rũ hęres fuit Creon,qđ uiuis.i.qđ habes uitã.¶ Nuptã.s.Creusam.Socerũ.Creontẽ.¶ Potent.i.diuitẽ.¶ Quod po. esse ingra.est meũ.i bñficiũ meũ:ga nisi ego essem,ne ingratus qdẽ esse posses: ga iam nõ uiueres.¶ Quos.s.te,& uxorẽ tuam & socerũ.¶ Actutum:una ẽ dictio:& sigñat statim:cito,& ẽ eclypsis:deest.n.uerbũ,subaudit.n.puniã:sicut apud Vir. lib.i.Aene.Quos ego:sed motos p̃stat cõponere fluctus:cõuenit.n.talis sermo mẽti iratæ.¶ Sed qd at.qd opus est?qd pertinet.¶ Prædi.multo ante minari.¶ Pœnam:quam sum sumptura.¶ Parturit:concipit:generat. HVBER. Serpens in gñe fœminino qñq́ ponitur Sisyphus Actutum

¶MARITAE.i.uxori.¶ In fa.i.ad uituperationẽ faciei meę:ut sup.rideat,& uitiis læta sit illa meis.Rideat, amara cõcessio,q̃ uim p̃hibẽdi habet.nã minabũdo uultu p̃fert.In ostro tyrio.i.purpura,q̃ apud Tyrũ p̃tiosa est,ga dibapha.i.bis tincta.flebit,& ardores uincet adusta,meos,ga plus,est usũ esse.i.cõsumptũ igni,q̃ uri,dũ.i.donec,aut quãdiu,ferrũ flãmæ,& succus ueneni aderũt.i.extabũt hostis Medeæ nullus inultus erit p qđ tacite ẽt Iasoni minat̃.Q đ si forte p̃ces p̃cor.ferrea. Præcordia dñr passionũ sedes pelliculæ q̃dã cor,& ei uicina cingẽtes.Q đ.i.q̃ res tu mihi sæpe fuisti,hoc est ẽt supplex.Cõis natos,accusatiuus in is legitie exit dũ genitiuus in ium,idẽ dixit Creusa Aeneæ,Iãq́ uale,& nati serua cõis amorẽ. per auitæ numina flãmæ.i.p solis radios.Nã sol auus est Medeæ,p̃r uidelicet Aeetæ.Numerauimus dotẽ.i.p̃soluimus tot bñficiis, nõ pecuniis.Laturo.i.ablaturo.uellus uillo spectabilis auro.synęresis, cũ ẽ cõtractio duarũ syllabarũ i unã,sicut.x.Aenei. dat sallo uillis onerosum atq́ unguibus aureis.Sisyphias.i.corinthias,q̃ in ære corinthio plurimę sunt.Quos equidẽ actutum.i.cõfestim,postq̃ sensero te nolle flecti,subticuit aũt uerbum,qđ est,occidam,aut trucidabo,sed qui iræ suæ moderãtur,solent uerbũ reticere,sicut Neptunus Aenei.primo.Quos ego,sed motos pręstat componere fluctus.Addit ergo:Sed quid prædicere pœnam.Attinet.q.d.nihil,Cætera a superiori commentario explanata sunt. ASCEN.

ANTO. ¶ QVO feret ira: nulla adhibita rõne impetus sequar. ⁋ Consulu. i. cũ petat, ut ad coniugium reuocaretur. ⁋ Viderit ista deus: cum furore enunciandũ est: Cupido, inquit, nr̃is rebus puidebit. ⁋ Agat: moliat. ⁋ Maius: q̃ literis mãdatũ sit: aut cupido suaserit: nã filios peremit: ad creu. coronã misit Napea: q̃ est ex gñe bituminis, in quã ignes trãsiliunt: ut scri. Pli. unde cunq̃ uisant asperia, sacrificatura igit ad aras igne correpta extingui nõ potuit: sed cum pr̃e, qui opẽ ferre uoluit: & regia concremata est: licet alii tradant radice quadã a Circe accepta Creontis domũ incendisse: quae eius naturae traditur: ut cum ea lignum succendat, extingui non possit, ad id perficiendum Medeam mutata facie cõcessisse. Diod. per filium dona missise nouae nuptae impetrato ad unum diem reditu scribit, quae cũ tractari cœpta sunt omnia fuisse incensa.

Quo feret ira, sequar, facti fortasse pigebit,
Et piget infido consuluisse uiro.
Viderit ista deus, qui nunc mea pectora uersat,
Nescio quid certe mens mea maius agit.

HVBER. ¶ SEQVAR, quo ira feret. i. faciam id qđ ira suadebit. ⁋ Facti for. pi. terret ipsum Iasona dicens se esse facturã id: cuius fortasse postea eã pigebit: ex quo ostẽdit id futurũ, & magnũ, & crudele. ⁋ Et pi. est sensus. ⁋ Si pi. fa. pigeat: quia et piget me. ⁋ Con. i. profuisse et rem utilẽ fecisse. ⁋ Viro infido. i. tibi qui nõ seruasti mihi fidẽ. ⁋ Viderit. puideat. q. d. ego nõ curo. ⁋ Qui uer. mea pe. i. q immittit mihi ĩ aium tã diras cogitationes. ⁋ Nescio qd maius: pro nescio qd magnũ & terribile. Exitus rei fuit: qđ cũ Iason nequaq̃ pcibus, & uerbis Medeae flexus esset: sed ei iussisset: ut ex urbe stati discederet (erat. n. ut diximus, Corinthi) Illa a Creõte ĩpetrauit unius diei dilationẽ: ut recederet: & interim noctu regiã clã ingressa, qbusdã medicamẽtis imutata facie, ne cognosceret, domũ incẽdit q̃dã radice a Circe inuẽta: q̃ eam uim hẽbat: ut incẽsus ignis negret extingui, repẽte cõflagrãte regia Iasonẽ exiluisse ferunt. Creontẽ uero, & Glaucã, siue Creusam igne absumptos. Alii dicũt Medeae filios dona qdã uenenis illita sponte attulisse ad Creusam, q̃ cũ illa corpori applicuisset, incidit in morbũ, & cũ pr̃ filiae auxiliũ ferre uolens eius corpori haesisset: euestigio expirauit: ita de hac re uaria est opinio. Medea ubi cognouit Iasonẽ flãmas euasisse, ultioni intẽta: aium ad mortẽ filiorũ in pr̃is calamitatẽ adiecit: & oẽs uno excepto, q aufugit, iugulauit, eorũq̃ corpora sepeliuit in Iunonis tẽplo. Deinde fidissimis fugae sociis assumptis nocte ex Corintho fugiẽs Thebas ad Herculẽ uenit, deinde Athenas ad Aegeũ Thesei patrẽ cõfugit: ex quo ferũ Medũ genuisse: a quo Media regio ubi iperauit, noiata est. Inde ueneficii accusata digrediens in Phœniciã delata est. Inde ad superiores Asiae partes transiens cuidam potentissimo regi haesit: ex quo qdã uol. t potius susceptũ filium Medũ, a quo Media dicta sit. Errauit postea multũ: licet Solinus, ubi de Italia tractat, dicat eam a Iasone Butroti sepultã fuisse, Marsum uero filium Marsis imperasse: q ab eo dicti sunt. Atqui in fabulis tanta est uarietas: ut Diod. sentiat Iasona non multo post filios a Medea interfectos diem suum obiisse: dicit enim, quod filiis, & uxore priuatus: cum omnes dicerent eum iuste plecti: quia in Medeam ingratus fuisset: & cum uim doloris ferre non posset: mortem sibi conscivit: & haec satis de Iasone, & Medea.

Regiae creontis incendium

Medus q

¶ In tertiam decimam Epistolam Argumentum.

Iphiclus



Phiclus Phylaci filius urbem Thessaliç Phylacẽ in Phthiotica regiõe tenuit. Phathios. n. subditos fuisse Achilli Philoctetae: & Protesilao scri. Stra. Iphiclus cũ filios parere nõ posset, poculũ sumpsit: qđ ex herba serpentib noxia fuisse tradit, filios suscepit. Protesilaũ, & Podarcem: qui cũ nauibus. xl. ut author est Home. ad Troiã nauigarunt: sed cũ Graecis caeteris: qui cum Menelao contra Troianos conspirarant, ob tẽpestatẽ Aulide clauderet Protesilaus: Laodomia Acasti Phylacei filia ex Laudothea Protesilai uxor, cũ uiri desiderio teneret: illius umbra, quae sepius occurrerat, solicitata: & ad illũ hanc scri. Epistolã: qua suadet, ut belli periculis abstineat: & ut cõiugis uiuat memor: fuisse & aliam Laodomiam legimus Bellorophontis ex Achemenae filiam: quã ex Ioue Sarpedonẽ Lyciorũ regẽ peperisse tradunt. Pacu. & Titinius Protesilaum tragœdiam ediderunt: ex qua multũ in hanc epistolam Oui. transtulit.

Laodomiç quot

ANTO.



Ittit, & optat amãs, quo mittit ire salu. pncipiũ a beneuolẽtia sumptũ est. qm̃ nulla mouebat indignatione. ⁋ Hęmonis: a noie patriae aliã beneuolentiam excitat. Haemoniam ab Haemone rege dictã Thessaliã scri. Pli. & Protesilaus, & Laodomia erant Thessali.

Haemonia unde




HVBER.



Ittit: et optat: Gręcis pficiscẽtibus ab obsidionẽ Troię rñsum datũ erat: q primus ĩ terrã troianã ex classe descendisset: eũ manu hostis perituꝝ. Quare cũ in ea expeditiõe eẽt Protesilaus Iphicli filius uir magni animi Laodomia Acasti filia ei[9] uxor, syncere maritũ amãs, de ei[9] salute anxia, hãc Eplam ad eũ scripsit: cum intellexisset Graecos tẽpestate in Aulide retineri: ostẽditq̃ quã grauiter tulerit eius discessum, deinde eũ monet: ut non sit nimiũ audax in pugnãdo: memineritq̃ timẽdos Troianos: & p̃cipue Hectora: quẽ dicit se intelligere esse fortissimũ. Praeterea, qm̃ intellexerat ex oraculo respõsum esse eum interfectũ iri ab hoste, qui primus troianũ solũ tangeret: monet eũ, & orat: & ut ultimus descẽdat de naui: qđ si nolit respectu ppriae salutis faciat saltẽ respectu ip sius Laodomię: ne si forte periclitaret: fit ei cã doloris, & mortis: qa eo mortuo nullo pacto uellet eẽ superstes. Laodomiae duę fuerunt una filia Bellerophõtis, ex q̃ Iuppiter genuit Sarpedonem: & haec filia Acasti Thessalici uxor Protesilai, qui & ipse thessalicus fuit: unde dicit. ⁋ Laodomia Haemonis: idest Thessalica: Nam Thessalia Haemonia dicta est

Laodomię



LAODOMIA PROTESILAO.

Ittit, & optat amãs quo mittitur ire, salutem,
Haemonis Haemonio Laodomeia uiro.

⁋ Optat

¶ Optat salutem ire quo mittitur.i.peruenire ad maritum suum cupit,cum saluere & incolumen esse.

Mittit & optat amans.Tota hæc Epistola facilis est in uerbis,nec tam uehemens πάθος habet in sententiis,ut superiores fere habuerũt.Nãq; eam scribit,nõ expostulat:neq; queritur de iniuria facta,sed q̃a coniugem amat,eiusq; imagine uexatur,cohortaẽ eum,ut sibi prospiciat,ne p̃sagia mortis effectũ sortiant.Ea autem sunt,q̃a egressurus limen pedẽ offendit,& quia,ut nomẽ indicat,primus in terrã hostilẽ descensurus est,& q̃a iam tũc,cum adhuc in Aulide erat,aut potius,cum illic ab ea adhuc esse putabatur,imago eius occurrebat.Tortell.docet,quia sine aspiratione scribitur Protesilaus.Hæmonis patronymicum a patria,quasi dicat,mulier ex Hæmonia. ASCEN.

Aulide te fama est uento retinente morari
Ah,me cum fugeres,hic ubi uentus erat?
Tunc freta debuerant uestris obsistere remis,
Illud erat sæuis utile tempus aquis.
Oscula plura uiro,mandataq; plura dedissem,
Et sunt quæ uolui dicere,plura tibi.
Raptus es hic præceps,& qui tua uela uocaret,
Quem cuperent nautæ,nõ ego,uentus erat.
Ventus erat nautis aptus,non aptus amanti,
Soluor ab amplexu Protesilae tuo:
Linguaq; mandatis uerba imperfecta reliquit,
Vix illud potui dicere triste,uale.
Incubuit Boreas,arreptaq; uela tetendit,
Iamq; meus longe Protesilaus erat.
Dum potui spectare uirum spectare iuuabat,
Sumq; tuos oculos usq; secuta meis.
Vt te non poteram,poteram tua uela uidere,
Vela diu uultus detinuere meos.
At postquam nec te,nec uela fugacia uidi,
Et quod spectarem,nil,nisi pontus erat.
Lux quoq; tecũ abiit,tenebrisq; exãguis obortis,
Succiduo dicor procubuisse genu.
Vix socer Iphiclus,uix me grandæuus Acastus,
Vix mater gelida mœsta refecit aqua.
Officium fecere pium,sed inutile nobis,
Indignor miseræ non licuisse mori.
Vtq; animus rediit,pariter rediere dolores,
Pectora legitimus casta momordit amor.
Nec mihi pectendos cura est præbere capillos,

¶ AVLIDE te fama est:cũ Palamedes:Vlysse:& Menelaus:qui pro reddenda Helena legati ad Priamũ iuerant:& renunciarent id Troianis,& Priamo nõ placere.Coniurati Græci in Aulide biennio,ut edictũ erat,cõuenerunt:sed tẽpestate,& pestilentia uexati conabanẽ.Erat enim irata Diana,q̃m eius ceruã Agamẽnon trucidauerat:Aulis Boeotiæ portus ẽ p̃fundissimus cõtra Gerestrũ Euboeæ promõtoriũ:ut scri.Stra.quingentarũ nauiũ capax.¶ Cũ fugeres:ex desiderio hoc dictũ est:nã Protesilaus nõ fugit.¶ Sæuis aquis:mare sæuire dicimus:cũ insanas excitat p̃cellas trãslatiõe sumpta ab animatis ad inanimata.¶ Plura mandata:amantiũ cõsuetudinẽ exprimit,qui fabulando moræ cãm nectunt,ne separenẽ.¶ Erat uentus:spirabat,qualẽ exoptant nauigãtes:sed mihi aduersus.¶ Triste uale:sic Persius.& nostrum istud uiuere triste:qđ Fabius notat.¶ Incubuit:ualide spirauit.Virg.incũbunt pelago dixit.¶ Tetendit:ipleuit.¶ Vela diu:inspexi uela,dũ potui,postq̃ tui uultus uegabanẽ.¶ Succiduo:debili p̃ dolore.Nã aut lætitia,aut dolore nimio interdũ ita mortales languescunt,ut consistere nequeant.¶ Dicor:alii narrant:ego p̃ dolore casum nõ sensi.¶ Socer:pr̃ tuus.¶ Grandæuus Acastus:is erat,ut diximus,Laodomię pater:nõ ut alii inscite putauerũt,Peliæ filiũ,qui cũ Argonautis nauigauit:is.n alter ab illo fuit.¶ Mr̃:Laodotheã sigñat Laodomię matrẽ.¶ Gelida aqua:q̃a dolent,si correpti frigore decidant:frigido fouẽdi sunt:intimus enim calor frigore eximio excitaẽ.¶ Inutile:quoniam sine te,præstaret mori,quam uiuere.¶ Redit:hæc syllaba in exacto protrahitur,si fiet collisio:aut audit,pro audiit dicimus.¶ Legitima:coniugali toro conueniens.¶ Nec mihi pectẽdos:pathos a cultus negligentia excitatur. ANTO. Aulidis portus

¶ AVLIDE:Aulis Euboeæ insulæ portus est:obiectu laterũ effectus.Ad hunc cũ Græci p̃uenissent Troiã nauigantes Agamẽnõ Dianæ ceruã occidit ignarus:unde irata dea,flatus uentorũ remouit,ita ut nauigare nõ possent:& pestilẽtia laborarẽt,Quare consulta oracula:dixerunt Dianã Agamẽnonio sanguine placãdã esse.Iphigenia igiẽ Agamẽnonis filia cũ ab Vlysse p̃ nuptiarum simulationẽ adducta iã in eo esset:ut imolareẽ,Dianæ miseratione sublata est:& cerua in eius locũ supposita:ipsa in Tauricã regionẽ trãslata,Dianæ sacerdos effecta est.Interea aũt,dum Græci in ea insula morarenẽ:cõiurauerunt se nunq̃ ante reuersuros in patriã,quã Troia capereẽ.Inde Dido apud Virg.Nõ ego cũ Danais troianã excindere gentẽ Aulide iuraui.¶ Fama est.i.fertur.¶ Morari mane.morã facere.¶ Retinẽte:q̃a,ut dixi,Diana flatus uẽtorũ sustulerat:aut q̃a uẽtus esset cõtrarius.¶ Ad me.melius ah interiectio dolentis,q̃ p̃positio:dolet enim talẽ nõ fuisse uẽtum quo nõ posset nauigare:cum ab eo esset discessurus.¶ Sæuis:turbatis.¶ Vtile:aptũ:& cõmodũ.¶ Oscula:enumerat quasdam utilitates sibi futuras:si tunc retentus fuisset domi.¶ Mandata:admonitiones.¶ Quæ uolui dicere:quæ dictura fui:quæ nõ potui dicere:et dicit causam.¶ Raptus es:abreptus,ablatus.¶ Præceps:festinus.¶ Quem nautæ cupe.i.secundus:qualẽ nautæ cupidi nauigandi optarent:non qualẽ ego cuperẽ:quæ noluissem te discedere.¶ Soluor:separor,disiungor.¶ Imperfecta:incõpleta:nõ potui finire:quę tibi dicere uolebã.¶ Triste:mœstũ,& cum lachrymis mistum.¶ Incubuit:p̃to fuit:& totis uirib⁹ comparatis.Virg.incubuere mari.¶ Tetendit:flatu suo impleuit,& extensa fecit.¶ Longe:a meo aspectu.¶ Iam:subito.¶ Sumq; tuos oculos.i.cum tu oculos ad me cõuerteres:ego assidue te spectantẽ spectabã.¶ Vt:postq̃.¶ Te nõ poteram uidere.¶ Tua uela:quæ longius apparebant:q̃a erant aut maiora,aut altiora te.¶ Detinuere diu.i.ea p̃spexi.¶ Fugacia:ita legendũ est.i.celeriter euntia.& q̃ uidebanẽ fugere.¶ Pontus:mare.¶ Lux abiit.i.ex oculis meis.¶ Abortæ.i.inducta calligine ante oculos.¶ Succiduo:inclinato,& flexo:a sub,& cado uenit succiduus,antepenultima breui:cum uero longa est:a sub & cædo:unde dr̃ arbor succidua:quasi subcædua.¶ Iphiclus:pr̃ tuus,socer meus.¶ Acastus:pr̃ meus.¶ Grandæuus:senex.¶ Mr̃:mea.¶ Refecit:instaurauit:& uiuificauit.¶ Aqua gel.aspersione aq̃ frigidę in faciem,qđ solet fieri aliquo langore deficientibus.¶ Pium:ex pietate proueniens.¶ Sed inuti.no.q̃a utilius fuisset mihi tunc mori:q̃ nunc uiuere in tantis curis.¶ Indignor:doleo:& moleste fero.¶ Nõ licuisse:nõ p̃missum esse.¶ Vt.i.postq̃.¶ Animus redit.i.postquã respiraui.¶ Pater:simul.¶ Momordit:pupugit:tetigit.¶ Nec mi.dicit se ob absentiam mariti ita esse anxiam:ut nec ornatu corporis delectetur,nec possit quiescere.¶ Pectendos:pectine cõponendos,& ornandos.¶ Præbere.i.ancillis meis. HVBER. Aulis Locus restituitur Succiduus unde

¶ AVLIDE,p̃ Aulidi,si Seruio credimus.Nã nõia tertię declinatiõis p̃ aduerbiis in loco posita i.e.exire debẽt p̃ de loco i e.ut Aulidi Carthagini,Auinioni &c.& discessit Carthagine Auinioni &c.Ah me.ordo est.Ah,ubi erat hic uẽtus.i.p̃fectioni in Phrygiã cõtrarius,q̃ te imoratus fuisset,cũ fugeres.i.tanq̃ fugiens me celeriter abires.q.d.utinã tũc ille flasset uentus.Et sunt,q̃ uolui dicere,ea ẽ occasio scribẽdę ep̃lę.Triste uale,nõ q̃a tristitiã optabat,sed q̃a cũ tristitia foret,sicut funere misceri di.uit.triste misteriũ.Incubuit b.uẽtus a Thracia i Troiã ipellẽs.Nil nisi põtus.Vir.Cœlũ undiq;,& undiq; põt⁹.Obortis.i.p̃ter spẽ ortis tenebris.Nec mi.pe.Docet se legitime amare,nec uelle uoluptati indulgere tãtisp dũ uir i castris degat. ASCEN.

Nec libet aurata corpora ueste tegi.
Vt quas pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur, huc illuc, qua furor egit, eo.
Conueniunt matres Phylaceides, & mihi clamãt,
Indue regales Laodomeia sinus.
Scilicet ipsa geram saturatas murice uestes?
Bella sub iliacis mœnibus ille gerat?
Ipsa comas pectam? galea caput ille prematur?
Ipsa nouas uestes? dura uir arma ferat?
Quo possum, squalore tuos imitata labores
Dicar, & hæc belli tempora tristis agam.
Dux Pari Priamide damno formose tuorum,
Tam sis hostis iners, quã malus hospes eras.
Aut te tænariæ faciem culpasse maritæ,
Aut illi uellem displicuisse tuam.
Tu, qui pro rapta nimium Menelae laboras:
Hei mihi, quam multis flebilis ultor eris.
Di precor, a nobis omen remouete sinistrum,
Et sua det reduci uir meus arma Ioui.
Sed timeo, & quoties subit miserabile bellum,
More niuis lachrymæ sole madentis eunt.

ANTO. Quouestif gñe targn⁹ & agrippa Claudii in triumphis usi fuere. Inclamo. Purpura dibapha.

¶ AVRATA ue: auro textili cõfecta, qua usus est Tarqnus in triumpho: ut Verrius scri. & Agrippa Claudii: in hac tñ nulla alia materia. pter aurũ fuit: in Actalicis aliud, q̃ aurũ erat admistum. ¶ Bicor. Bacchus cornib⁹ effigiari scri. Diodo. fe tor, inquit, ut Mœnades Bacchi furore cõcitę ¶ Phylacei. ex Phylace urbe. ¶ Et mi. clamãt: inclamo te, & ubi clamo obiurgare, & irasci. Plau. in Asinaria. Nimis, ingt, risum cõtinui: ubi hospitẽ inclamauit: quod se absente mihi fidẽ hře uoluisset. ¶ Regales sinus: regias uestes. ¶ Scilicet ipsa ge. cũ stomacho enũciandũ est. ¶ Saturatas mu. sanguine muric ẽ meriãs, q̃ si bis madefiat, purpura διβαφα dicit: ut scri. Pli. primũ apud Romanos usus est Lẽtulus Spinter Aedilis curulis. ¶ Ille ge. p contentionẽ se imitaturã uiri labores mõstrat. ¶ Damno tuo rũ: qm patriæ excidiũ uiderunt. ¶ Eras: mutauit tẽpus fuisti dicẽdũ erat. ¶ Tenariæ maritæ: laconicam Helenã significat, quã rapuit Paris: Tænaros est Laconiæ pmõtoriũ, ubi aditus ad inferos esse Papinius tradit. ¶ Menelae laboras. Menelaus omnem Græciam, ut sibi ferret opem, cõuocat cõtra Troianos. ¶ Quã multis: quæ extinctos uiro deplorabunt, ut Deidamia, q̃ Achillis interitũ defleuit. ¶ Omen futuri mali præsagiũ: id. n. fuisse cõstat qđ cum ad Troiam exire uoluit, Protesilaus pedẽ in limine offẽdisse tradit. ¶ Det: de more Ioui cõseruatori suspẽdat arma.

HVBER. Tyrsus quid. Quar Bacch⁹ supbiã hře fingat. Phylace urbs. Phylac⁹ q

¶ TEGI: Indui. ¶ Vt bicorni. i. Bacchus: dicit se furore ita agi sicut agũtur Bacchantes. ¶ Hasta pãpinea. i. tyrso: est aũt Tyrsus hasta pãpinis inuoluta, quã Bacchantes ferre solent. Oui. vi. Met. Frondentes sumere tyrsos Imperat. ¶ Tetigisse: stimulasse, cõcitasse in furorẽ. sic Virg. iiii. Aene. Sęuit inops animi: totaq; icẽsa per urbẽ Bacchat, qualis cõmotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho &c. Oui. iiii. Fa. Mentis inops rapit: ut quas audire solemus Threicias fusis Menadas ire comis. Itẽ in Epistola Ariadnes. Aut ego diffusis erraui sola capillis Qualis ab Ogygio cõcita Baccha deo. Bacchus aũt dicit hře cornua pter supbiã, & elationẽ: quã feruor uini inducit. ¶ Matres: matronæ: mulieres. ¶ Phylaceides: ita est legendũ: est. n. forma patronymica: pro deriuatiuo a Phylace: quæ ut Home. in. ii. Ilia. scri. fuit urbs Thessaliæ: in qua Protesilaus regnauit: qđ ẽt ostẽdit Luc. lib. vi. Et prima rhoteia littora pinu: ¶ Quæ tetigit Phylace: hãc Ptolomęus ponit in Pieria parte Macedonię. Stra. uero in Phthiotica: quæ tamen regiones sunt in Thessalia: quæ & Macedonia dicit. Phylachus aũt pater Iphicli fuit: & sic auus Protesilai: unde Protesilaus apud poetas sæpe dicit Phylacides: ipsa Laodomia Phylaceia ab urbe Phylace: uel a Protesilao Phylaceia interdũ dicitur. Ouid. lib. v. de Ponto, Vt uiuat fama coniux Phylaceia cuius Iliacam celeri uir pede pressit humum. ¶ Scilicet: respõsio Laodomiæ. i. geram, q. d. minime. ¶ Saturatas: bene tinctas: unde dibaphæ uestes dicebatur, quę bis erant tinctę. ¶ Murice: purpura. Est enim murex piscis, cuius sanguine tinguntur lanæ ¶ Geret bella: quod est laboriosum, & durum. ¶ Premet: grauabitur. ¶ Galea: pondere galeæ. Ipse sibi supra: & galeam pssa sustinuisse coma. ¶ Dura: aspera. q. d. nõ decet, ut ego sim in deliciis: & maritus meus sit in laboribus. ¶ Dicar imitata. s. esse. ¶ Squalore: sorde: neglectu corporis. ¶ Agam tristis. i. uiuam in tristitia, & mœrore. ¶ Dux Pari: male legit hic textus. Dux Pari: neq; enim cõuenit, ut irata, & turbata ducem appellet Paridẽ: & ex uerbis Home. lib. iii. Ilia. apparet legendũ esse dyspari: dicit enim Δύσπαρι εἶδος ἄριστε &c. i. o male, & infelix Pari: formã optime: alludens igitur poeta Ouid. ad illa uerba Homeri facit iratam Laodomiam loqui de Paride contumeliose sic. O dyspari. i. o male, & infelix Pari: nam δυ's apud Græcos in cõpositione malum aliquid significat, uel difficultatem: ut impossibilitatem: ut exempli gratia: τυ'χη significat fortunam δυσυχία, uero infortunium: ἔργον significat opus & officiũ: δύσεργον difficultatẽ: & εἶδος signãt formosum: δυσειδὴς significat deformẽ: sunt plurima huiuscemodi apud Gręcos: error aũt facile natus est, uel ex ignoratione grecarũ lraũ: uel quod ypsilon putatum fuerit esse u nostrũ. & s litera cõuersa sit in x: sed absq; dubio affirmauerim legendũ dyspari. ¶ Formose dãno tuorum. i. cuius forma, & pulchritudo magno constatura ẽ tuis: qa propter te, qui placuisti Helenæ, tui multa patient damna. ¶ Tam sis: optatiui modi est: & subaudit utinã. ¶ Tãsis hostis iners. i. ita negligens, & ignauus sis pugnator. ¶ Quã malus hospes. s. apud Menelaũ: malus autẽ. i. perfidus: qa fidem hospiti non seruasti. ¶ Aut te: dicit, quod uellet, quod aut Helena displicuisset Paridi: aut Paris Helenæ. ¶ Maritę tęna, idest uxoris Helenæ Lacænæ. Nam Tænarus promõtorium est Laconię: ex qua Helena fuit ¶ Tu: scilicet o Menelae. ¶ Flebilis: ultor: quia multi hac tua ultione peribunt. ¶ Dii præcor: quia quoties Laodomia recordabatur belli: trepidabat: & flebat: ideo precatur: ut hoc nõ sit ei malo omini. i. augurio. ¶ Sinistrũ: infelix. ¶ Det: offerat. ¶ Ioui: reduci: idest Ioui eum reducenti: nam reducere appellamus & qui reducit alium, ut hic: & qui reducitur ab alio: ut supra, Gratulor Oechaliam reduci tetigisse carina: & Virg. primo Aeneid. ¶ Namq; tibi reduces socios. ¶ Subiit: uenit in mentem. Vir. subiit cari genitoris imago. ¶ Madentis: liquescentis. ¶ Sole: propter calorem solis.

Dibapha purpura. Murex qd. Dys græce qd signet. τυ'χη δυσυχία ἔργον δύσεργον εἶδος δυσειδὴς. Tænarus. Reduces q dicantur.

ASCEN. ¶ VT quas docet insuper ex uehementia amoris interdũ more Bacchãtiũ uagari. Phylacidas patronymicum a patria a Phylace. s. urbe. Regales sinus. sinuosas uestes reginã decentes. Scilicet uocabulũ indignationi aptum. q. d. nequaq̃ cõmisero, ut ego purpurata incedam, dum ille armis atteretur? Magnifice aũt dixit saturatas nõ imbutas murice, ut dibaphas. i. bis tinctas significet. Ipsa. i. ego est enim trium personarũ. Dux Pari uocatiuus a noiatiuo Paris ordo est. O Pari. i. Alexander (sic enim etiã uocabat) Priamide uocatiuus est. i. fili Priami formose dux. s. in raptu Helenes, cũ danno tuorũ, ego super uelim, ut sis tam iners hostis q̃. i. quãtũ malus hospes eras. Erat aũt pessimus hospes, quia hospitã abduxit, unde uelit inertissimũ quoq; esse. Iners aũt dicitur sine arte, & sine industria. Ego uellem, ingt, aut te culpasse faciem maritæ. i. cõiugis Tęnariæ. i. Lacænę a parte totum. s. Helenes, aut tuam sup. faciem displicuisse illi. i. q uterq; alteri nõ tantum placuisset, ut tu eam rapere, & ea rapi uellet flebilis uxor uidetur noue dictum, ut sicut maritam uocat fœminam, ita uirum uocat uxorẽ, sed legendũ puto non uxor, sed ultor, caret enim exemplo, ut uir uxor dicatur, licet uxorius sæpe quã. i. quantum multis cum admiratione. q. d. plurimis. Et sua dẽt reduci uir meus arma Iouis Hic redux, actiue ponitur pro reducente, cũ apud Virgilium pro reducto legatur. Moris autem erat negocio arma consecrare deo præsidi negocii illius.

¶ Tenedos:

¶ TENEDO S:insula cōtra Troiam olim Leucophrys dicta:a Tene Cycni filio Tenedos est appellata: quam & Calymnam alii appellarunt. ¶ Rapere ausurus coniectura firmat solicitudinem suam nō esse uanam. ¶ Venerat,ut fama est: circunstantiis coiecturam probat. ¶ Pars quota:Phrygium numina,pars Paridē secuta est:licet spectabilis uenerit. ¶ His: opulentia uiri,classe quoq; defendi posse existimabas. ¶ Cōsors Ledæa:Helenam exprimit Castoris,Pollucisq;,q erant ge mini,sororem. ¶ Hæc:quæ te impulerunt. Hectora ne.quem:dubitatio timorem auget. Hectora quisquis is est,amplifica tio est sumpta a nomine. ¶ Hectora:Hectoris similis. ¶ Fas est:patefactis periculis cōsuluit,quid faciendum sit:fata enim

ANTO. Tenedos ubi Helena cuius soror

Ilion,& Tenedos,Simoisq;,& Xanthus,& Ide,
Nomina sunt ipso pene timenda sono.
Nec rapere ausurus,nisi se defendere posset,
Hospes erat:uires nouerat ille suas.
Venerat(ut fama est)multo spectabilis auro.
Quiq; suo phrygias corpore ferret opes.
Classe, uiris q; potens,per quæ fera bella geruntur,
Et sequitur regni pars quota quemq; sui.
His ego te uictam consors ledæa gemellis
Suspicor,hæc Danais posse nocere puto!
Hectora nescio quem,timeo,Paris Hectora dixit
Ferrea sanguinea bella mouere manu.
Hectora quisquis est,si sum tibi chara,caueto,
Signatum memori pectore nomen habe.
Hunc ubi uitaris,alios uitare memento,
Et multos illic Hectoras esse puta.
Et facito,ut dicas quoties pugnare parabis,
Parcere me iussit Laodomeia sibi.
Si cadere argolico fas est sub milite Troiam,
Te quoq; non ullum uulnus habente cadat.
Pugnet,& aduersos tendat Menelaus in hostes,
Vt rapiat Paridi,quã Paris ante sibi.
Irruat,& causa quem uincit,uincat & armis,
Hostibus e mediis nupta petenda uiro est,
Causa tua est dispar,tu tantum uiuere pugna,
Inq; pios dominæ posse redire sinus.
Parcite Dardanidæ de tot(precor)hostibus,uni,
Ne meus ex illo corpore sanguis eat.
Non est,quem deceat nudo concurrere ferro,
Sæuaq; in oppositos pectora ferre uiros.
Fortius ille potest multo,qui pugnat amore,
Bella gerant alii,Protesilaus amet.

erant:ut Troia Græcorū uirtute caderet. ¶ Tendat Menelaus: a iusto arguit. ¶ Nam pro uxore fas est maritum pugnare apud Homer. Menelai,& Alexandri pugna est:qua Alexander cecidisset,nisi Venus pugna illum auertisset. ¶ Est dispar : non conuenit cum Menelao. Nam tibi uxor domi seruatur. ¶ Tu tamē uiuere pugna:simplex enthymema est : quia,inqui,tibi uxor domi seruatur,pugna tua est,ut ad eam incolumis redeas. ¶ Parcite Dardanidæ:apostrophe pathos augetur. ¶ Meus sanguis: nā salus mea a Protesilao pendet:cuius uulnera mea sunt. ¶ Fortius ille potest,Menelaus,qui amore pugnat,fortior est.

¶ ILION:dicit,quod quoties audit aliquod nomen regionis Troianę:fere solo nomine terretur. Ilion oppidum ipsum Troiæ. ¶ Tenedos insula in conspectu Troiæ:quam a Tene quodam,qui cum nouerca concubuit:occupatam,cum antea esset uacua:& ab eo nominatam Seruius scripsit. Diod. appellat Tenum:dicitq; eius patrem calumnia uxoris inductum filium Tenum in arca impositum in mare deiecisse:qua tēpestate acta est in Tenedum appulisset,Tenus mirabili deorum ope salutem consecutus insulæ imperauit:uir præclarus,ac iustitia,uirtutibusq; aliis immortalium honores assecutus. ¶ Et Xanthus fluuius iuxta Troiā,de quo diximus in Epistola Oenones. ¶ Ide: mons Phrygiæ:a quo & sylua Idęa. Virg. Idæa claram se condere sylua Cernimus:& idem,Iamq; iugis summæ surgebat Lucifer Idæ. hic declinauit græce ἴδη ἴδης. ¶ Pene,i.fere. ¶ Ipso sono,i.sola uoce,& nomine.q.d.ergo multo magis re ipsa. ¶ Nec rapere:occurrit obiectioni:quia posset dici,quod magna est potentia Græcorum:dicit quod Paris non rapuisset Helenam nisi uidisse se habere uires defendendi se contra Græcos. ¶ Ausurus,s.erat Paris,idest non fuisset ausus rapere. ¶ Hospes erat,i. peregrinus. ¶ Vires suas:idest quantum posset. ¶ Spectabilis: ornatus. ¶ Ferret:ostentaret. ¶ Suo corpore:quia qui uidisset eum ita ornatum:potuisset iudicare, q̄ diues esset Phrygia. ¶ Opes Phrygias,i.troianas. Virgil. Troianas ut opes : erat enī in toto oriente potentissimum imperium Troiæ. ¶ Classe: nauibus ¶ Viris:numero uirorum. ¶ Per quæ : idest per quas res,s. naues,& uiros. ¶ Geruntur bella:quia sine uiris bella geri non possunt:nec rursus sine classe:cum ad eos,qui separantur mari,transituri sumus. ¶ Quota,i.minima: ut Iuuen. quota portio fecis Achææ.& est sensus potens est classe, & uiris : & habet secum minimam partem sui regni. ¶ His ego : dicit Laodomia

HVBER. Tenedos

Xanthus Ide mons

Helenam esse captam amore Paridis,propter supradicta. ¶ Ledęa:Helena filia Ledæ,possessiuum pro patronymico. ¶ Cōsors:idest soror & sanguine coniūcta. ¶ Gemellis:idest Castori,& Polluci,qui gemini fuerunt eodem nati ouo : ut supra diximus. ¶ Hæc,scilicet diuitias,& potentiam Troianorum. ¶ Posse nocere Danais:idest Græcis. ¶ Nescio quem:quasi dicat inter Troianos fortissimum. ¶ Paris Hectora:probatio fortitudinis Hectoris ex testimonio Paridis. ¶ Sāguinea:cruētata:qui semper interficit aliquem. ¶ Ferrea bella:aut aspera:aut quæ ferro geruntur. Hectora : adiurat Protesilaum per amorem suum,ut caueat hunc Hectora. ¶ Si sum chara tibi:si me amas. ¶ Signatum:infirmum:& quasi signo quodā notatum. ¶ Nomen,scilicet Hectoris. ¶ Vbi:postquam. Hūc:Hectora. ¶ Alios:Troianos. ¶ Multos Hectoras:idest multos fortes,qualis est Hector. ¶ Parabis pugnare:idest ingredieris pugnam. ¶ Me parcere sibi:idest me habere respectum sui: & ut me ei seruem. ¶ Si fas est:idest si licet,& fata permittunt. ¶ Cadere:idest ruere. ¶ Non ullum:idest nullū. ¶ Pugnet: hoc dicit:sine ut Menelaus,ad quem pertinet recuperare uxorem,pugnet ipse. ¶ Nupta:uxor. ¶ Petenda:aperienda. ¶ Viuere.p.sicut Menelaus,ut Helenam habeat,pugnet,ita,ut me habeas,tu uiuere pugnes.

Castor & Pollux

¶ ILION & Tenedos,declinatur hoc Ilium,uel Ilion,huius Ilii. Nam quæ apud nos exeunt in um,si sunt græca, exeūt apud eos in on,reperitur tamē etiam hæc Ilios,& apud hunc,& apud Hora. Ilion autē erat regia Priami in Phrygia,quę expugnabatur. Tenedos insula in cōspectu Troiæ. Simois,& Xanthus fluuii Troiani,Ida,sylua troiana. Pars quota,quę q; sui , quasi dicat rarissima quæq; unde non legam quenq;. Eleganter autem ponitur,quisq;,cum quotus,& coniūcta petunt fere negatiuam responsionem. Consors Ledæa,idest filia Ledæ soror gemellorum:hoc est, o Helena, ego reor te uictam his,scilicet opulentia,classe,& uiris Paridis. Hectora,nescio quem. Formidandum docet nomen Hectoris,de quo tāta prædicantur. caueto,idest fugito. Hor. hic niger est,hunc tu Romane caueto. Memori pectore. Vir. etiam in accusatiuo memor genere neutro dedit dicens. Curæ numen habet,iustumq;,memorq; precatur. Multos Hectoras,i. fortes Parcere me iussit Laodomia sibi,ut amore,non timore abstinuisse bello putetur. Si cadere:idest siquidem fas est,quia infantis esse censet. Te quoq;,hoc est cadat sine te. Parcite Dardanidæ preces uanæ,si hosti deferantur,Sed quia per apostrophen legendæ,& a uiro scribantur,multum gratiarum habent. Nō est,quem deceat.q.d.non hic uobis capitali odio cruentum inferet bellum,parcite ergo ei,& conuertite ferrum in capita bellorum Menelaum,in Agamemnona.

ASCEN.

Hunc fateor,uolui reuocare,animusq; ferebat,
Substitit auspicii lingua timore mali.
Cum foribus uelles ad Troiam exire paternis,
Pes tuus offenso limine signa dedit.
Vt uidi,ingemui,tacitoq; in pectore dixi,
Signa reuersuri sint precor ista uiri.
Hæc tibi nunc refero,ne sis animosus in armis,
Irritus in uentos hic timor omnis eat.
Sors quoq;,nescio quem,fato designat iniquo,
Qui primus Danaum Troada tanget humũ.
Infelix,quæ prima uirum lugebit ademptum,
Di faciant,ne tu strenuus esse uelis.
Inter mille rates,tua sit millesima puppis,
Iamq; fatigatas ultima uerset aquas.
Hoc quoq; præmoneo,de naue nouissimus exi,
Non est,quo properes,terra paterna tibi.
Cum uenies,remoq; moue,ueloq; carinam,
Inq; tuo celerem littore siste gradum.
Siue latet Phœbus,seu terris altior extat,
Tu mihi luce dolor,tu mihi nocte uenis.
Nocte tamen,quã luce magis,nos grata puellis,
Quarum suppositus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces cœlibe somnos:
Dum careo ueris, gaudia falsa iuuant.
Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
Cur uenit a uerbis multa querela tuis?
Excutior somno,simulachraq; noctis adoro,

ANTO. Antiquorũ auguria Protesilai mors ¶ VOLVI reuocare:ne ad bellum ires. ¶ Animus quæ ferebat:præsagiebat,nescio quid futuri mali: a bello abstinendũ esse,ab auspiciis arguit. ¶ Mali auspicii:tacui ne forte malum omen discedens captares. ¶ Pes tuus offensus limine:pedum offensiones in auguriis esse,scribit Plinius,easq; male ferre præsagia Tibullus docet:O quoties,inquit,ingressus iter mihi tristia dixi:Offensum in porta signa dedisse pedem. ¶ Vt uidi pedis offensionẽ. ¶ Eat in uentos:sit uanus. ¶ Sors quoq; nescio quem:in fatis est nomine non exposito,qui primus in littus Troianum appulerit,perire debere.Protesilaus enim cũ primum appulisset a uiro Dardanio:ut scrib.Homer.trucidatus,quem alii Aeneam fuisse scribunt,qui illũ peremerit.Romæ,Prænestæq; sortes in templo Fortunę pendebant ante arã. ¶ Strenuus:ut primus in littus troianũ uelis appellere. ¶ Millesima:ultima. ¶ Terra paterna:sed hostilis. ¶ Remoq; moue:impellas uelo:& remo nauim,cum redieris. ¶ Latet:sub terris est. ¶ Venis dolor:me dolore cogis. ¶ Cœlibe: sine uiro, abiicit suspitionem. ¶ Somnos mendaces,qui uirum referebant. ¶ Gaudia falsa:erant ea,dum cum absente marito rem habere uidebatur. ¶ Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?præsagit futurum Protesilai interitum. ¶ Multa querela: Protesilai umbra cum Laodomia queri uidebatur. ¶ Adoro nocturnas umbras, supplicationibus placare nitor:ne me terreant.

HVBER. ¶ NVNC fateor:quasi dicat,quod ante dicere non sum ausa. ¶ Reuocare:ne ires ad bellum troianũ. ¶ Ferebat: idest cupiebat. ¶ Substitit:idest destitit:cessauit timore mali auspicii: idest metu,ne darem tibi malum auspicium,& augurium reuocãdo: quod solet uulgo credi. ¶ Cum foribus:dicit quoddam omen: quod apparuit:cum Protesilaus esset ex domo sua exiturus ad bellum troianum:quia cæspitauit in limine domus. ¶ Signa: auguria. ¶ Offenso:tacto. ¶ In pectore tacito.i.tacita, & mecum dixi. ¶ Ista sint signa uiri reuersuri:idest utinam hęc sint signa, quod maritus meus possit reuerti a bello troiano. ¶ Refero: dico. ¶ Nunc:quæ ante non ausa sum dicere. ¶ Ne sis animosus.i. ne sis audax. ¶ In uentos: in nihilum.i.ut frustra sit. ¶ Sors.i. oraculum. ¶ Designat.i.destinat. ¶ Fato:idest morti. ¶ Nescio quem:idest quendam. ¶ Qui primus Danaus: idest primus ex Græcis. ¶ Troada:Troianum. ¶ Adeptum:sublatum, & ereptum sibi. ¶ Strenuus:audax,& animosus:ut uelis primus exire in terrã troianam. ¶ Millesima.i.ultima:quia inter mille:millesimus dicitur ultimus,qui facit nomen numero millenario. ¶ Verset:mouet. ¶ Iam fatigatas.i.iam impulsas, & commotas remis aliarum. ¶ Nouissimus:extremus.s. ¶ Præmoneo etiam te nõ solum,ut tua nauis sit ultima,quæ appellet ad littus Troianum:sed etiam tu sis ultimus,q de ipsa naui descendas. ¶ Terra quo prope,idest quo properare debeas, & ita legendum est properes.& ordo est:terra non est tibi paterna, quo properes: idest quo debeas ita celeriter ire:quia ad terram paternam omnes libenter properant. ¶ Cum uenies.dicit ei esse properandum:cum redibit. ¶ Cum uenies:cum redibis in patriam:utere remis,& uelis ad nauigandũ. ¶ Siste:fige: pone. ¶ Gradũ: gressum:idest cito descende in tuum littus,quando redibis. ¶ Siue:dicit se diu,noctuq; assiduis curis angi propter absentiam mariti:& eius pericula:sed magis tamen nocte. ¶ Latet nocte:eadem sententia usa est supra Hermione ad Orestem, Cum tamẽ altus equis Titan radiantibus instat Perfruor infelix liberiore malo &c. ¶ Nox grata:dicit quare maior dolor sit ei nocte,q̃ die:quia nox aptissima est uoluptatibus puellarum,sub quarum collo mariti brachia tenere solent:& eas crebro amplecti,& osculari. ¶ Aucupor:dicit se multa somniare de marito:quæ licet sint falsa, tamen afferunt uoluptatem, aucupor:capio. ¶ Mendaces:falsos Cœlibe lecto:idest sine marito,nam cœlebs dicitur teste Prisciano,qui cœlestem uitam agens.Cœlebs autem dicitur:qui,uel quæ coniugio non copulatur,Hor.in epistola.Nil ait esse prius melius nil cœlibe uita. ¶ Iuuant:delectant. ¶ Dum careo ueris:idest dum non habeo uera gaudia cum marito meo. ¶ Sed tua:dicit sibi apparere tristitia omina:scilicet imaginem ipsius Protesilai morti. ¶ Pallens mortua.Virgilius,Ora modis attolens pallida miris. ¶ Occurit:apparet. ¶ Cur uenit a uerbis.i.cur uideor audire te multa conquerit. ¶ Excutior:uiolenter excitor. ¶ Adoro:idest oro. ¶ Simulachra noctis:idest ipsos somnos,qui nocte habentur.

Cœlebs quis sit

ASCEN. ¶ NVNC fateor,recitat præsagia futuræ mortis,atq; omina,quæ cum fierent,ne accepisse putetur,timuit reuocare maritum,quia reuocando ratum fecisset omen,& ille forsitan nihilominus obiisset.unde tutius putauit tunc dissimulare, q nunc territa in somniis,ut caueat,monet.Foribus exire paternis,sic Virg.Quãuis multa meis exiret uictima septis. Exeo enim ablatiuo iungitur,quia componitur ab ex,& accusatiuo secundum Alexã.quia componitur etiam ab extra.ut uidi idest statim postq̃ uidi.Signa reuersuri,magni animi est mali ominis signa in melius cõuertere,atq; interp̃tari.Sors quoq;, ergo & ipsa sortilegos cõsuluerat,territa,scilicet in somniis,& malo omine. Qui primus.ordo est,eum qui primus Danaũ pro Danaorum,hoc est Gręcorum,seu Argiuorum tanget humum Troada,idest troianam.patronymicum enim est pro patrio,seu possessiuo positũ,hæc Troas,huius Troados,huic Troadi,hanc Troada.Remo & uelo.idest plena opera, q̃ fit uentis,& uelis hoc est ultimus descendas in terram hostilem,& primus redeas in patriam.Luce,idest interdiu.orator diceret luci,potius q̃ luce.Lacertus,idest brachium condormientis.unde in canticis.Læua eius sub capite meo,& dextera illius amplexabitur me.In lecto cœlibe,idest sine coniuge.Cœlebs enim dicitur quicunq; extra coniugium uiuit, siue caste, siue non,unde & cœlibatus eius,qui ita uiuit,status.Dum careo ueris gaudia falsa,idest simulata.iuuant, idest delectant, quod Epicureis summope persuasum est.Sed tua cur nobis.Causam mittendæ Epistolæ recitat. Excutior somno, quod Seruius futuri mali prognosticon putat.nã cũ somnus,inquit,sit donum deorum.(Sicut dicitur.ii.Aene.Tempus erat,cũ prima quies mortalibus ægris Incipit,& dono diuum gratissima serpit)non excutitur uehementer sine futuro malo.

¶ Thessalis

¶ THESSALIS ara:sacrificio in omnibus templis eius Thessaliæ reg onis,quam tenemus.¶ Meo fu.ad odores, qui in sacr s utebant,fumū referas.¶ Quæ sparsa:tura lachrymis spargūt.¶ Relucēt.emicāt cū crepitu,qđ accidit,si uinū flāmis affundat.¶ Affuso mero.uinū in sacris adhibebāt cū lacte:si manes,& nocturnas umbras essent placaturi, adhibebāt, & hostiarum sanguinē.¶ Quādo ego:pathos ab acclamatione.¶ Soluat:lāguescat nimio gaudio,qđ ut diximus, & in nimio timore contingit.¶ Tuæ militiæ:quā ad Troiam gessisti.¶ In his:inter oscula.¶ Dulci mora:intercapedine iucunda fouetur.¶ Troia:picula Troiani belli.¶ Exire:ex Aulide orā soluere.¶ Inuitis aquis.aduersantibus aquarū numinibus.

ANTO. Antiquos mos Inachus Inuideo

Nulla caret fumo thessalis ara meo.
Thura damus,lachrymasq; sup,,q̄ sparsa relucēt,
Vt solet affuso surgere flamma mero.
Quando ego te reducē cupidis amplexa lacertis
Languida lætitia soluar ab ipsa mea?
Quando erit,ut lecto mecū bene iunctus in uno
Militiæ referas splendida facta tuæ?
Quæ mihi,dum referes,quāuis audire iuuabit,
Multa tamen rapies oscula,multa dabis.
Semper in his apte narrantis uerba resistunt,
Promptior est dulci lingua referre mora.
Sed cum Troia subit,subeunt uentiq; fretumq;,
Spes bona sollicito uicta timore cadit.
Hoc quoq;,quod uenti prohibent exire carinas,
Me mouet inuitis ire paratis aquis?
Quis uelit in patriam uento prohibente reuerti?
A patria pelago uela uetante datis.
Ipse suam non præbet iter Neptunus ad urbem,
Quo ruitis?uestras quisq; redite domos.
Quo ruitis Danai?uentos audite uetanteis,
Non subiti casus,numinis ista mora est,
Quid petitur tanto,nisi turpis adultera,bello?
Dum licet,inachiæ uertite uela rates.
Sed quid ego reuoco hæc,omē reuocātis abesto,
Blandaq; compositas aura secundet aquas,
Troadas inuideo,quæ sic lachrymosa suorum
Funera conspicient,nec procul hostis erit
Ipsa suis manibus forti noua nupta marito

¶ Quis uelit in patri.dissuadet nauigationē ad eorū uoluntatē: in patriam,inquit,per tempestatem nauigationem differimus, multo minus i hostiles horas maxime Neptuno aduersante nauigandū est.¶ Sum urbem:Troiam dicit, quā Neptunium fabricasse tradunt.¶ Numinis:Neptuni.¶ Turpis adultera:a causa nauigationē dissuadet:quam extenuat.¶ Inachiç: Inachus Argiuorum uetustissimus rex:unde Græcos Inachos appellamus. ¶ Reuoco:correptiōe utitur:quoniam reuocatio omen aduersum facere cōsueuit.¶ Reuocantis omen quicquid mali ominis est.¶ Abesto:sit irritū.¶ Troades iuideo.Fab.notat ueteres dixisse te iuideo:licet iuniores tibi iuideo dixerit.¶ Fune,mortes. ¶ MEO Fumo.i.meo sacrificio:quia ubiq; sacrifico. ¶ Super .i.thura.¶ Quæ.s.thura.¶ Sparsa:madefacta,& aspersa lachrymis.¶ Relucent:incenduntur.¶ Vt solet:comparatio est.¶ Surgere:crescere.¶ Flamma:enim uino superfuso maior fieri solet. ¶ Quando ego:ostendit quanto affectu eius reditū expectet. ¶ Lāguida:deficiens.¶ Soluar:cadam.¶ A mea lætitia ut enim nimio dolore:ita & nimia lætitia homines deficere solēt: immo & plerunq; mori:refert Valerius maximus libro nono exemplū in duabus mulieribus:quæ nimia lætitia ex insperata salute filiorum,quos periisse audierant,expirauerūt.¶ Referas : narres ut solent mariti a bellis reuersi.¶ Iuuabit:delectabit, & placebit.¶ Rapies:a me.¶ Resistunt:remorantur:retardātur.¶ Apte:cōuenienter:grate.¶ In his.s.osculis.¶ Promptior : paratior. ¶ Dulci:grata.¶ Mora:spatio.qa recreata aliq̄tulum,hic spatio osculandi promptior postea efficitur ad narrādum. ¶ Sed cum Troia:ostēdit superius se delectari falsis somniis de marito suo quem interdum insomniat esse secum:postea uero ostendit quāto affectu,eum reuerti optet,& speret:nunc dicit, quod quando recordatur belli Troiāi:& nauigationis eius, amittit omnē spem.¶ Subit:uenit in mentem.¶ Fretum : per quod nauigas: quod habet tot,& tanta pericula.¶ Cadit:deficit.¶ Hoc quoq; quia supra dixit se audisse eos remorari in Aulide:dicit nunc qđ ueretur:ne illud sit malum omen:ne dei per hoc significent,qđ nolint nos nauigare.¶ Exire:discedere ex Aulide.¶ Mouet:terret,& turbat me.¶ Inuitis:contrariis,& uos prohibentibus.¶ Quis uelit:quasi dicat nullus:& est argumentum a maiori ad minus:si enim nemo cōtrariis uentis uellet redire in patriam suam,cuius quisq; cupidissimus est:quāto minus deberet uentis contrariis,& mari prohibente a patria sua discedere.¶ Ipse suam:ostendit nunc quod contra uoluntate numinum nauigent:dicit enim Nuptunum deum maris impedire eorum nauigationem ad destruendam Troiam:quam ipse condidit:unde supra.Perdere quos possis melius Neptunia præbent Pergama.i.a Neptuno condita.¶ Quo ruitis:quo uaditis ita præcipites,& inconsiderati.¶ Domos.s.uestras.¶ Audite:sentite:& eis ne resistite.¶ Ista mora:quam nūc facitis in Aulide:cum non potestis inde discedere.¶ Non est subiti casus.i.nō est fortuita:& ex aliquo subito casu:ut uos fortasse putatis.¶ Est numinis:de est sed est.i.sed diuinæ uoluntatis.¶ Quid petitur:arguit a causa:dicit enim causam esse turpem & in honestam:cui nullum debeant præstare fauorem:quia tanto bello repetitur tantummodo adultera.¶ Rates inachiç.i.grçcæ:uel argolicæ:Nā Inachus pater ιοῦς regnauit Argis:unde Argiui nonnunquam Inachi dicuntur.¶ Vertite uela.i.reuertimini in patriam.¶ Dum licet:uobis.¶ Sed qd ago reuocantis:sic legendum est,nō autem ego:cuius ultima syllaba semper breuis est.¶ Omen reuocantis abesto.i.utinam nullum sit malum omen ex reuocatione mea.¶ Compositas: quietas. ¶ Blanda:mitis:suauis.¶ Troadas:dicit feliciores esse mulieres Troianorū:contra,quos geritur bellum:quā uxores Græcorum:qui gerent ipsum bellum.¶ Troadas inuideo:pro inuideo Troadibus.i.fortunæ Troianorum:notāda hæc locutio:ubi inuideo cū solo accusatiuo,siue datiuo iungitur,quod nusq̄ alibi me legere memini:nā cū accusatiuo,& datiuo sæpe ponitur:ut Te ne,inqt,miserande puer,cum læta ueniret:Inuidit fortuna mihi:& Liber pāpineas inuidit collibus umbras.¶ Funera:cædes.¶ Suorū:maritorū,uel parentum:& fratrum.¶ Noua nupta:pauloante maritata.¶ Suis:propriis. ¶ CARA Thessalis.i.thessalica.iterum patronymicum pro patrio, seu possessiuo,ut solet affuso mero.i.postq̄ affusum est merum.Quando ego te reducem.i.reductum,aut reuertentem.Soluar ab ipsa.ordo est.Ipse.i.ego soluar languida ab lætitia mea,quia Aulus Gelius docet enectas esse mulieres non minus gaudio uehementi,q̄ dolore.Militiç referas.At qui dixerat Bella gerant alii,Protesilaus amet,quo ergo nunc dicit,Militiæ referas splendida facta tuæ.Sed nō est uitiosum poetæ,si eam inconstantiam dat mulieri,amant enim laudem,licet cum periculo mereri nolint.Sed cum Troia subiti,idest ꝑfectio troiana,quam paratis inuitis uentis,& aquis,cum tamen repugnantibus illis nemo in patriā redire paret Quis uelit &c.q.d.nemo.Et tamen uos datis patria pelago uela uetante.Quisq; redite,locutio congrua in re.nam quisq; uim collectiuam habet.Quid petitur.dehortatur a bello ob indignitatem causæ.Troadas inuideo.i.inuidia prosequor,nam nos diceremus Troadibus inuideo.Sensus est.ego inuideo id Troadibus.i.Troianis mulieribus, est enim patronymicum a patria,q; si funera.i.mortem suorum conspicere cogentur,præsentes tamen erunt & maritos armabunt.

HVBER.

Hominum pro nimia lætitia uel dolore uarii affectus

Argumentū a minori ad maius

Inachus Inuideo de quo supra

ASCEN.

Imponet galeam, barbaraq; arma dabit.
Arma dabit, dũq; arma dabit, simul oscula sumet.
Hoc genus officii dulce duobus erit.
Producetq; uirum, dabit & mandata reuerti,
Et dicet referas ista face arma Ioui.
Ille ferens dominæ mandata recentia secum,
Pugnabit caute, respicietq; domum.
Exuet & reduci galeam, clypeumq; resoluet,
Excipietq; suo corpora lassa sinu.
Nos sumus incertæ, nos anxius omnia cogit,
Quæ possunt fieri facta putare, timor.
Dum tamen armã geris diuerso miles in orbe,
Quæ referat uultus, est mihi cera tuos.
Illi blanditias, illi debita tibi uerba
Dicimus, amplexus accipit illa meos.
Crede mihi plus est, quam quod uideatᷣ, imago,
Adde sonum ceræ, Protesilaus erit.
Hanc specto, teneoq; sinu pro coniuge uero,
Et tanquam possit uerba referre, queror.
Per reditus, corpusq; tuum, mea numina, iuro,
Perq; pares animi, coniugiiq; faces,
Perq;, quod ut uideam canis albere capillis,
Quod tecum possis ipse referre, caput.
Me tibi uenturam comitem, quocunq; uocaris:
Siue, quod heu timeo, siue superstes eris.
Vltima mandato claudatur epistola paruo,
Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui.

ANTO. ¶ IMPONET galeam: ad Andromadem referendum censeo: quæ apud Homer. Hectori arma ministrat. ¶ Arma dabit: colorem, quem Cicero traductionem appellat: repetitur enim idem uerbum. ¶ Producet: lõga mora detinebit. ¶ Reuerti: hoc mandabit, ut confestim redat: ¶ Ista: ferrũ uoluit intelligere, quo spolia inferebantur diis. ¶ Respicet: habebit suæ domus, & suorum rationem interpugnandum. ¶ Excipiet: fouebit: ut Paridi cõtigit, qui post pugnam, quam cũ Menelao gessisse diximus, a Venere reductus in sinu Helenæ se refouit. ¶ Quę possunt fieri, quæ aduersa possunt cõtingere. ¶ Diuerso orbe. Asiam significat: quæ ab Europa diuersa est: ubi bellum gerebatur a Grecis, qui Europei sunt. ¶ Cera: ceræ imago: Romanorum cõsuetudinem exprimit: apud quos in atriis cerei uult⁹ singulis depositi armariis seruabanᷣ: ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera. ¶ Illi: cereæ imagini. ¶ Dicimus blanditias: ut tibi pręsenti blandiremur. ¶ Plus est: habet plus momenti. ¶ Quam quod uideatur: quoniam nõ imago: sed Protesilaus uidetur. ¶ Queror: apud imaginẽ hanc perinde, atq; sentiret, querimonias habeo. ¶ Per reditus: iureiurando claudit epistolam: aperitq; tãtisper sibi uitam placere: donec uiuat Protesilaus. ¶ Faces animi, & coniugii: Hymenæi & Cupidinis numina intelligit: uterq; faces habet. ¶ Ipse: non alius uirorum fortium cadauera, si bello occubuerint, in patriam referebantur. ¶ Quocunq;: ad quęcunq; pericula: aut felicitatem. ¶ Siue quod heu timeo: tacuit, quod dictura erat: necaberis: ut interpellata locutione omen auerteret. ¶ Cura mei: quoniam uita utriusq;, & mors in te est.

Græci europei qui Romãorũ rit⁹ de imaginibus

Himenęi & cupidinis insignia

Antiquorũ ritus de cadaueribus

HVBER. ¶ BARBARA: Troiana. ¶ Sumet, a marito. ¶ Simul dãdo arma. ¶ Officii: scilicet osculandi. ¶ Dulce: gratum. ¶ Duobus: marito, & uxori. ¶ Producet: procul ducet: & comitabiᷣ. ¶ Mãdata reuerti. i. mãdata: ut reuertatur. ¶ Referas: reportes. ¶ Ioui: solebant enim reuertentes ex bello arma sua diis suspendere unde Virgilius, Armaq; fixit Troia. ¶ Ille: maritus. ¶ Ferens: habens. ¶ Recentia: adhuc memoriæ hærentia. ¶ Caute: sapienter. ¶ Respiciet domum. i. habet animum ad domesticos suos: & præsertim ad uxorem. ¶ Exuet. s. ipsa uxor spoliabit: & extrahet: reduci: reuerso incolumi. ¶ Resoluet: remouebit. ¶ Corpora fessa. s. mariti. ¶ Sinu: amplexu, & gremio. ¶ Nos: hanc cõditionem supra dictam habebunt Troianæ. ¶ Nos: scilicet græcæ. ¶ Sumus incertæ, scilicet, quid agatis: quia procul absũmus. ¶ Nos anxius, sensus est: ex timore puto omnia accidere tibi, q̃ possibile ẽ accidere. ¶ Putare facta. i. putare euẽisse tibi. ¶ Quæ possunt fieri: idest quæ sunt possibilia. ¶ Dum tamen: ostendit magnum argumentum amoris sui erga Protesilaũ: dicit enim, quod in eius absentia habet imaginem ceream ad eius similitudinem: quam secum tenet: & amplectitur pro marito. ¶ Diuerso orbe: idest in diuersa, & remota parte orbi. ¶ Cera: imago cerea. ¶ Referat: repræsentet. ¶ Verba debita tibi: idest quę tibi deberem dicere, si adesses: scilicet o dulcis coniux: & similia uerba. ¶ Accipit amplexus meos: idest eam amplexor: tãq̃ si tu ipse esses. ¶ Imago: illa cerea. ¶ Est plus. s. mihi. i. plus uoluptatis mihi affert. ¶ Quam quod uideatur. s. posse esse imago. ¶ Adde sonum ceræ. i. si habeat uocem. ¶ Erit Protesilaus. i. uideberis tu esse ille. ¶ Specto: cum delectatione intueor. ¶ Pro coniuge uero. i. loco ueri coniugis. ¶ Et queror: apud eam. ¶ Tanquam possit refferre. i. tãquam sit uiua: ut possit mihi respondere. ¶ Per reditus: iurat nũc se secuturam protesilaum: siue uiuum: siue mortuum. hoc est si uixerit se uicturam cum eo: si uero mortuus fuerit, se etiam morituram. ¶ Reditus: reuersiones. ¶ Mea numina: quod ego colo tanquã numen. ¶ Pares faces animi. i. per parem amorem. ¶ Faces coniugii. i. tedas: quæ in coniugio nostro affuerũt. ¶ Et per caput quod ut. i. utinam. ¶ Albere canis capillis. i. quod utinam uideam senescere. ¶ Referre: reportare. ¶ Me uẽturam. s. iuro. ¶ Quocunq;: in quamcunq; conditionem me uocaris. ¶ Siue uoluit dicere morieris: sed suppressit: & maluit intelligere q̃ exprimere. ¶ Quod: quam rem. s. ne moriaris. ¶ Heu: timeo. ¶ Vltima epistola. i. ultima pars epistolæ. ¶ Sit tibi: ecce mãdatum, ut seruet se: & propter seipsum: & propter uxorem: uerum cum Protesilaus primus egressus de naui in bello Troiano perisset, Laodomia eius morte audita, ex mariti desiderio in amplexu imaginis cereæ, quam supra apud se habuisse diximus: dicitur expirauisse. Seruius in sexto Aeneidos, dicit quod cum maritũ in bello Troiano perisse cognouisset: optauit ut eius umbram uideret: qua re concessa: ne defereret eam, in eius ampleximus periit.

Protesilai & Laodomię exitus

ASCEN. ¶ ARMA fac ista. Sic & prius, quia tamen fac producitur. credo tamen utrobiq; face legendum est, quo modo olim dicebatur, sicut nunc perfice. Quæ referat uultus &c. magni amoris indicium est amati colore effigiem. adde sonum. i. loquelam ceræ, idest imagini cereæ, Protesilaus erit, pro coniuge uero: idest loco coniugis ueri. Canis capillis, satis esset dicere canis. nam cani numero plurali pro capillis canescentibus accipi solent. Siue (quod heu timeo), idest mortuus. subaudi ab inferiori eris. ultima epistola, idest aut ultima pars epistolæ, aut ultimam, quam mittere constituerit, sed prior mihi placet interpretatio, hæc enim uidetur primæ epistolæ formam habere.

¶ In decimam

¶In decimam quartam epistolam Argumentum.

ANTO. Dana⁹ ubi regnauerit & quot filias habuerit

Danaus Beli filius superiorē Aegypti regionē tenuit:filias habuit qnquagīta.q̄s Aegyptus eius frater imperio inhians filiis totidē mr̄imonio:ūgi flagitabat:abnuebati Danaus:qm̄ sibi ex gn̄o exitiū īminere ex oraculo tulerat parata igit̄ classe in Pelopōnesum nauigauit:pus.n.in Græciā naues detulisse tradit̄:pulso Gelanore,quē ciues odisse:fert.Eusebius,Argiuorū potitus estimpio.Interea Aegyptus de fr̄is potētia exploraturus imittit filios hac lege,ut nō nisi intercepto Danao ad se redierint,aut filiarū cōnubia iniissent.Danaus obsidione coactus:sponsionē



de cōiugio dat:celebrant̄ nuptię:pu ellę accepto a patre gladio,ut iussū erat,pria nocte uiros omneis peme rūt.Dederat.n.poculū,ut alto somno tenerent̄.Hypmnestra Lino,quē Eusebius Lynceū appellat,pepcit so lū,suasitq̄:ut ad Agyptū patrē,q̄ p̄mū detecto facinore fugeret,a pre i uicula adacta,rogat Linū,quē serua uerat,ut ut opē ferat,captiuitateq̄ li beret:ut si mori cōtigat,ut sepulturę honore nō careat.Dana⁹cū apud Argos qnq̄ginta ānos regnasset,a Lino trucidat̄ ē:q liberata uxore Hypmnestra Argiuorū iperiū tēuit.Argiui sepulchrum Danao erexerūt in foro,qd̄ Palaiurto nuncuparunt.

Linus & Lynceus

Danai mors

Argumētū epistolæ

M Ittit:deest ep̄am.¶Cæteratur.criminis exprobratiōe i furias agere Linū conat̄:pathos quoq̄ a numero excitat̄.¶Iacet,inq̄t.x &.xl.¶Clausa do.te. cō miseratio a fortuna:sum,inq̄t,acta in custodiā.¶Coercita:astricta cathenis.¶Fuisse pi.patrē Danaū in odiū ducit,qd̄ erga piā impius sit.¶Dimittere fer.in te nō ausa ē.¶Laudarer:a patre cōmendarer,Esse ream p̄.malo ob pietatē a p̄re dānari.¶Quā sic:per scelus.¶Immunes cæ.facti constantiam in se commendat:non me,inquit,pœnitet me cæde tua non polluisse.

HVBER.

M Ittit Hypmnestra:Danaus & Aegypt⁹ Beli Prisci filii fuerūt:quoq̄ Danaus ex pluribus uxorib⁹.L.suscepit filias.Aegyptus uero fr̄ totidē uirilis sexus liberos.Sed cū Aegyptus istaret:ut filię fr̄is filiis suis nuberent:& Danaus ex oraculo accepisset se manibus gn̄i moriturū:recusabat hoc cōiugiū,q̄re orto iter eos bello:Danaus ex p̄ria fugiēs cū filiabus i Gręciā uenit:ubi Steleno Argiuorū rege expulso Argis regnauit:q̄a ut alibi dixi:ex authoritate Stra. adeo p̄cedētes loci illius reges excelluisse fert̄:ut q antea Pelasgi noiabant̄:iposita p Gręciā lege Danai uocitarent̄.Sed Aegypt⁹ ægreferēs se,filiosq̄ suos a Danao spretos:filios cū exercitu misit ad oppugnādū fr̄em Danaū:q tandē coactus filias suas fr̄is filiis despōdit:sed i ipso nuptiarū die gladios uirginibus dedit,q̄bus impauit:ut pria nocte uiros iterficerēt:eis nisi ita facerēt,cędē iterminat⁹:oēs igit̄ p̄ceptis p̄r̄nis paruerūt:sola Hypmnestra excepta:apd̄ quā plus ualuit cōsanguinitatis,& cōiugii pietas,& amor,q̄ ire,p̄r̄nę metus:hęc.n.Lynceo marito suo pepcit eūq̄ somno excitatū monuit:& ipulit:ut discederet:& fuga suę saluti cōsuleret:qd̄ ille fecit.Cū uero p̄r Danaus cognouisset ab oibus pfectū facinus,p̄terq̄ a sola Hypmnestra:eā crudelissime uinctā in carcere seruādā tradidit.Quare hāc Epi.ad Lynceū patruelē suū,& eūdē maritū scri.q̄ & p̄ceptū p̄ris:& facin⁹ sororū:& pietatē suā narrat:& q̄tū bn̄ merita sit de ipso Lynceo,Oratq̄ eū liberet ipsam his pœnis:qbus iniuste tenet̄,captataq̄ cōmiserationē ex fortūa,& ex crudelitate p̄ris.Postremo rogat Lynce :ut aut interficiat,& mortuā sepeliat:& sepulchro inscribat:queadmodū ipsa mortua est:ut Lynceū a morte liberaret.¶De tot:de.l.¶Mō.i.pauloante.¶Vni:soli.¶Cætera tur.fratrū tuorū.¶Iacet:periit.¶Clausa:narrat infortuniū suū.¶Coercita:ligata:cōstricta.¶Causa sup.causa pœnæ.¶Est fu.pi.est pp pietatē pepcisse tibi.¶Quod ma. ecce pietas.¶Sum re:accusor.¶Dimittere fe.iu.i te iugulare.¶Laudarer:a patre meo.¶Scelus:te interficiendi.¶Præstat:melius.¶Sic:interficiendo te.¶Non pi.qa fuit uoluntariū factū.¶Immunes:uacuas.¶Cædis:occisionis tuæ.

Stelenus q fuerit

P.OVIDII NASONIS SVLMONENSIS HEROIDVM LIBER QVARTVS.

HYPERMNESTRA LINO

M Ittit, Hypmnestra de tot modo fratribus uni,
Cætera nuptarū crīe turba iacet.
Clausa domo teneor, grauibusq̄ coercita uinclis,
Est mihi supplicii causa, fuisse piam.
Quod manus extimuit iugulo dimittere ferrum,
Sum rea, laudarer, si scelus ausa forem.
Esse ream præstat, quam sic placuisse parenti,
Non piget immunes cædis habere manus.

ASCEN.

M Ittit Hypermnestra &c.Nihil est,tota Ep̄la facilius ne nihil tū dicā ordinē subinde cōtraxero,q talis est:Hypermnestra filia Danai,& uxor Lini,seu Lyncei patruelis eius.patrueles autē sunt patrui.i.fr̄is p̄r̄ni liberi,mittit sup.salutē,aut ep̄am,uni modo.i.Lino:aut Lynceo,qui nō unus est,de tot:uidelicet qnquaginta fr̄ibus.Cętera turba.i.multitudo fratrū,iacet.s.p̄strata.crimine.i.homicidio.nuptarū.s.sororū Hypmnestræ. Ego teneor clausa,domo,& coercita.i.constricta,ne exeā grauibus uinclis pro uinculis.Fuisse piam.i.q̄ fuerim pia.Nam uerbū est,dū supponitur uerbo secū accusatiuū trahit,est mihi causa supplicii.hoc est q̄a te non occiderim,ut sorores sponsos suos,fr̄es tuos,afficior hm̄oi supplicio.Ego sum rea.i.criminor,& accusor a patre,q̄ idest q̄a,manus.s.mea extimuit immittere iugulo.i.iugulum tuū,qui est in gutture sanguinis meatus, ferrum.i.gladium,aut mucronem,& ego laudarer.s.a patre,si forē .i.essem ausa scelus.s.homicidii.Præstat.i.melius,& præstantius est,esse ream:idest q̄ sum rea,sic idest propter pietatem,& sine cæde mariti,q̄ placuisse.i.q̄ q̄ placuerim,sic idest per scelus,Parenti:idest Patri.Non piget.i.non tędiū est mihi,nec pœnitet me habere manus immunes:idest non participes,& operatrices cædis:idest occisionis.

ANTO. Creperũ a quo crepusculũ qd & unde dicat

¶IGNE: nuptiales faces intelligit. ¶ Quē nõ uio. tua cæde nõ polluimus. ¶ Sacris: quæ i nuptiis facta sunt: sacrificabãt enim in nuptiis, facesq; coniugales his sacris adhibebantur. ¶ Tendat in ora: in faciem immitat. ¶ Nõ be. sed crudeliter, & inhoneste. ¶ Pœnitet. si cogar mori, nunq̃ me facti pœnitere dicã. ¶ Sæuas: quæ dormientis uiros iugularũt. ¶ Hic so. euē. solet cõscia de culpa authorē uexare. ideo Iuue. extulit Exēplo quodcũq; malo cõmittitur: ipsi Displicet authori: prima ē hæc ultio, qđ se Nemo nocens absoluitur. ¶ Cor par. admo. sceleris narrationem aggressura facti immunitate dictu difficilem esse monstrat: ut grauius esse uideatur. ¶ Admonitu: recordatione. ¶ Ossa dextræ: quo fit, ut scribere non possim. ¶ Quã tu cæde putes: noli, inquit credere me potuisse te trucidare: nam timeo ad te scribere, licet nullã cædē patrarim. ¶ Sed tñ expe. siquo mõ possim scribere. ¶ Facta cre. creperum dubiũ dicimus: ide crepusculũ dicimus tp̄s noctis, lucisq; mediũ. ¶ Inachides: argiuas Inachidas appellamus, ad quē uetustissimũ Argiuorũ regem diximus. ¶ Magni sub tecta pe. Argiuorũ arcem intelligit, quã coluisse Danaum author est. Stra. Pelasgus, ut Diony. scri. Iouis, & Niobes filius primũ Argos tenuit. ¶ Socer: Aegyptus, fictũ est nã non erat Aegyptus cũ patratũ est scelus. ¶ Armatos: occultũ ferebant gladiũ a patre datum. ¶ Lampades: q̃ in ædibus accendebant, licet prius tm̃ in tēplis lychni, & lampades penderent. ¶ Inuitos: tam nefanda sacra respuere uidebantur.

Me pater igne licet, quem non uiolauimus, urat,
Quæq; aderant sacris, tendat in ora faces.
Aut illo iuguler, quem non bene tradidit ense,
Vt qua non cecidit uir nece, nupta cadam,
Non tamen, ut dicant morientia, pœnitet, ora,
Efficiet, non est, quam piget esse piam.
Pœniteat sceleris Danaum, sæuasq; sorores,
Hic solet euentus facta nefanda sequi.
Cor pauet admonitu temeratæ sanguine noctis,
Et subitus dextræ præpedit ossa tremor.
Quam tu cæde putes fungi potuisse mariti,
Scribere de facta non sibi cæde timet.
Sed tamē experiar, modo facta crepuscula terris,
Vltima pars lucis, primaq; noctis erat.
Ducimur Inachides magni sub tecta Pelasgi
Et socer armatas accipit ipse nurus.
Vndiq; collucent præcinctæ lampades auro,
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus Hymē, Hymenæe uocãt, fugit ille uocãtes,

HVBER. Quæq; quot dictiones sint

¶ME pater, d cit. q̃ quis pr̃ ei paret oia gña crudelissimę mortis: q̃ cõmemorat: nõ tñ poterit efficere: ut eam pœniteat pepercisse ipsi Lynceo: & usam fuisse ea pietate. ¶ Licet: q̃uis. ¶ Quē non ui. quē non læsimus ulla iniuria. ¶ Quæq; duæ sunt dictiones: & subaudit licet. ¶ Tēdat. i. imitat. ¶ In ora: in faciem meã. ¶ Faces, q̃ ade. quę erãt incēsæ. ¶ Sacris: nuptialibus. ¶ Aut: subaudi licet. ¶ Nõ be. tra. non iuste, neq; honeste mihi tradidit ad interficiendũ maritũ meũ. ¶ Nece, qua uir nõ cecidit. i. licet moriar ea nece, & morte: quã maritus meus euasit. ¶ Non tñ efficiet. pendet sensus usq; ad hunc locũ. ¶ Ora morientia. i. ora mei morientis. ¶ Pœnitet. i. facti. ¶ Nõ est. s. Hypermnestra. ¶ Danaum: patrē meum. ¶ Sceleris crudelitatis, quã mandauit. ¶ Sorores: q̃ pfecerunt crudelia mandata patris. ¶ Hic euentus. s. pœnitendi. ¶ Facta nefanda. i. crudelia: nam nefandorũ, nõ piorum operũ pœnitere solet. ¶ Cor pauet, amplificat bñficiũ suũ, & describit totum negocium. ¶ Admonitu. i. recordatiõe. ¶ Temeratæ: pollutæ, fœdatæ. ¶ Præpedit: impedit. ¶ Ossa dextræ. i. digitos. ¶ Quã tu. argumentũ est magnũ suæ pietatis. ¶ Timet. s. dextra mea. ¶ De cæ. de occisione. ¶ Non fa. si per a se. i. quã non fecit. ¶ Quã. s. dextrã. ¶ Putes: pro putet aliqs. ¶ Potuisse fungi cæde mariti. i. potuisse interficere maritũ. ¶ Sed tñ licet timeat. ¶ Experiar: tentabo: & conabor scribere. ¶ Modo facta. incipit narrare totius facti pcessum: sumpto initio, uñ oportuit. ¶ Modo uel nup. & pauloãte: uel tm̃ modo. ¶ Crepuscula creperũ: Var. & Festo testibus dubiũ sigñat: inde crepusculũ dr̃: cũ neq; lux, neq; tenebræ sunt. i. cum dies, an nox sit dubiũ est, id aũt tp̄s tã matutinũ, q̃ uespertinũ itelligimus: hic de uespertino itelligēdũ est: qđ declarat, cũ dicit. ¶ Vltima ps lucis: primaq; noctis erat: nã eo tpe nuptię fiebãt. ¶ Inachides: pneptes Inachi: nã Inachus genuit Io, ex ea, & Ioue natus est Epaphus. Ex Epapho Belus Priscus, ex Belo, ut diximus Aegyptus, & Danaus, cuiꝰ hę sunt filię. ergo Inachides. ¶ Pelasgi: is fuit rex: a quo ppl̃i qbus impauit, Pelasgi dicti sunt: q postea, ut supra diximus, Danai sunt noiati. ¶ Socer: Aegyptus. ¶ Armatas: gladiis istructas: quos Danaus nobis dederat. ¶ Pręcinctę auro ornatę: sicut i regalibus nuptiis mos erat. ¶ Impia: q̃ ab ipsis offerebant. ¶ Inuitos: nõ libēter accipiētes ipsa thura, & sacrificia, q̃ ab ipsis offerebant. ¶ Vulgus Hy. h̃ uox celebrat i nuptiis, et epithalamiis iuocabat. n. Hymenęus deus nuptiarũ: ut ēt Catullus oñdit Hymenęe legēdũ in ucto: supra alibi diximus: nã Hymenęa i actõ dicere nõ possumus, sed Hymenęõ. ¶ Fugit qa ad infaustas nuptias nõ solet uenire, uñ supra Hipsiphyle. ¶ At mihi nec Iuno: nec Hymē: sed tristis Erinnys Pertulit infaustas sanguinolēta: faces.

Crepusculum

Inachi pꝛopia

Pelasgi uñ dicti

Antiquorũ ritus nuptialis

ASCEN.

¶LICET. i. tametsi pr̃ urat me igne. s. regali, quē nõ uiolauimus. s. in nuptialibus tedis, ac facibus: quæq;. i. & q̃ hoc est, & licet tendat in ora. i. in faciē (nã id fieri solet iis, q exurunt, ut suffocent) faces. i. nuptiales, q̃ aderãt sacris. s. nuptialibꝰ, & Hymenæis. aut licet pr̃ iugulet me illo ense, quē tradidit. nõ bñ. i. indecenter, & iniuste cõtra fidē, & ęquitatē, ut uidelicet ego nupta cadã sup. ea nece, q̃ uir nõ cecidit, tñ pr̃ nõ efficiet ut ora sup. mea moriētia. i. ēt in morte, dicant pœnitet, suppie nõ ppetrasse facinus, nã sup. Hypermnestra nõ est sup. ea quã piget esse piã. Pœniteat. i. iustũ est, ut pœniteat, aut imperandi ē. Danaum. s. patrē meũ, sed aptius dicit Danaũ, q̃si scelestũ illũ hoiem, q tm̃ scelus pcipere ausus est. Nã in patris cõpellatiõe nescio qd sacrilegi est, si execratio cõmisceat q̃tũcũq; scelestus sit, pœniteat ergo Danaũ sceleris, & sorores sęuas. i. immites, hic euentus. i. pñia, solet se q facta nefanda. q. d. nõ pia, qa neminē pprie pœnitet, q male nilꝰ cõmisit. Cor pauet admonitu, facta digressione recitat facinoris atrocitatē, ut & in se cõmiseratione, & in patrē odiũ concitet. ¶ Admonitu. i. admonitione, ac cõmemoratiõe, noctis temeratæ. i. pollutæ, & contaminatæ, sanguine. i. effusione sanguinis. Quia. n. nocte intēpesta ne bonũ qdē opus faciendũ est, grauius puniunt, q scelus ppetrant, & subitus tremor ꝓpedit. s. a scribendo. dextræ. Ea sup. quã tu putes. i. putare possis potuisse fungi cæde. i. occidendi negociũ explere. nõ timet scribere, & cęde facta sibi. i. a se, sed manus mea timet scribere de cæde, ergo nõ potuisset fungi cæde. Aut interrogatiõe, quã putes potuisse fungi cęde mariti. q. d. non manũ meã. qa timet scribere de cæde nõ facta sibi. i. a se. Sed tñ experiar. i. scribere conabor de cęde, quam facere non potui. Vltima pars lucis &c. sic legēdũ est, nam q legeret Vltima pars noctis, primaq; lucis erat, totã inuerteret sñiam. crepusculũ. n. est tp̄s dubium, cũ tenebræ lucē uincere incipiũt, & diluculũ ecõuerso, cum lux discernit a tenebris fugatis. duci aũt solent nuptæ sub noctē, quę tunc imminebat. Vñ dicitur, dũ nox finit, effuge dixi: dũ nox atra finit. Nos Inachides. i. puellæ Argiuæ ab Inacho Argiuorũ rege originē ducētes, aut denoiatæ, ducimur sub tecta. i. in regiam, magni Pelasgi. i. quã regiã, aut quæ tecta Pelasgus Argis extruxerat. Et ipse socer, hoc ē legatus Aegypti, & eius locũtenēs: accipit nurus. i. nos filias Danai, filiorũ suorũ sponsas, armatas. s. armis inuasimus, uidelicet mucronibus, quos pr̃ singulis dederat. uulgus. i. totus populus, uocat. i. in signũ lætitiæ, & gaudii nuptialis, Hymē, Hymenæa, hoc est uocãdo dicunt Hymen, o Hymenæe, Hymen, o Hymenæe. alii legũt uocat, ut sit cõgrauitas in uoce, alii uocãt, ut sit in sensu qa collectiuũ est. Ille. s. Hymen deus nuptiarum fugit uocantes, quia noluit adesse, cũ infelices sciret fore nuptias, nec ueras, sed simulatas.

¶Iouis

IOVIS coniux: Iunonem significat: quæ qm̃ coniugiis p̃est, Iugaria appellabatur. ¶ Ab urbe sua: Argos dicit, qđ Iunoni charissimũ fuisse Vir. tradit inter Argos & Mycænas: templum est Iunoni utriusq; cõe, in quo sunt simulachra Polycleti p̃stantissima. ¶ Dubii: nutantes ebrietate. ¶ Flore no. in nuptiis, sertis, ut diximus ueteres cõsueuisse. ¶ Madidas: unguẽtatas. ¶ Sua busta: sepulchra fuerant: nõ thalami. ¶ Audire: erat gemitus cadentiũ, q iacebant, me audire opinabar. ¶ Vtq; leui zephy. a similitudine pathos auget. ¶ Quatit: inquit ut arbores uentis impulsæ. ¶ Vinaq; quæ dederat: infecisse pocula diximus Danaum: ut compressi somno altius dormirent: ut puellæ ad patrandũ facinus essent audaciores. ¶ Iussa pa. quæ

ANTO.
Argiuorũ arxa quo
Vsus lãpadum ubi

Ipsa Iouis coniux cessit ab urbe sua.
Ecce mero dubii comitum clamore frequentes,
 Flore nouo madidas impediente comas,
In thalamos læti, thalamos sua busta feruntur,
 Strataq; corporibus funere digna premunt.
Iamq; cibo, uinoq; graues, somnoq; iacebant,
 Securumq; quies alta per Argos erat.
Circum me gemitus morientum audire uidebar,
 Et tamen audieram, quodq; uerebar, erat.
Sanguis abit, mentẽq; calor, corpusq; reliquit,
 Inq; nouo iacui frigida facto toro.
Vtq; leui Zephyro graciles uibrantur aristæ,
 Frigida populeas ut quatit aura comas,
Aut sic: aut etiam tremui magis, ipse iacebas,
 Quæq; tibi dederam uina, soporis erant.
Excussere metum uiolenti iussa parentis,
 Erigor, & capio tela tremente manu.
(Nõ ego falsa loquor) ter acutum sustulit ensem,
 Ter male sublato decidit ense manus.
At rursus monitis, iussuq; coacta parentis
 Admoui iugulo tela paterna tuo.
Sed timor, & pietas crudelibus obstitit ausis,
 Castaq; mandatum dextra refugit opus.
Purpureos laniata sinus, laniata capillos,
 Exiguo dixi talia uerba sono.
Sæuus Hypermnestra pater est tibi, iussa parẽtis
 Effice, germanis sit comes iste suis.
Fœmina sum, & uirgo, natura mitis, & annis,
 Non faciunt molles ad fera bella manus.
Quin age, dumq; iacet forteis imitare sorores,
 Credibile est cæsos omnibus esse uiros.
Si manus est aliquam posset committere cædem,
 Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.

erant supba, me audaciorẽ fecerant ¶ Ter. acu. su. ensem: πάθος est a numero & modo. ¶ Externis: si filię nõ obtẽperassent: quo pacto cęteri eius iussa subirent. ¶ Tela pa. quę nõ ego sumpsi: sed pater dedit: ex quo uƭ factum excusare. ¶ Timor, & pie. ad mores pietas: timor ad sexũ referendus est. ¶ Sinus pur. uestes, q̃ erant purpureæ, quas & reges, & puellæ barbaræ gerebant: ad Græcos postea trãsiit. ¶ Exiguo so. leui murmure. ¶ Effice: nisi morte multari uelis. ¶ Sit co. cũ fratribus: occidat: utimur .n. cõtentione: disputat in utranq; partẽ, quid agendũ sit. ¶ Fœmina: a sexu excusatio, & tempore. ¶ Iacet: facultatem rei gerẽdæ monstrat: perficiã, inquit, iussa patris facillime: quoniam hic somno pressus iacet. ¶ Morte do. ipsam me peremissem.

Argos cui dicata in quo Policleti simulachra fueƭ

IPSA coniux Iouis: quæ solet adesse coniugiis. ¶ Cessit: discessit. ¶ Ab urbe sua. i. ab Argis: ubi p̃cipue colitur: & eo loco maxime delectatur: qa ut Stra. scri. Argis nata esse dicitƭ: uñ ipsa in. vi. Fasto. inquit. Pœniteat Spartẽ: Argosq; measq; Mycęnas: & ueterem latio supposuisse Samũ. Samum aũt dixerit: qa in ea cum Ioue nuptias celebrauit: dicit ergo eam fugisse ab Argis, ne interesset talibus nuptiis. ¶ Dubii. s. sponsi. ¶ Ferunƭ: eunt. ¶ In thalamos busta sua in. i. thalamos, qui erant futuri busta eorũ: est aũt appositio. ¶ Dubii. labantes. ¶ Mero pp uinũ, qđ biberant. ¶ Frequentes: densati, & circũdati. ¶ Impediente: ligante. ¶ Madidas: unguẽto delibutas. ¶ Premunt strata. i. iacent in lectis. ¶ Digna fu. quæ strata magis erant digna funere: qum nuptiis. ¶ Graues: grauati, & oppssi. ¶ Somno: qui maxime ex cibo, & uino fit. ¶ Alta qes. i. pfundus somnus. Iuue, & nos Consilium dedimus Syllæ, priuatus ut altũ Dormiret. ¶ Per argos securũ. i. ubi nullus erat timor: dicitur aũt hoc Argos: & hi Argi. ¶ Quid uerebar. i. quid timebam. s. cædes meorũ patrueliũ. ¶ Calor re. corpus: qa ex timore, ut sæpe notauimus: efficimur frigidi. ¶ Vtq; leui: comparatio est. ¶ Graciles: tenues. ¶ Aristę: sumitates segetũ. ¶ Vibranƭ: mouenƭ. ¶ Comas: frondes. ¶ Populi: arboris. ¶ Ipse: tu. ¶ Iacebas: dormiebas. ¶ Erãt soporis. i. erant uina, quæ facerent soporem. ¶ Violentia: crudelia. ¶ Erigor: ex lecto. ¶ Tela: gladiũ. ¶ Male sublaco: non fortiter eleuato: uel male: non iuste cõtra maritum. ¶ Iussu parentis: qui mortem minatus fuerat: nisi te interficerẽ. ¶ Admoui: appropinquaui. ¶ Timor: qa naturaliter insitus ẽ mulieribus. ¶ Pietas: mea erga te. ¶ Crudelis au. i. phibuit, ne auderẽ iterficere. ¶ Dextra mea. ¶ Mãdatum. s. a patre meo. ¶ Sinus: uestes. ¶ Sono: uoce. ¶ Exiguo: tenui, demisso: ne audiret. ¶ Sæuus: dicit hæc uerba secũ. ¶ Iste: Lynceus. ¶ Sit co. ger. interficiaƭ, sicut alii frẽs sui. ¶ Fœmina: oñdit nũc, qđ nõ possit eũ interficere, & arguit a sexu, cũ dicit fœmina arguit ab ętate, cũ dicit. & Virgo. ¶ Molles: muliebres. ¶ Quin age: more muliebri uariat cõsiliũ: hortaƭ nũc seipsam ad iterficiẽdũ eũ: cũ antea dixerit se nõ posse. ¶ Fortes: aiosas. ¶ Credi. ẽ. i. credẽdũ est. ¶ Si ma. ẽt mutat cõsiliũ: & dicit qđ si eẽt possibile, qđ posset admittere cædẽ, iterficeret potiꝰ seipsam, q̃ Lynceũ. ¶ Hęc ma. s. mea. ¶ Haud: nõ.

HVBER.
Iuno ubi nata

Argos qũo declinetur

Mulierum natura

IPSA. s. pronuba, & cui uincla iugalia curæ, ut dicit Maro, coniux Iouis. s. Iuno, cessit ab urbe sua. i. Argis. uñ Aenei. i. ueterisq; memor &c. Prima qđ ad Troiã pro charis gesserat Argis. Ecce. q. d. ex iprouiso, dubii. i. incerti, qđ agerent. mero. i. pp uinũ per insidias p̃pinatũ frequẽtes. i. celebrati clamore comitũ. s. stipantiũ, & hoc nouo flore ipediẽte. s. ne uolitarẽt. comas madidas. i. cæsariẽ delibutã. feruntƭ, nõ dicit, ducunƭ, sed q̃si aganƭ. in thalamos, thalamos dicit sua busta. i. sepulchra, qa illic occidẽdi erant, & ęterno somno sepeliẽdi. bustũ aũt dr̃, quasi bñ ustũ, & est receptaculũ cinerũ ustorũ, quę in urnã cõdebanƭ, uñ ab urẽdo dicta sunt, sicut ustrina locus, ubi fiebat cadauerũ ustio. & p̃munt corporibꝰ suis. strata. i. lectos stratos digna funere. i. dignos taliũ morte. Iãq; cibo, uinoq; graues &c. hic locus approbat, qđ pus diximus legendũ. s. esse ultia ps lucis &c. qa nõ est uerisile uiolẽtos, & somnolẽtos in diluculo fuisse, sed uinolẽtos ab Danao dimissos in hospitiũ, qđ a coacto patruo susceperãt. Per Argos securũ. Argos ciuitas est in Achaia, in singulari fœminini gñis, in plurali masculini declinaƭ. n. hi Argi Argorũ, sed tunc ẽt populũ Argiuũ signat. Est eiusdẽ nois in Attica, & in Thessalia, seu Pelasgia, securũ dicƭ, qđ seorsum est a cura, licet sit in piculo. Accipiƭ ergo more poetico cõtinens pro cõtento, Argos pro Argiuis. Et declamat per cõtentionẽ, qa alii securi, sed circũ me gemitus. Sicut Aenei. iiii. Cætera p terras aĩalia somnus habebat &c. Quodq; uerebar erat. sic Sene. Quicqd uerebar accidit Et potuit facile suspicari maritos interfectos, qa & ipsa ad hoc Mucronẽ acceperat. Graciles Aristæ. i. spicæ, qa Zephyro flante necdũ p̃priæ Aristæ sunt, quę ab ariditate dicunƭ, sed spicæ graciles sunt, fiat. n. primo uere, unde in Georg. Vere nouo gelidus canis cũ montibus humor Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit. Frigida populeas, id in Autũno fit, sed tam uer, q̃ autũnus uentos habet plurimos. Ant sic tremui, aut etiam magis. Ipse, idest tu securus eras. sed non turus, iacebas. s. intrepidus, quæq; idest & quæ, hoc est & uina quæ dederam tibi, erant sup. uina soporis, idest soporifera, aut causa soporis, uiolenta iussu poetice, nam etiam oratorie dicere potuisset uiolenti

ASCEN.

iussa parentis,sed gratius uiolentiã in iussa retorquet,quasi iussa nõ parentẽ incuset. Sustulit.i.sursum tulit,& erexit,ut demittam in iugulum. Sublato.i.sursum lato. ⁋ Male.i.ad maleficiũ. ⁋ Admoui iugu.i.ad iugulũ. Refugit,media lõga ꝑtenti est tpis. Purpureos la.si.docet se pietate uictã,eãq; plus potuisse,q̃ parentis sæui mãdata,docetq; qũo Linũ,seu Lynceũ ad fugã cohortata sit:& ob pietatẽ a patre capta. Purpureos sinus,nõ uestes dicam,nã noctu uestita nõ erat,sed pectora rubicũdula,qa dictura est,dũ petis amplexus &c. Et licet sub ueste pugionẽ in thalamos intulerant,uero sĩle est iñ,nudas cõcubuisse. Sæuus Hy.ordo.est.o Hypermnestra pr̃ est tibi sæuus,sic in Buc. Est mihi nãq; domi pater,est iniusta nouerca,& est pondus in uocabulo pr̃,sic Danaus in Andria. Pater est Pãphile. Imitare,imperatiuus modus cohortatiue positus.

Quid meruere necem patruelia regna tenendo?
 Quæ tamen externis danda forent generis.
Finge uiros meruisse mori,quid fecimus ipsæ?
 Quo mihi commisso non licet esse piam?
Quid mihi cum ferro?quid bellica tela puellæ?
 Aptior est digitis lana,colusq; meis.
Hæc ego,dunq; q̃ror,lachrymæ sua uerba sequũ(tur,
 Deq; meis oculis in tua mẽbra cadunt
Dum petis amplexus,sopitaq; brachia iactas,
 Pene manus telo saucia facta tua est.
Iamq; patrem,famulosq; patris,lucẽq; timebam.
 Expulerant somnos hæc mea dicta tuos.
Surge,age Belide de tot modo fratribus unus,
 Nox tibi,ni properes,ista perennis erit.
Tertius exurgis,fugit omnis inertia somni,
 Aspicis in timida fortia tela manu.
Quærenti causam,dum nox finit,effuge,dixi,
 Dum nox atra finit,tu fugis,ipsa moror.
Mane erat,& Danaus generos ex cæde iacentes
 Dinumerat,summæ criminis unus abes.
Fert male cognatæ iacturam mortis in uno,
 Et queritur factum sanguinis esse parum.
Abstrahor a patris pedibus,raptamq; capillis,
 (Hæc meruit pietas præmia)carcer habet.
Scilicet ex illo Iunonia permanet ira,
 Quo bos ex homine est,ex boue facta dea.

ANTO. ⁋ PATRVELIA re.te.cãm dicit:quæ ipulit Danaũ ad pimẽdos generos:nã eius regnũ occupare studuerũt. ⁋ Externis: quoniã uirili prole Danaus carebat. ⁋ Finge ui.is locus est,quẽ figmentũ dici exposuimus. ⁋ Lachrymæ sequunť sua uer. inter loquendũ affatim lachrymabã. ⁋ Dum pe.am.tẽdit ad narrationem:& a piculo beneficiũ cõmendat,in tanto,inqt,uitę discrimine uersabaris:ut tute ipse nõ me impetẽte in uulnus ires. ⁋ Famulos:satellites,& apparitores. ⁋ Belide:Linũ dicit:q Belũ auũ habuit. ⁋ Nox peren.mortẽ signat,quã Catul. dicit mortẽ esse perpetuã. ⁋ Inertia:somnũ lassitudo sequiť,& pigritia. ⁋ Fortia te.ensem strictũ in exitiũ tuũ. ⁋ Quærenti cãm:cũ inuestigares, cur eẽt fugiendũ. ⁋ Mane erat:lucidior fiet narratio,si momẽta tpis non omittanť. ⁋ Graios iac.mortuos frẽs. ⁋ Abes: tu ex oĩ numero deeras. ⁋ Iacturã in uno:doluit,q iacturã fecerit te uiuo parũ:qm̃ & tuam necẽ cupiebat. ⁋ Præmia car.habet:pietatis hoc pręmiũ tuli,q in custodiã adacta sum. ⁋ Scilicet ex il.iu.per.ira:excusare facinus nitiť a Iunonis potẽtia,q̃ Argiua puellas oderit,ex quo Io Inachi Ioui placuit. ⁋ Per ira: argiuis puellis irata est. ⁋ Ex homine:ex fœmina facta ẽ uacca:nã ne deprehẽderetť Iuppiter in adulterio,uaccam Io Inachi fecit:quã Iuno dono acceptam Argo Aristoris filio tradidit custodiendã. ⁋ Facta dea:Isis in Aegypto est nuncupata:ut scri.Her. Nam cũ Mercurius Argum peremisset,Iuno uaccam egit in furias,quæ cum ad Nilum peruenisset:iterũ ad hominem rediit:licet Hero.aliter hanc historiam tradat,& nos in Meta exposuimus.

Ius fabula Isis quæ Inach⁹ fluuius

HVBER. ⁋ PATRVELIA re.s.regna patrui:nã Danaus coact⁹ fuerat,non solũ dare filias uxores filiis fratris:ut dictũ est:sed,ẽt regna sua. ⁋ Forẽ: dã.ge.exter.i.pegrinis:qa Danaus nõ habet filios masculos. ⁋ Quid fe.ip.i.nos qd peccauimus?quare debeamus fieri homicidæ? ⁋ Cõmisso:peccato. ⁋ Quid ti. ad seipsam loqtur. ⁋ Tela bellica.i.quæ bello cõueniunt. ⁋ Quid pu.s.faciunt. ⁋ Lana co.qa hæc cõueniunt mulieribus. ⁋ Hæc ego.s.meũ dixi. ⁋ In tua mẽ.qa incũbebã sup te. ⁋ Petis amplexus: dũ uis me amplecti. ⁋ Iactas:moues in somnis. ⁋ Facta sa.uulnerata. ⁋ Pene:fere:cũ iãdiu essem morata i hac cogitatiõe. ⁋ Lu q̃ appropinquabat. ⁋ Expulerant tuos somnos.i.excitauerant te. ⁋ Age:hortãtis. ⁋ Belide:nepos Beli:ut supra mõstratũ est. ⁋ Perẽnis.i.ppetua. ⁋ Inertia:pigritia. ⁋ For.te.i.ensem:q solet esse telũ fortiũ. ⁋ Quærẽti.s.tibi. ⁋ Sinit:pmittit. ⁋ Ipsa:ego. ⁋ Mor.remaneo. ⁋ Vnus.i.tu solus. ⁋ Abes:dees. ⁋ Summæ cri.i.numero,& cõplemẽto cędis:qa si tu fuisses interfectus:oẽs fuissent interfecti. ⁋ Male:iniquæ. ⁋ Iacturã dãnum.i.agræ fert te solũ nõ fuisse interfectũ,& defuisse morti aliorũ. ⁋ Cognatæ:cõsanguineæ. ⁋ Esse parũ san.fa.i.queriť,qd paucus sanguis sit fusus,propterea qd tu solus aberas numero. ⁋ Car.hẽt me.ra.ca.i.ego rapta capillis in carcere seruor. ⁋ Hæc me.parẽthesis est:& est ironia. ⁋ Hæc.i.talia : ordo est. ⁋ Abstrahor a pe.pa.& carcer hẽt me raptã capillis.reliqua,ut dixi,dicta sunt p parẽthesim. ⁋ Scilicet:dicit hãc infelicitatẽ suã in mulieribus suę domus pcedere ex ira Iunonis ab eo tpe incepta:quo Io Inachi filia mutata ẽ. ⁋ Ex il.tpe. ⁋ Bos Io:quæ erat iuuẽca. ⁋ Facta dea ex bo.qa postea in deã cõuersa est:ut gentilitas credidit:et fabulæ tradũt & ꝓsertim Oui.& hic:& lib.i.Meta. Fuit.n.Io Inachi Argiuorũ fluuii filia pulcherrimæ.q̃ a Ioue amata cũ eius pces sperneret:subita nube tecta cõpressa est,& ne puella a Iunone,quæ adulteria Iouis obseruabat,depꝓhenderetť:in uaccã trãsfigurata est:quã fraudẽ cũ Iuno intellexisset,Petiuit eã uaccã munus sibi dari. Iuppiter ueritus ne negãdo ꝑderet puellã:tametsi inuitus ei tradidit. Iuno,ne unq̃ eius pellex cũ marito cõcũbere posset Argo Aristoris filio centũ oculos hñti seruandam tradidit,quo a Mercu.in soporẽ canendo inducto,& interfecto eius oculi in caudã Pauonis trãsfigurati sunt. Io cũ ab Iunone ob interfectũ Argum indignata furiis exagitareť,maxima orbis terrarũ parte pcursa,& perertata:tandẽ in Aegyptũ delata,rursus in humanã formã redacta:pro dea ab Aegyptiis culta est:quã Isidem appellant:& hæc est fabula:quæ nunc hic tangitur.

ASCEN. ⁋ QVID meruere necẽ. Argumẽtatur cõtra patrẽ Quid.i.in quo meruere necẽ? Tenendo.i.occupãdo regna patruelia.q.d.in nullo.uñ addit,quę tñ externis dãda forent gñis,& accipiť tñ pro tandẽ,aut quæ tñ nihilominus,cũ nõ sint Danao masculi,dãda forent gñis externis,& ideo potius filiis fratris,cũ non putarent illicitũ,tunc inter patrueles matrimoniũ,ut patuit de Oreste,& Hermione. Finge.i.pone casum,q uiri meruerint necẽ. Belide,uocatiuus est a noiatiuo Belides.i.o nepos Beli. Aspicis in timida:antithesi,& intermissis epithetis cõparauit ornatũ. Parũ sanguinis,qa sciuit se a gño perimendũ ad qd facinus unus sufficiebat. Vnus abes summę.i.a summa criminis.s.cõmittẽdi,qa debebant qnquaginta occidi,& est rarum abesse cũ datiuo iungi. Scilicet ex illo &c. Sicut supiores fere infortuniũ suum reiicit in fatum,& deos. Argumentans Iunonẽ iratã adhuc puellis Achiuis pp Io Inachi filiã,quam i uaccam mutatã persequi iussit,noluisse eis pronubiũ fecisse,& faustas nuptias cõcessisse,qua occasione progreditur ad transformationẽ,& miseriã i' ou~s describendam. Scilicet.i.scire licet,cur tam infaustæ simus,qa ira Iunonia.i.ipsius Iunonis pmanet.i.perdurat ex illo.s.tpe,quo bos facta est hoie.i.uirgine(ergo etiam homo pro muliere ponitur)scilicet Io,& dea scilicet Isis,facta est ex boue,scilicet in quem mutata fuerat Io,declinatur,ut alibi dixi,hæc Io huius Ius,nec alibi declinatur,licet hanc Io usurpent.

Ab sa.

CA H satis est:non fuit satis,inquit,ad ultionem uaccam Io habuisse,nisi & alijs solicitaret. Liquidi parētis:Inachum,fluuium significat:cui Inachus pater nomen dedit,is oritur ex Lyrcio:deinde labitur ad Argiuorum urbem. Territa for. cū se uidebat sua effigie terrebatur. Fronde leuas:enarrat eius puel.calamitatem pluribus carminibus:ut quanta fuerit Iunonis ira intelligatur. Quæ geris ar.cornua intelligit,quibus tauri armati sunt. Nuda:nullis feræ uerbis. Cognata: ex Oceano omnia flumina orta esse scri.Home. Dat mare:ad Bosphorum Thracium alludit,qđ appellatū tradunt. quoniam Io in bouem uersa pedibus superasset. Inachi:Io Inachi filia:tantopere cōcitata fuga te stimules:Nam eadem es,nec eam formā exuere poteris. Comiti : bouis effigiem comitem dicit. Tu,du.& comitaris te ipsam in hanc formam cōmutatam. Per septem portus:Nilum.vii.ostiis in mare mittere poetæ dīt:licet Pli.& Diodo.plura cōmemorent. Exuit ora bouis:uersa est in formā pristinam:& appellata est Isis,licet Diod. scri. Aegyptios id negare:sed Isidem Saturni ex Rhea filiam fuisse dicere. Vltima:quæ a nostra memoria sunt remotissima. Senectus:author,quæ iā antiquitas refert. Dant anni,qđ querar ecce mei:sunt in pñtia,quæ nostri generis infelicitatē arguant. Pater:Danaus. Patruus:Aegyptus,qui ambo de regno Argiuorū contendebant,superior Danaus illud tenuit pulso fratre.Demū a Lino trucidatus est:ut diximus. Regno & do.de Aegypto intelligit:unde primum eiectus Danaus in Peloponnesum nauigauit. Vltimus orbis: Peloponnesus significatur:quem ultimā orbis oram existimabant primi incolæ: cū in mare prominerent:queādmodum & Britāniam:alterum orbem dixerūt,qm Oceani gallici parte itercluſa uideretur. Ille ferox:de Aegypto itelligit:qui pulso fratre Danao,Aegypti regnum tenuit. Sene:Danaum signat,qui cum filiabus,& classe discedēs ex Aegypto,Argiuorū regno potitus est. De fratrū populo:ex quinquaginta patruelibus. Exiguissima ps: unus tantum Linus superstes erat. Quæq; dedere:defleo etiam sororum uices,quæ patrueles,& maritos peremerunt.

ANTO.

Vnde ortū habent oīa flumina

Isidis fabula

Danai & Aegypti certamen

Pelopōnesus & Britannia alter orbis

Ah satis est pœnæ teneram mugisse puellam,
Nec modo formosam posse placere Ioui.
Astitit in ripa liquidi noua uacca parentis,
Cornuaq; in patriis non sua uidit aquis.
Et conata queri,mugitus edidit ore,
Territaq; est forma,territa uoce sua.
Quid fugis infelix? quid te miraris in unda?
Quid numeras factos ad noua mēbra pedes?
Ipsa Iouis magni pellex metuenda sorori,
Fronde leuas nimiam,cæspitibusq; famem.
Fonte bibis,spectasq; tuam stupefacta figuram,
Et ne feriant,quæ geris arma,times.
Quæq; modo,ut posses etiam Ioue digna uideri,
Diues eras,nuda nuda recumbis humo.
Per mare,per terras,cognataq; flumina curris,
Dat mare,dant amnes,dat tibi terra uiam.
Quæ tibi causa fugæ? qđ Io freta lōga peterras?
Non poteris uultus effugere ipsa tuos.
Inachi quo properas? eadē sequerisq;,fugisq;,
Tu tibi dux comiti,tu comes ipsa duci.
Per septem Nilus portus emissus in æquor,
Exuit insanæ pellicis ora bouis.
Vltima quid referam? quorū mihi cana senectus
Author,dant anni,quod querar,ecce mei.
Bella pater,patruusq; gerunt,regnoq;,domoq;
Pellimur,eiectas ultimus orbis habet.
Ille ferox solus solio,sceptrisq; potitur,
Cum sene nos inopi turba uagamur inops.
De fratrum turba pars exiguissima restat,
Quiq; dati leto,quæq; dedere,fleo.

CSATIS est pœnæ:satis supplicii,& punitionis. Mugisse: factam fuisse uaccam.Nec ordo est:& est satis pœnæ. Illā modo formosam.i.quæ pauloante erat pulchra. Nec posse placere Ioui:pp formam pecudis. Liqdi:pp aquas. Cornuaq; nō sua.i.aliena:& non sibi conuenientia:qa sunt belluarū & nō hominū. Mugitus:bouinas uoces. Forma.figura. Voce:sono.Ipse primo Meta.Et conata loqui mugitus edidit ore,Pertimuitq; sonos:ppriaq; exterrita uoce est. Quid furis:apostrophat ad eam:& multis uerbis scribit eius fortunā. Numeras pedes:qa sunt quatuor. Ipsa:tu.Pellex.s.ante. Sorori Iouis: Iunoni:quæ est & soror,& cōiux Iouis. Metuenda:ne pp pulchritudinem tuam te ei pponeret. Leuas:minuis. Fronde: pro frōdibus:folia generaliter de oībus dicuntur:frondes tantummodo de arboribus:uñ subditi cęspitibus,idem primo Me. Frondibus arboreis,& amara pascitur herba. Cęspitibus:herbis:nam cæspes proprie est terra cum herba reuulsa:sed hic pro herba capitur. Stupefacta:territa. Arma quæ geris.i.cornua. Quæq;:idest tu,quæ ita eras diues,& deliciosa:ut posses æstimati digna Ioue. Nunc nuda:idest uestibus. Recumbis:iaces. Humo nuda:idest dura:uel sine stramine. Cognata:quæ sunt tibi cognatione cōiuncta propter patrē tuum,qui est fluuius,inde ducēs originem,unde & ipsa flumina. Peterras:percurris Tuos uultus:bouinos,qui te terrent:quia quocunq; fugis te sequuntur. Inachi:idest filia Inachi,est autem hic uocatiuus patronymici fœminini. Eadē sequerisq; fugisq;:idest ipsa es:quæ sequeris:& ipsa que fugis.nam licet credas te fugere uaccam:una tamen,eademq; es. Comiti.s.tibi:idest te ipsam præcedis,te ipsam comitaris. Per septem portus:dicit eam in Aegypto deposuisse figurā bouis. Nilus:fluuius Aegypti in mare per septem ostia influens:unde Virg.Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. Exuit:deposuit abstulit. Ora faciem. Bouis:uaccæ. Insanæ:furentis:& stimulis exagitatæ. Vltima quid re: quia commemorauit antiqua:dicit non esse opus commemorare infelicia exempla suæ domus,ita remota:quia sunt exēpla suę memorię. Vltima extrema,& remota Quorum.s.ultimorum. Cana senectus:est author,i.quę.ab antiquis audiui. Anni mei:idest secula mea:quibus nata sum:& uixi. Dant quod que.i.dant mihi materiam querendi. Bella pater: incipit commemorare infelicitates sui temporis. Pater:Danaus. Patrus:Aegyptus. Pellimur:pater,& nos filię. Vltimus orbis.i.ultima pars orbis:qa uenimus in remotissimas regiones. Eiectas:ex regno expulsas. Ille:patruus. Solio:sede regia. Sceptro:imperio. Est sene.Danao. Vagamur:in alienis terris erramus. De fratrū:alia infelicitas sui temporis:quia ex tot fratribus unus solus Lynceus superfuit. Exiguissima:minima. Quiq; dati:idest doleo:& propter eos,qui interfecti sunt:& propter eas,quæ interfecerunt.

HVBER.

Cæspes

Nilus fluuius ubi

CA H satis,sæuitiam damnat Iunonis,quæ mutatam in uaccam adhuc persecuta est.Quid numeras,quia quatuor iam habuerat pedes.Fronde leuas,idest mitigas,& imminuis.Fonte bibis,idest de fonte,aut in fonte bibis aquam scilicet.Quę geris arma,idest cornua.Quid Io freta longa p.terras.Hora.Io producit dicens i arte.Perfidus Ixion,Io uaga,tristis Orestes.Inachi uocatiuus a nominatiuo Inachis.& est patronymicum significans Inachi filiam Io. Eadem sequerisq;,fugisq;,qa teipsam fugis.Cætera nota sunt.Vltima quid referam? Ab antiqs trāsit ad sua,suiq; temporis incommoda.Senectus author,author enim ab authoritate communis est generis.unde Iuno apud Virg.author ego audendi.& Sappho apud hūc authoris nomina Sapphus.ab augeo dicitur hic auctor,& hæc autrix,author ergo senectus est,quia prima protulit,au-

ASCEN.

ctis fama,quia auxit.Ille ferox,scilicet pater.De fratrum populo,quia patrueles etiam fratres dicuntur.aut quia maritorum fratres etiam fratres dici potuerunt ex affinitate.

ANTO. ¶PERIERE sorores:nondum perierant:sed mortem ob ultionem præsagit.¶Rea laudis:quod dignum laude facinus gesserim:sum data in custodiam.¶Dignus:gratus:beneficium apud indignum male locatur.¶Fer opem:me ex hac miseria auferas.¶Rogis furtiuis:clam me comburas:ne resciscat pater.¶Breui titulo:epitaphio quamuis exiguo.¶Exul quæ a patria aberat,in alienum orbem cum sororibus,& patre acta:ut diximus.¶Ipsa tulit:extincta est:quoniam fratrē amore seruauit.¶Vires:scribendi,& eloquentiæ neruos:si epistola breuis est:scias cathenas:quibus manus cohibentur scribēdi facultatem:timorem uero loquentiam minuisse.

Nam mihi quot fratres,totidem periere sorores,
Accipiat lachrymas utraque turba meas.
En ego,quod uiuis,pœnæ crucianda reseruor,
Quid fiet sonti,cum rea laudis agar?
Et consanguineæ quondam centesima turbæ,
Infelix uno fratre manente cadam.
At tu,siqua piæ remanet tibi cura sororis,
Quæque tibi tribui munera,dignus habes.
Vel fer opem,uel dede neci,defunctaque uita
Corpora furtiuis insuper adde rogis.
Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa,
Sculptaque sint titulo nostra sepulchra breui,
Exul Hypermnestra pᷓtium pietatis iniquum,
Quam mortem fratri depulit,ipsa tulit.
Scribere plura libet,sed pondere lassa cathenæ
Est manus,& uires subtrahit ipse timor.

HVBER. ¶FRATRES:consanguinei.¶Periere:amissæ sunt:quia licet uiuant:non tamen eas habebo sorores.¶Vtraque turba:& interfectorum:& interfectricum.¶En:ecce.¶Ego reseruor pœnæ.i.ad pœnam.¶Quod.i.quia.¶Viuis:idest quia tibi peperci.¶Quid fiet.q.d.multo crudelius.¶Sonti:nocenti.¶Cum agar rea laudis:idest cū accuser de eo,de quo laudem mereor:& est sententia ex Andria Terentii.Nam si illum obiurges,qui uitæ auxilium attulit:quid facies illi,qui dederit damnum,aut malum?¶Quondam centesima:quia cum uos essetis quinquaginta fratres,& nos quinquaginta sorores,eram quinquagesima.¶Cadam:moriar.¶Manente:superstite.¶At tu:nunc rogat Lynceum:ut aut ferat opem,uel eam sepeliat.¶Lyn.sic legendum est.¶Siqua cura:siquis amor.¶Piæ:quæ te amauit.¶Sororis:patruelis consanguineæ.¶Quæque:subaudi.¶Si tu dignus habes.i.si mereris.¶Munera,quę tribui.i.uitam.¶Defunctaque uita:idest mortua.¶Furtiuis.occultis:clandestinis:si aperte non audes mihi facere rogum.¶Sepeli:idest tumula.¶Perfusa:rigata.¶Lachrymis fidelibus.s.tuis.¶Sculptaque:incisa:inscripta.¶Titulo epigrammate.¶Exul.ecce titulus:exul,patria expulsa:ut supra dictum est.¶Ipsa tulit:passa est.¶Mortem,quā depulit fratri.i.quam a fratre remouit.¶Pretium iniquū appositio est:idest iniquam remunerationem.¶Pietatis:quia non merebat mortem.¶Libet:est animus.¶Lassa:fatigata.¶Pondere cathenæ:quia pater meus iussit me ligari.¶Et uires:alia causa,qa non possit scribere:quia.¶Timor.i.patris.¶Subtrahit:aufert.¶Vires:scribendi.

Snia pulcherrima

ASCEN. ¶NAM mihi quot fratres,totidem periere sorores.Sancta est hæc sententia,qua uult malefactores,& ueneficas tunc interfeci,quando interfici per iustitiæ executores merentur.perierunt ergo sorores,qua perire meruerunt. aut ideo perditæ sunt,quia perpetuo matrimonio spoliatæ.At tu &c.summa est hæc uotorum,quam fere in fine epistolarū ponit Oui. Quinetiam in soluta oratione post exordium,ac narrationem solemus ponere petitionem.Pretium pietatis iniquū. Vir. de culice.Parue culex custos pecudum nil tale merenti Funeris officium uitæ pro munere reddo.

¶In decimam quintam epistolam argumentum.

Grecorum & barbarorum mutuus raptus



Erodotus,Halicarnasseus.i.histo.lib.scri.Cretenses in Phœniciam delatos. Europam Agenoris regis filiā rapuisse:iniuriæ memores:q Phœnices Io Inachi filiam rapuissent:deinde cum esset par conditio Græcos secundæ iniuriæ fuisse authores:nauigantesque in Colchos Medeam inuito patre Oeta in Græciam detulisse. Secūda de hinc ætate Alexandrū Priami filium:quem Paridem uocant,e Grçcia per rapinam sibi uxorem comparare destinasse,existimantem se pœnam non expensurum:ut illi prioribus seculis non expenderant.Alii uero huius nauigationis causam fuisse Hesionem Laomedontis sororem:quam uirtutis pᷓmium Telamoni dederat Hercules:quoniam in prima Troiæ expugnatione ante omnes pergama conscendisset:hanc ut repeteret,aiunt Paridem in Grçciā nauigasse.Alii uero tradunt:quibus adstipulantur poetæ,hanc Venerem transmissionem suasisse:quoniam cum in Ida in certamine pulchritudinis cum Iunone,& pallade pro se iudicium tulerit:quæ esset ex omni Græcia forma præstantior,Helenam Paridi pollicita extitisset:sed in tanta authorum dissensione:quę sit uerior causa certat antiquitas.Illud tamen asseuerandum puto,qđ Septumius scri.Alexandrum cum Aenea cum aliquot nauibus in Laconiam per Hellespontū nauigasse,& Sparthæ a Menelao honorificentissime hospitio exceptum esse:cōtigisseque per idem tempus,ut omnes Minois pronepotes acciti ad diuidendas Atrei opes Cretæ conuenerint.eosque fugisse Agamennon:Menelaum:Ippomeneum:Merionem:Clymenum:Palamidem:Dictyn:& anxibiam:Paridēque a menelao domi esse relictum:mandasseque Menelaum Helenæ:ut non minorem hospitis curam gereret:q̄ de seipso,illamque demum cum Clymene,& Ethra Menelai affinibus Paridis pulchritudine illectam ad Troiam sponte nauigasse:q̄q̄ Hero.scri.Paridem tempestate in Aegyptum delatum interceptum esse a Proteo rege:& cognita re Helenam cum rebus omnibus ademisse:restituisseque illas Menelao post Troianum bellum,extinctumque.Ideoque Home.tradit Menelaum inducere in Egyptum tempestate agitatum ad Proteum uenisse. Scripta est hæc epistola Menelao absente,qua detegit quanto amoris æstu ardeat,suadetque fugam,quam Troianis uiribus tutari posse demōstrat. Qui contendunt Paridis,Leandri,& Aconcii epistolas non esse Ouid.non recte opinari existimo:ea præsertim impulsos ratione:quod mulierum tantum epistolas scripserit:quoniam in amorib⁹ aliquot solum puellarum literas commemoret.id.n.frigidum est.nam ut aliquot ex iis,quas puellæ scribunt,illic conticuit,ita & quas Heroes scripsere silendo præteriit. Eam uero,quæ illis respondet,ut ostendemus,non esse Ouidii,sed Sabini crediderim.

Rapt⁹ Helenæ

Menelai iter in Cretam

Hanc tibi

Anc tibi Priamides mitto Ledęa salutē: bñuolentiā ex generis noībus sibi conciliat. Priamides: ex Hecuba, & Priamo natus est Paris. Ledæa: Leda ex Ioue Helenā est enixa. Eloquar, an flammæ: dubitatio hæc oritur ex causæ turpitudine: uult.n. ut paulatim obrepat subdola oratio. Non est opus indice: qm̄ per se amor indicatur, nec dissimulari pōt. Plusq̄ uel.cū is esset, q occultari nō posset. Dum tēpora dentur lętitię: obrepit ex iis quæ obsūnt, ad ea, quæ pdesse poterunt. Tacere, inqt, amorē utile est: qm̄ tpa futura sunt, q̄ omnē abiiciunt metū, Nā de Menelao innuit. Multa.n. fecerat ob amorē: q̄ ille potuisset aīaduertere, anteq̄ discessisset. Cęlauerit ignē, metaphora decētissima usus est: nā ut ignis, ita amor in occulto teneri non pōt. Vt addā uocem rebus: ut qd uelim aperte fatear. Vror: tuo amore ardeo. Nuncia uerba: qd animi in te habeā: tibi nunciaui. Parce pcor: in pricipiis ut scribit Fab. nō est ab re optare. Precari: abominari: solicitū agere. Cætera: quæ opposita sūt ultra eū locū: quo nefas solicitudines expssimus. Gratū ē: lętor: i qt, qm̄ epistolā suscepit: lætitiæ spē ex facto firmat. Recepit epistolā me ēt recipiet: enthimema simplex est. Quæ rata sit propositū suū firmat ex loco, qui sumptus est ab authoritate deorū. Venus, inquit, me impulit ad nauigandum.

ANTO. Ledacuius filia fuerit



Anc tibi. De iudicio Paridis inter tris deas satis abunde dictum est in argumēto primę Epistolę: qd ad argumētū huiu epistolę ptinet, cū Paridi ob iudicium datū in fauorē Veneris: Venus promisisset Helenam omniū mulierū pulcherrimā: & ob eā Lacedæmona nauigasset, exceptus hospitio a Menelao, Helenā in omorē suū quātū potuit, solicitare conatus est: & pñte marito. Sed postea Menelao profecto in Cretam: per hāc epistolam etiā ad relinquendum maritū & se in Asiam sequēdum exhortatus est. utitur autē magno artificiose ab oībus cōmendās, qbus amatores cōmēdari solent, a pulchritudine: nobilitate: diuitiis: & robore corporis: & a uero synceroq; amore, & cōtra, nitit̄ ei adducere in odiū, & inuidiam & in cōtemptū Menelaum: & studet ei persuadere, tum ab utili: tum ab honesto eam debere eius amori adhęrere: dicens eā nullā habiturā infamiam propter hoc: & qd abducta a Paride: aut nunq̄ repetet̄ a Menelao: aut si repetita fuerit: facile aduersum eius uires defendet̄. Priamides. i. ego Paris fili⁹ Priami: cū aūt in Priamo syllaba prima pp sequentē uocalē naturaliter breuietur: in patronymico necessitate metri producitur. Ledęa: Helena filia Ledæ: dictū est supra in epistola Hermiones de eius natiuitate. Eloquar: exprimā uerbis. Virg. Eloquar: an sileam. An nō est opus indice nostræ flammę. i. an potius nō est opus indicare amorem meum: quia tu ipsa nosse debes. Extat: eminet: apparet. Malim: potius uelim. Dum donec. Tēpora: opportunitates. Metus mistos lætitiæ. i. quæ tempora sint si ne ullo timore. Male: difficile. Dissimulo: cælo: & occulto. Quis enim. q.d. nullus: nā supra dixit. Quis enim bene cælet amorē. Suo lumine: suo splendore. Si tamen. i. si tū uis, ut uerbis dicā tibi id, qd̄ est in re. Amo: te. Rebus: effectui. Fasso: mihi cōfesso amorem meū. Duro: difficili. Conueniente tuæ formæ. i. uultui miti, & placido: qualē exigit pulchritudo tua: quia cum sis pulchra, debes etiam esse placida. Iamdudū: cōciliato animo Helenæ: nunc incipit narrationē. Iādudum, uel iamdiu: ut sit temporis: uel ualde. Terentius ī eunucho. Iamdudum illa te amat. Recepta est: pro accepta a te: Notandum est: apud idoneus oratores nō esse in usu recepi epistolam tuam, sed accepi: sed hic fuit necessitas metri. Hoc modo. s. quo epistola mea est recepta, Nam cum aliqua puella ab amatore accepit scriptum, & legit: signum est, qd̄ sit semi exgugnata. ipse Ouidius in primo, de arte. Quæ uoluit legisse, uolet rescribere lectis. Per numeros ueniunt ista, gradusq; suos.

HVBER. Argumētu epistolæ

PARIS HELENAE.

Anc tibi Priamides mitto Ledæa salutem,
Quæ tribui sola te mihi dāte potest.
Eloquar? an flammæ nō est opus indice notæ?
Et plus, quam uellem, iam meus extat amor.
Ille quidem lateat malim, dum tempora dentur
Lætitiæ, mistos non habitura metus.
Sed male dissimulo: quis enim cælauerit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Si tamen expectas, uocē quoq; rebus ut addam,
Vror habes animi nuncia uerba mei.
Parce precor fasso, nec duro cætera uultu,
Perlege, sed formæ conueniente tuæ,
Iādudū gratum est, q epistola nostra recepta est,
Spem facit, hoc recipi me quoq; posse modo.

Iādudum quid sit Accepi epistolā & nō recepi est dicendum ASCEN.

Anc tibi Priamides. Artificiosa est epła, & insinuationi, psonæq; accōmoda, rem.n. inhonestam psuadere nititur sed mulieri iam parūper a uiro neglectæ atq; desertę. Quocirca, qa nouit muliebrē sexū esse fragilē, glorię cupidū, & laudis, a forma, a genere, a facūdia cupidissimū, oīa affert Paris, q̄ sibi Helenes aīum conciliare possent, & q̄ odiū mariti, eiusq; contēptū excitent. Cū uero cōtextus facillimus sit, nemo tam inscius atq; iners, qui nō aliqd delitiarū, atq; argutiarū illinc hauriat. erimus ergo in exponēdo succincti. Ledæa aūt possessiuū est pro patronymico, sed a matre positū, sicut. lil. Aenei. Ledæā Hermionē &c. potius aūt Ledęā dicit, q̄ Tyndarida, qa dicturus est Iouis esse filiam ex adulterio cōceptā, ut ad consimile inuitet facinus. Eloquar. sic Aeneid. Eloquar, an sileā, an nō est opus idice. i. indicio. Flāmę. s. amoris. Notæ. i. pceptæ a te. Et. i. qa potuisset tamē dixisse. nā plusq̄ aut sic contungit̄ notæ dico flāmę, & meus amor extat. i. eminet, & apparet, quasi extrinsecus stans plus. q̄ uellē, qa malim, ut supple ille latet, qdē. i. certe. q. d. non sem

per,sed dum,i.donec tpa dent nō habitura metus mistos,i.imistos lętitię. Quis.n.cęlauerit ignē? q.d.nemo,sed amor ignis ē imo est ἐμφατικῶς amatores amatū:atq3 amicā ignē dicūt,ut i Buco.meus ignis Amyntas &c.Iādudū gratū ē, aut ordo ē gratū est.Iādudū.i.ab eo tpe,quo epistola nr̄a est,aut gratū est iā,q3 epistola nr̄a recepta est dudū.i.pauloāte.Et cām addit qa hoc.s.epistolā meā receptā esse,facit spem quoq3.i.ēt me posse recipi mō.i.iam postq̄ epistolā legisti.aut sic, spē facit me quoq3 posse recipi hoc mō,quo.s.epistolā recepisti.Quo uerbo hortať poeta matronas pudicas,ut suspectas lr̄as repellāt, quia quæ amatorias legit,se amari uelle indicat. Quæ rata sit.Progrediens docet nō inanem suā spem esse debere cū sta bilita sit pollicitatione Veneris,quæ dea amorum est.

Quæ rata sit,nec te frustra promiserit apto,
Hoc mihi,quæ suasit mater Amoris,iter,
Namq3 ego diuino monitu,ne nescia pecces,
Aduehor,& cœpto non leue numen adest.
Præmia magna quidem,sed non indebita posco,
Pollicita est thalamo te Cytherea meo.
Hac duce sigeo dubias a littore feci
Longa Phereclea per freta puppe uias.
Illa dedit faciles auras,uentosq3 secundos,
In mare(nil mirum)ius habet orta mari.
Perstet,& ut pelagi,sic pectoris adiuuet æstus,
Deferat in portus & mea uota suos.
Attulimus flammas,non hic inuenimus illas,
Hæ mihi tam longæ causa fuere uiæ.
Nā nec tristis hyems,nec nos huc appulit error,
Tænaris est classi terra petita meæ.
Nec me,crede,fretum merces portante carina
Findere,quas habeo,di tueantur opes.
Nec ueni graias ueluti spectator ad urbes,
Oppida sunt regni diuitiora mei.
Te peto,quā pepigit lecto Venus aurea nostro,
Te prius optaui,quam mihi nota fores.
Ante tuos animo uidi,quam lumine uultus,
Prima fuit uultus nuncia fama tui.

ANTO. QVAE rata sit:a pollicitis nō recedat. Promiserit:Venus ut diximus,Helenā Paridi pollicita est,cū iudiciū de pulchritudi ne in Idia p se tulerit. Diuino monitu:Veneris suasione. Ne pecces nesciia:ut scias,qua authoritate tuā culpam tueri possis. Nō indebita:qm̄ ex fide repeto,qđ promissum est. Littore sigeo:sigeū.Troiæ pmōtoriū est,qđ Græci in obsidione tenue rūt tumularūtq3 Patroclū,Achillē & Antilochū:ubi sigeā urbē cōdidit Archianax Mytyleneus. Puppe Pherecleа:non Phere thea legi debet:ut multi putauerūt a Pheretho Iasonis patruo: sed Phereclea:fuit.n.Pherecleus Armonidis filius:quē ut scrib. Hom.Iliados li.v.Minerua dilexit:faber optimus naues ædifica uit:qbus Alexāder Helenā rapuit:hunc Meriōes trucidauit fer ro i uesicā adacto. Orta ma.Venerē ex mari ortam ferť.Var. Perstet:a pposito nō discedat. Pe.æstū amorē meū secūdet: ut nauigationē. Meo uo.q̄ erāt ut Helena potireť. In port⁹ su.ad optādū exitū metaphora ex iis:q alta pcella fatigati i por tū deferunť. Flāmas:amores ex Troia attulit:Troiæ te,inqt, amaui,qđ me ipulit,ut Spartħē nauigarē. Tristis hyems: tē pestatē circūscribit:sic Vir.Vicit hyems. Tenaris terra: Laco niā sigñat:cuius pmōtoriū est Tænaros. Nō me credet: non sum mercator:laudat formā suam,& opes. Diuitiora: Asię de licias intelligit:q̄ postea in urbē fluxerūt ro.po.magis q̄ Annibal noxię. Mei re.Phryges populos Priamus tenebat. Ven⁹ au rea.epithetō ab Ho.sumptū ē. Prius optaui.Helenā a noie,& fama cōmēdat:eras,inquit,apud me tua pulchritudie celebris.

Sigeū,ubi Pherecle⁹ qui

Tænaros quid

HVBER. QVAE:spes. Rata:firma,certa. Mr̄ amoris:Ven⁹. Mo nitu diuino:nō spōte mea:sed Veneris mādato. Nescia pecces .i.ut sis admonita,ne p ignorātiā erres. Nō leue.i.maximū: li ptote est. Nō indebita:qa sunt pmissa mihi ab ea,cui licuit p mittere. Cytherea.Venus ita dicta a Cytheris insula:ut alibi diximus.Virg.At Cytherea nouas,artes noua pectore uer sat Cō silia. Hac duce:dicit Paris ego suscepi hāc nauigationē a Troia in Grǽciā authore:& Venere ipsa duce,i.regente me. Dubias:incertas:quales sunt uiæ nauigationis. A littore Sigeo.i.Troiano:Nam sigeū promontoriū est Troiæ: ut dictū est in prima epistola. Puppe phereclea:neq3 Pharetrata:neq3 pharetrea legendū est:sed phereclea.Fuit enim Phere clus:ut ferť.Home.lib.x.Iliados filius harmonidæ fabri lignariiq3 naues Alexādro,qui & Paris dicitť,fabricauit:quę fuerūt principiū malorū Troianorū:a Pherecło igiť possessiuū fit Pherecleus. Phereclea puppe.i.fabricata a Pherecleo:& hic ē uersus sensus,& emēdatus textus. Orta mari:dictū est supra in epistola Didonis sup eū locū:qa mater amorū Nuda Cy therіacis edita ferť aqs. Perstet.i.utinā pseueret,ut Virg.Talia pstabat memorans:fixusq3 menabat. Aestū: ad utrunq3 retulit hic:& ad feruorē amoris:& ad motū maris:& est sensus:ut adiuuat nauigationē:ita adiuuet amorē meū: ordo est. Perstet:& ita adiuuet æstū pectoris:ut pelagi.s.æstū ad uuat. Et.i.ēt. Mea uo.sicut & nauē attulimus: qa ex patria discessimus huc pp amorē:nō aūt incepi solū te amare,postq̄ huc ueni. Hę:flāmæ. Hyems:tēpestas. Error:qa ignora rē,quo uenirē. Tænaris terra.i.laconica a Tænaro pmōtorio Laconiæ. Petita.i.uenit classis mea dedita opera in hāc terrā pp te. Nec me.occurrit obiectioni:qa posset dici,qđ pp alias cās uenisset:dicit se pp solā Helenā uenisse. Nec cre.i. nec credere me nauigare pp mercaturā:qa sum diues sine hoc exercitio. Tueanť:seruet: qa satis sunt mihi. Spectator: admirator,ut uideā pulchras urbes Græciæ.hæc eni solet esse multis cā nauigādi,ut in alienis terris uideāt pclara oppida. Oppida urbes:ut Virg.Ascręq3 cano romana p oppida carmē. Diuitiora:opulētiora:nā Asia ditissima est.Hora.& di tes Asiæ cāpos.Vir.Troianas ut opes.Cice.in orōne pro lege Manilia de laudibus Pompeii.Asia uero tam optima est, & fertilis:ut ubertate agrorū,& uarietate fructuū:& magnitudine pastiōis:& multitudine earū rerū,q̄ exportanť,facile om nibus terris antecellat. Aurea:Formosa. Pepigit:pmisit:ut in argumēto primæ Eplæ,& huius diximus. Aio:cogita tiōe desiderio. Quā lu.quā oculis corporis. Fama fuit prima nūcia tui uul.i.prius audiui dici de pulchritudine tua.

Vñ Venus Cytherea dicta Sygeum Pherecius

Tænaros

ASCEN. QVAE igiť spes ra.i.firma,& nō irrita,nec mr̄ amoris.s.Venus,q̄ suasit mihi hoc iter pmiserit mihi te frustra.i.in uanū. Nā sup.qđ dico tibi ne nescia pecces,q̄si pcm̄ sit cōtra Veneris iussa facere,ego aduehor monitu diuino.i.deæ Veneris.s.& numē nō leue.i.futile,nec cōtēptibile,adest.i.authoritatē dat.cœpto.i.icepto meo.posco qdē magna pmia.hoc i assentatio nē dicit,q̄si pluris faciēs adhuc pmia Veneris,q̄ Palladis,ac Iunonis Cytherea dr̄ Ven⁹a Cytheris:Cypri luco.Ego feci. hac duce.i.Venere ducēte,uias dubias.i.icertas,& icognitas mihi a littore Sigeo.i.Troiano.Nā Sigeū pmōtoriū ē Troię. feci (dic)puppe phereclea.i.a Phereclеo ædificata,uias dubias p lōga freta.i.maria.In m.nil mi.Vñ Neptun⁹ad Aene.v.Fas.oē ē Cytherea meis te fidere regnis,Vñ gen⁹ducis.Nā e spuma maris nata dr̄.Perstet.i.pseueret,opto Ven⁹& ut sup.adiuuit æstus.i.iferiores pelagi,sic adiuuet ęstus pectoris mei.Et de.mea u.i su.p.i.ad optatū finē.Vt āt nō leui.nec dudū pto amo re,se captū fateať.Addit Attulimus.fl.tri.hy.i.tēpestas nautis tristitiā afferēs.Terra Tæ.p Tænaria, patronymicū a loco. Quas ha.dii tu.o.aut satis diuitem se sigñat,nec pp diuitias uelle negociari,aut se sigñat.q.d.nō alias merces aduexi,q̄ me ipsā.O.p.s.r.di.Id sm̄ attē a diuite,nā sicut raro dr̄ hō dis,sed diues,ita raro hō diuitiar,sed ditior.Añ.t.i.pri⁹ uidi aio.i.cō sideratiōe,uultus tuos,q̄ lumine.s.externo oculorū,minorē tua gl̄ia uero.Idē dixit regina Sabea ad Salamonē,sed non id notū erat Paridi,q & prior erat,& ethnicus.Fama est pene.i.q̄si maligna ex quo mito minus dixit,q̄si p malignitatē ĝ sic.

Nec tameu

Nec tamen est mirum, si sicut oporteat arcu
  Missilibus telis eminus ictus amo.
Sic placuit fatis, quæ ne conuellere tentes,
  Accipe cum uera dicta relata fide.
Matris adhuc utero partu remorante tenebar,
  Iam grauidus iusto pondere uenter erat.
Illa sibi ingentem uisa est sub imagine somni,
  Flammiferam pleno reddere uentre facem,
Territa consurgit, metuendaq; noctis opacæ
  Visa seni Priamo, Vatibus ille refert.
Arsurum Paridis Vates canit Ilion igni,
  Pectoris ut nunc est, fax fuit illa mei.
Formaq;, uigorq; animi, quãuis de plebe uidebar,
  Indicium recte nobilitatis erat.
Est locus in mediæ nemorosæ uallibus Idæ
  Deuius, & piceis, ilicibusq; frequens,
Qui nec ouis placidæ, nec amantis saxa capellæ,
  Nec patulo tardæ carpitur ore bouis.
Hinc ego dardaniæ muros excelsaq; tecta,
  Et freta prospiciens, arbore nixus eram.
Ecce pedum pulsu uisa est mihi terra moueri,
  Vera loquar, uero uix habitura fidem.
Constitit ante oculos actus uelocibus alis,
  Atlantis nepos, pleionesq; nepos.
Fas uidisse fuit, fas sit mihi uisa referre,
  Inq; dei digitis aurea uirga fuit.
Tresq; simul diuæ, Venus, & cum Pallade, Iuno,
  Graminibus teneros imposuisse pedes.
Obstupui, gelidusq; comas erexerat horror,
  Cum mihi, pone metum, nuncius ales ait.
Arbiter es formæ, certamina siste dearum,
  Vincere quæ forma digna sit una duas.
Ne ue recusarem uerbis Iouis imperat, & se
  Protinus ætheria tollit in astra uia.
Mens mea conualuit subitoq; audacia uenit,
  Nec timui uultu quanq; notare meo.
Vincere erant omnes dignæ, iudexq; uerebar
  Non omnes causam uincere posse suam.
Sed tamen ex illis iam tunc magis una placebat,
  Hanc esse, ut scires, unde mouetur amor.
Tantaq; uincendi cura est, ingentibus ardent
  Iudicium donis sollicitare meum.
Regna Iouis coniux, uirtutem filia iactat,
  Ipse potens dubito, fortis an esse uelim?
Dulce Venus risit, nec te Pari munera tangant,
  Vtraq; suspensi plena timoris ait.
Nos dabimus, quod ames, & pulchræ filia Ledæ,
  Ibit in amplexus pulchrior illa tuos.
Dixit, & ex æquo donis, formaq; probata
  Victorem coelo rettulit illa pedem,
Interea (credo uersis ad prospera fatis)
  Regius agnoscor per rata signa puer.
Læta domus nato per tempora longa recepto,
  Addit & ad festos hunc quoq; Troia diem.
Vtq; ego te cupio, sic me cupiere puellæ,
  Multarum uotum sola tenere potes.
Nec tantum regum natæ petiere, ducumq;,
  Sed nymphis etiam curaq; amorq; fui.
At mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam.
  Coniugii spes est Tyndari facta tui.
Te uigilans oculis, animo te nocte uidebam,
  Lumina cum placido uicta sopore iacent.
Quid facies præsens, q̃ nondum uisa placebas?
  Ardebam, quamuis hic procul ignis erat.
Nec potui debere mihi spem longius istam,
  Cœrulea peterem quin mea uota uia.
Troia cœduntur phrygia pinea securi,
  Quæq; erat æquoreis utilis arbor aquis.
Ardua proceris spoliantur Gargara syluis,
  Innumerasq; mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naues,
  Texitur & costis panda carina suis.
Addimus antemnas, & uela sequentia malos,
  Accipit & pictos puppis adunca deos.
Quam tñ ipse uehor comitata Cupidine paruo,
  Sponsor coniugii stat dea picta sui.
Imposita est factæ postquã manus ultima classi,
  Protinus ægæis ire iubebar aquis.
Et pater, & genitrix, inhibent mea uota rogando,
  Propositumq; uiæ uoce morantur iter.
Et soror effusis (ut erat) Cassandra capillis,
  Cum uellent nostræ iam dare uela rates,
Quo ruis? exclamat: referes incendia tecum,
  Quanta p has, nescis, flamma petatur aquas.
Vera fuit uates, dictos inuenimus ignes,
  Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior, uentisq; ferentibus usus
  Applicor in terras Oebali nympha tuas.
Excipit hospitio uir me tuus, hoc quoq; factum,
  Non sine consilio, numinibusq; deûm.
Ille quidem ostendit, quicquid Lacedæmone tota
  Ostendi dignum, conspicuumq; fuit.
Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
  Lumina nil aliud, quo caperentur, erat.
Vt uidi, obstupui præcordiaq; intima sensi
  Attonitus curis intonuisse nouis.
His similes uultus (q̃nãtum reminiscor) habebat,
  Venit in arbitrium cum Cytherea meum.
Si tu uenisses pariter certamen in illud,
  In dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor præconia fecit,
  Nullaq; de facie nescia terra tua est.
Nec tibi per usquam Phrygiam, nec solis ab ortu
  Inter formosas altera nomen habet.

ANTO. ¶GLORIA:nominis celebritas.¶Minor uero:qm̃ formosior es:q̃ ferat fama.¶Tua materia:hac tua pulchritudine.¶Qui nouerat oĩa Theseus:Plu.& Diod.puellã Helenã a Theseo raptã fuisse scribunt,Castori,& Polluci redditã.¶More tuæ.gentis:Laconis mistis cũ puellis pueris palæstra exercebãt:ut Plu.author est.¶Nitida:uncta:nã Atletæ ungebant̃:hac oblectatione facti pudorẽ amouet.& constantiã suã commendat.¶Aliquid tulissem:nõ te intactã: ut Theseus remisissem,esset tibi raptus uirginitatis flos.¶Salua uirginitate.oscula intelligit:quæ ẽt non rapta uirginitate ferri põt.¶Da modo te:eas in meã sniam.¶Flamma rogi flammas:agnominatiõe usus est ex uocabuli æquiuocatiõe.¶Proposui regnis ego:electione suũ amorẽ probat:cum potuerim habere regna, te malui.¶Contẽpta est uirtus:corporis,aut aĩ uirtutem contẽpsi:ut te frui potuissem.¶Dante:uirtutis optionẽ.¶Nec piget electionẽ commendat.¶Haud unquam stulte:nõ dãnabor electionẽ,quã author laudabilẽ facit.¶Depcor:uerbo abusus est:nã licet apud uetustiores detestet̃:hoc loco tñ preces auget: quã licentiam fecisse uidetur Cicero in Epistolis ad Lentulum.

Raptus helenæ a theseo

Deprecor quid

Credis & hoc nobis?minor est tua gloria uero,
Famaq́ de forma pene maligna tua est.
Plus hic inuenio,quam quod promiserat illa,
Et tua materia gloria uicta sua est.
Ergo arsit merito qui nouerat omnia Theseus,
Et uisa est tanto digna rapina uiro.
More tuæ gentis,nitida dum nuda palæstra
Ludis,& es nudis fœmina mista uiris.
Quod rapuit laudo,miror,quod reddidit unquã,
Tam bona constanter præda tenenda fuit.
Ante recessisset caput hoc ceruice cruenta,
Quam tu de thalamis abstraherere meis.
Te ne manus unquam nostræ dimittere uellent?
Te ne meo paterer uiuus abire sinu?
Si reddenda fores,aliquid tamen ante tulissem,
Nec uenus ex toto nostra fuisset iners.
Vel tua uirginitas esset libata,uel illud,
Quod poterat salua uirginitate rapi.
Da modo te,Paridis quæ sit constantia nosces,
Flamma rogi flammas finiet una meas.
Præposui regnis ego te,quæ maxima quondam
Pollicita est nobis nupta,sororq́ Iouis.
Dumq́ tuo possem circundare brachia collo,
Contempta est uirtus Pallade dante mihi.
Cum Venus,& Iuno,Pallasq́ in uallibus Idæ
Corpora iudicio supposuere meo.
Nec piget,haud unquam stulte elegisse uidebor,
Permanet in uoto mens mea firma suo.
Spem modo ne nostram fieri patiare caducam
Deprecor,o tanto digna labore peti.

HVBER. ¶CREDIS & hoc:extollit eius pulchritudinẽ:ut ita laudando eam alliciat ad amorem suũ:nulla enim est mulier:quę laudibus suæ formæ nõ delectet̃.Oui.in primo de arte.Nec faciẽ,nec te pigeat laudare capillos,Et teretes digitos:exiguũq́ pedẽ.Delectant etiã castas præconia formæ &c.¶Minor est uero:quia minus dicitur de te,q̃ sit.¶Maligna auara:& detractatrix: quia minus dicit,quã debet.¶Gloria,laus:commẽdatio.¶Est uicta sua materia.i.a pulchritudine tua:quę est materia ipsius glorię.¶Rapi pręda:dictum est in epistola Hermiões,& Oenones de Helena rapta a Theseo.¶More:cõsuetudine.¶Tuæ gentis.i.Laconicæ:nã Lacedæmonii pręcipue palæstra delectati sunt:cuius etiã inuentores credunt̃:unde Propertius.Multa tuę Spartæ mirantur dona palęstræ.¶Nitida:ppterea,qd̓ corpora oleo ungebantur:palæstra autem latine luctandi certamẽ significat.¶Cõstãter:fortiter,animose.¶Ante.i.potius.¶Hoc.i.meum.¶Abstrahere.i.eriperetis.i.ante passus essem mihi incidi caput quã te reddidissem.¶Ne:an.¶Vellent dimittere.q.d.nõ.¶Viuus:dum uiuerem.¶Fores.i.fuisses propter necessitatẽ.¶Tulissem:accepissem.¶Ante:quam fuisses reddita.¶Ex toto penitus.¶Libata:desumpta,gustata.¶Vel.s.osculanda modo: quia posset obiici:ita dicis:sed fortasse ita nõ faceres:dicit fac periculum,& proba:uidebis quæ constantia sit in me.¶Flamma rogi.i.amor meus sola morte finietur.Teren.in Andria,hanc mihi,nisi mors,adimet nemo.Flãma in qua cõburet̃ cadauer meũ cum ero mortuus.Flammas:amoris.¶Quæ maxima.s.regna.¶Pollicita est:ut plene demonstrauimus in Argumento primæ Epistolæ.¶Nupta,sororq́ Iouis.i.Iuno.¶Virtus,sapiã.¶Contempta:spreta.¶Dante:dare uolente.¶Elegisse:stulte.s.quod te,potius q̃ regna,uel uirtutem elegerim.¶In suo uoto,qd̓ primũ habuit:ut te haberem cõiugem.¶Caducam:fluxã,uanam.

Qui palæstræ inuentores

ASCEN. ¶ET sua,alii legũt,& tua,sed nõ procedit,qa ordo est.Et gloria sua.i.quã ipsa conferre põt.est tñ inepta utcũq́ legatur reciprocatio,nisi dicatur sua.i.ppria ipsa famę,q̃ gloriam cõferre põt,ẽt inanẽ.est uicta.i.superata materia tua.i.subiecto circa qd̓ uersat̃ gloria,quod illi pbes,qa plus materię gloriæ præbes famæ,q̃ ipsa retribuere põt gloriæ,ex quantitate aũt cognoscitur,quod sua nominatiui est casus,nã corripitur,tua autem,quia ablatiui casus,pduci deberet,unde malus esset uersus legẽdo tua &c.Ergo arsit merito.Probat formã Helenes,etiã aliis pbatam,Nam ob eam rapta est a Theseo.uerũ integra restituta,quod signũ censet,quia minus amauit,q̃ ipse q aliqd ab ea prælibasset,aut uirginitatẽ,aut saltẽ oscula.uidit autẽ formam eius,inqt,Theseus,dum more uirginũ Lacænarum nuda palæstram exerceret.Abstrahere.i.abstrahereris.nam inflectit̃ abstraherer abstrahereris &c.Te ne.nequaquã nũquam.Aliqd:florẽ uirginitatis intelligit.Sicut Silenus in Buco.Huic aliud mercedis erit.Tulissem.i.abstulissem.Libata.i.primũ contacta.Tractũ a libaminibus,q̃ summo tenus attingunt̃ ore.Flãma rogi.i.exustionis meæ rogalis.finiet una.i.sola nõ simul,qa aduerbiũ esset,& ultimã pduceret.Meas flãmas.s.amoris.i.ad mortẽ usq́ te amassem,& tui amore arsissem.Præposui regnis.docet quãti eã faciat & fecerit.Cũ.n.tres illæ summæ deæ iudiciũ pulchritudinis ad Paridẽ referrent,& Iuno regnorum dea(est.n.aer sup terrã,ubi gerit̃ omne mortalium regnum)promitteret pulcherrimũ regnũ,& Pallas dea sapiẽtię(nam ex cerebro Iouis.i.puriore igne nata dicitur,unde uis ingenii,& intellectus infundi putat̃)promisisset bellãdi peritiam,dicens,te,si me sequeris,nõ abstrahet inuidus error.Venus aũt per quẽ oĩa q̃ nascunt̃,ueniunt,& oriunt̃,pulcherrimam puellã promitteret dicens(ut non ignobilis author descripsit.)Plectra sonora,ioci.plausus.lasciua uoluptas,Hæc mea,si reliquis me pfers ipsa puellam Pro mercede dabo,qua nõ formosior ulla.Respõdit Paris.Grata mihi tua forma Venus,tua munera grata.Plus aliis mihi mẽte sedes,certaminis ecce Pignus habet uictrix auri spectabile malũ.In qua re significat̃,quod hic poeta expresse docet,qa Paris,dũ Helenã rapuit ob pulchritudinẽ,cũ qua neq́ regnum,neq́ bellandi gloriam,aut peritiã habere potuit,uoluptatem glorię & sapiẽtiæ ptulit.Triplex.n.aiunt bonũ.honestum,ut sapiẽtiæ,qd̓ Pallas confert,utile ut regnorum,cuius Iuno administratrix,unñ Aeolus ad eã li.Aenei primo.Tu mihi quodcũq́ hoc regni.tu sceptra Iouẽq́ Concilias.& delectabile:ut uoluptatũ,q̃ belluis cũ hoĩbus cõmunes sunt.Iõ dicit dictorũ carminũ author.Hac in lite triplex hoĩum mellita poesis Depinxit studiũ,quorũ dat̃ optio cũctis.Fallunt̃ tñ optãdo pleriq́ sequaces.Luxus habet multos,honor,& sapiẽtia paucos &c.Nupta sororq́,& soror,& coniux Iouis Iuno.i.Contempta est uirtus.i.bellica,quæ sine sapientia nõ recte administratur,unde Pallas tam sapiẽtiæ,q̃ bellorum dea:est,nec piget.aut unquã stulte elegisse uidebor sup.mihi,nõ negat quin elegerit stulte,sed tñ amanti nõ ita uidet̃,unũ cæcus fingit̃ amor.Spem modo.i dũmõ,repetit aũt,unde inceperat.Quæ rata sit &c.

¶Non

ANTO. Pleiades q̄ Paridis p. sapia Priamus q̄ tū possede rit Asia unde Atria uñ di cta Pelopōne. sus unde Achaię no men Spartano. rum fruga litas

¶ NON ego coniugium:a genere,& potentia se commendat.¶ Pleiades:numero septem traduntur Atlantis,& Pleiones filiæ:ut Musæus scri.a Pleione matre nuncupatę:ex his una Electra ex Ioue Dardanum genuit:ex Dardano natus est Erichthonius:ex hoc Trous nascit:is illū,& Ganymedē filios habuit.Ilus Laomedōtē,Laomedon uero Antigonū.Hesionē,& Lāpū Clitonē,Lactonē,Bucolionē Titonū,& Priamum:ex Priamo natus est Paris.¶ Auos medi.q inter Iouem,& Priamum intercesserunt.¶ Finibus immensis:cum Septimio cōgruere uidetur:qui scribit non esse uerisimile Priamum solam Phrygiam possedisse:sed Asiæ totius:quæ est cis taurum imperium tenuisse confirmata:Asiam dictam scri.Hero.ab Asio Manei Lydi filio.nō ab Asia Promethei filia:ut Varro existimauit:unū & Sardis filia fuit:quā Aslada uocatūt.¶ Tacta:ut barbarorū mos fuit,tecta auro ornare:quod sero ad Romanos peruenit.¶ Canore lyræ:quorū saxa in opus exilibant Phœbo ad cytharam carmina modulante.¶ Illa tellus:Phrygia,quæ adeo populosa est:ut uix teneat:quos habet mortales:id mōstrat posse tutari Helenam contra Græcorum potentiam.¶ Sunt,inqt,nobis opes,sunt & uiri:quibus bellū confici potest:ut Cice.scribit.¶ Troadas:Troianæ matronæ.¶ Atria:dicunt quod a terra surgerent:uel ab Atriatibus Ethruriæ populis:onde conficiēdi atrii sumpta est similitudo.¶ Achaia:Pelopōnesus est appellata ab Achęo Xuti filio:deinde Aegialea rege Aegialio.¶ Nec mihi fas fuerit:occupatione Spartanam contemnit pauperiem.Thucydides Spartanos tradit Græcorū fuisse omniū frugalissimos.¶ Sparte urbs Laconię Thaygeto monti subiecta.Recte in cōtemptum traducit locum:nam facilius eum optare coget:quem felicitate,& opulentia præstare monstrauit.¶ Nostra de gēte:Phryges fuerūt in uestiēdo mollissimi:qđ Ascanio Turnus apđ Vir.exprobrat.¶ Theranęo rure:extenuat,& cultū & pria laudatis Phrygū deliciis.Theranne uicus Laconiæ:ubi nata est Helena:Hero.Therāne scr.eē Helenę tēplū supra Apollis fanū.

Non ego coniugium generosæ degener opto,
Nec mea(crede mihi)turpiter uxor eris.
Pleiada(si quæras)in nostra gente,Iouemq;
Inuenies,medios ut taceamus auos.
Sceptra parens Asiæ,qua nulla beatior ora est,
Finibus immensis uix obeunda tenet.
Innumeras urbes,atq; aurea tecta uidebis,
Quæq; suos dicas templa decere deos.
Ilion aspicies,firmataq; turribus altis
Mœnia phœbeæ structa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem,numeroq; uirorum?
Vix populum tellus sustinet illa suum.
Occurrent denso tibi Troades agmine matres,
Nec capient Phrygias atria nostra nurus.
O quoties dices,quam pauper Achaia nostra est,
Vna domus quamuis urbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit,Sparten contennere uestram,
In qua tu nata es,terra beata mihi est,
Parca sed est Sparte,tu cultu diuite digna,
Ad talem formam non facit iste locus.
Hanc faciem largis sine fine paratibus uti,
Delitiisq; decet luxuriare nouis.
Cum uideas cultus nostra de gente uirorum,
Quales Dardanias credis habere nurus?
Da modo te facilem,nec dedignare maritum,
Rure therannæo nata puella Phrygem.

HVBER. Paridis genealoia Pleias uñ

¶ NON ego:incipit se laudare a nobilitate.¶ Nō degenere:uel uilis genere:uel a maiorū uirtute remotus.¶ Generosæ:tui nobilissimę.¶ Turpiter:decorose:sed cū magna laude tua.¶ Pleiada:suæ genealogiæ uetustatē repetit Ioue,& Electra.Nā Iuppiter concubuit cum Electra filia Atlantis:quæ fuit una ex septē pleiadibus:quæ in cœlū in stellas translatæ sunt,& ex ea genuit Dardanū:quo Troiani originē,& nomē ducunt.Ouidius in fastis,Dardanon Electra quis nescit Atlantide natum,Scilicet Electræ concubuisse Iouē.¶ Pleiada.i.Electram:quæ ita dicta est,uel a Pleione matre:uel a πλέω græce nauigo:quia nauigantes solent Pleiadas ipsas obseruare.¶ Medios auos.i.qui sunt inter Iouem,& nos intelligit Erichthonium Troū,Ilum,Assaracum,Capim:& reliquos.¶ Ora:regio.¶ Beatior:ditior:ut diximus supra.¶ Obeunda:circundanda.¶ Finib⁹ immensis:ppter magnos fines,& ambitus.¶ Innumeras:infinitas.¶ Quæ dicas decere suos deos.i.quæ sint ornata,& talia,q̄ deceant,qb⁹ sunt dicata.¶ Ilion commemorat hoc oppidū pcipue,in quo sedes regnū Asiaticorū.¶ Structa:ędificata.¶ Canore.s.sono ablatiuus est casus.¶ Lyræ Phœbeæ:qa,ut alibi diximus,Neptunus,& Phœbus mœnia Ilii condiderūt:est autem Iliū oppidū ipsius Troiæ maximū & celeberrimū:Troia est regio.¶ Troades:mulieres Troianæ.¶ Occurrent:uenient obuiā.¶ Agmine multitudine.¶ Capient:cōtinebunt:qa erunt plures,quā possint stare i nr̄a domo.¶ Achaia:Grçcia.¶ Vna do.quælibet sola domus nostræ religionis habebit opes unius uestræ urbis.¶ Nec mihi:ne uideatur spernere Græciam:dicit se uenerari plurimū Lacedæmona terrā natalem ipsius Helenæ.¶ Sparthen:Lacedæmona.¶ Beata:felix.¶ Mihi:iudicio meo.¶ Parca:nō luxuriosa:neq; sumptuosa in uestibus.¶ Tu digi.cul.di.i.tu mereris ornatum sumptuosum.¶ Nō facit nō cōuenit.¶ Paratibus:ornatibus cultibus.¶ Sine fine,infinite.¶ Luxuriare:abūdare:affluere.¶ Cū uideas:sumit argumentū ornatus mulierū ab ornatu uirorum:q solent esse minus delitiosi:cum ergo uideas uiros cultos.¶ Qualē:quasi dicat multo sumptuosiorem:& splendidiorem.¶ Nurus:puellas.¶ Facilē:exorabilē nō durum:ut faciles uenerare Napeas,Rure therannæo Therapne Lacon æ oppidum est.Pomponius Mella in Laconide Therapne.Lacedæmon Amychlæ.

Iliū gđ sī:

ASCEN.

¶ NON ego cōiugium,docuit licitū esse,quod petiit,quia diuino monitu,& pmissu.docet etiam ex psona sua,quia nō minus nobilis sit,imo nobilior,& ditior,& formosior,& tali fœmina dignior,q̄ Menelaus.deinde q eā nō ad concubinatum,sed ad cōiugium poscit.Nobilitatem aūt Phrygum probat ex Ganymede deorū pincerna.Tithon Auroræ cōiuge,& Anchisæ Veneris amato,imo,si Heleno Virgiliano credimus,cōiuge.dicit.n.Coniugio Anchisæ Veneris dignate superbo.Pleiada.s.Electrā Dardani matrē,ex qua Iuppiter Dardanū genuit Troianorū progenitorem.Beatior.i.ditior,& melius habens.Canoro.i.cantu sonoro.hic canor,huius canoris.dicitur enim Apollo cū Neptuno mœnia Troiana fabricasse conuocando saxa ad sonum lyræ,quomodo Amphion ad constructionem mœnium Thebanorū.Vnde Ho.in arte.Dictus & Amphion Thebanæ cōditor urbis Saxa mouere sono testudinis,& pce blanda Ducere,quo uellet.Quod nō fictū est,qa eloquentia,ut dicit Ci.li.i.Rheto.in pfatione.uidelicet uir quadā eloquētia(quē p canorē hic intelligit)præditus primus hoīes Syluestres in ciuitatis cōcordiā,& ad mœnia cōstruenda cōcitauit,ut in dicto li.attestat Ho.Neptunus aūt qui aquarū deus est,adiutor fuisse dicit,qa sine aqs nō fit cōglutinatio,& ad eas descendunt fundamēta,q̄ Neptuno sacrant.unū qa(ut i fabulis ē)iusiurādū nō seruauit Laomedon.dicit Aene.ii.Neptunus muros magnoq; emota tridēti fundamēta quatit.Opes urbis.i.q̄ sufficiāt urbi.Sparte grçce,nā latine dicit Sparta.Nō facit.i.nō est idoneus locus iste.i.uilis.Luxuriare.i.supfluere in quauis re.unū & segetes nimiū uegetes dicunt luxuriare,& qa habitio nimis ampla Venerem excitat,uocamus carnis patulātiā luxuriā.Cū uideas cultus nr̄a de gēte uirorū.hōc dānat in Aenea Iarbas Aenei.iiii.dicens.Et nunc ille Paris cū semiuiro comitatu,Mæonia mētū mitra crinēq; madentem Subnixus rapido potitur &c.Et eundem laudat Paris sed mulieri,uerumtamē sunt qbus aius est longe alius,de quibus uidelicet dicit Iuuena.saty.vi.Ferum est,quod amant.

Phryx erat, & nr̄o genitus de sanguine, qui nunc
Cum dis potando nectare miscet aquas.
Phryx erat Auroræ coniux, tamen abstulit illum
Extremum noctis, quæ dea finit iter.
Phryx erat Anchises, uolucrum cui mater amorū
Gaudet in Idæis concubuisse iugis.
Nec puto collatis formis Menelaus, & annis
Iudice te, nobis anteferendus erit.
Non dabimus certe socerum tibi clara fugantem
Lumina, qui trepidos a dape uertat equos.
Nec Priamo pater est soceri de cæde cruentus,
Et qui Myrtoas crimine signet aquas.
Nec proauo stygia nostro captantur in unda
Poma, nec in mediis quæritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? si te tenet ortus ab illis,
Cogitur huic domui Iuppiter esse socer.
Heu facinus, totis indignus noctibus ille
Te tenet, amplexu perfruiturq; tuo.
At mihi conspiceris posita uix deniq; mensa,
Multaq;, quæ lædāt, hoc quoq; tempus habet.
Hostibus eueniant conuiuia talia nostris,
Experior posito qualia sæpe mero.
Pœnitet hospitii, cum me spectante lacertos,

Sparte ubi. Phrygū habitus. Teramne ubi. Ganymedis fabula. Titōis fa. Memnōnis mors. Atreus & Thyestes. Pelopis facinora. Tātali fa.

ANTO. ¶ PHRYX erat: felicitatē: patriæ cōmēdat a genere. ¶ Nectare miscet aquas Ganymedē signat: q raptus in Ida factus ē Iouis pincerna. ¶ Coniux Auroræ: is est Tithonus lōgæuus senex, quē Auroræ cōiugē fuisse cōstat: ex qbus Mēnon natus est: quē Achilles pemit, dū cremaret in auē uersus credit: q̃ est uolitare circa eius sepulchrū ad Troiā soiū cōspiciant. Mēnoniæ sunt nūcupatæ. ¶ Mater amorū: ea est Venus, cū qua ad Simoenta fluuiū Anchises concubuit: & ex his natus est Aeneas. ¶ Nec puto collatis: seipsum cōmēdat a forma: & ætate. Menelaūq; in contēptū ducit: obiiciens suorū malorum scelera. ¶ Socerū ubi clara fugantē lumina: cœnā Thyestæ obiicit: a qua suos radios auertisse solem poetæ. Atreus, & Thyestes Pelopis filii alternis annis Mycænarū imperiū tenebant. Mercurius filii Myrtilli necē: quē i mare pcipitarat Pelops, maxime dolens, dissensionē fecit Thyestes: ut Arietis pellē aureā: quæ apd' Atreū seruabat, haberet, Aeropā: quā alii Meropē appellant, uitiauit: unde nati sunt Tātalus, Plistenes, & Arpagines: quos simulata pace: ubi facinus cōperit Atreus frater epulandos pueros apposuit: a tāto facinore sol dicit radios auertisse. ¶ A dape: ex cœna Thyestæ q filios deuorabat. ¶ De cæde soceri: Pelopē signat: q Myrtillū aurigā in mare pcipitauit: Oenomaū socerū trucidauit. ¶ Myrtoas aquas a pcipitato Myrtillo Myrtoas dicimus. ¶ Captant in unda poma: ad Tantalū Pelopis patrē hoc refert: q, sitibundus in media aqua: exuriensq;, cū ad uerticē ois generis poma habeat, nec bibere: nec famē sedare datū est. ¶ Tenet: ui possidet: nō uolūtate Menelaus, q a Tātalo genus ducit. ¶ Huic domui: enunciādū cū cōtēptu est. Heu facinus indignū: narraturus cætera: quibus assiduo maxime in amore molesta sunt ab excandescentia incepit. ¶ Vix deniq; mensa: ecce quod augebat miseriā: quod Menelaus, ut uolebat, fruebatur: ipse uero uix conspicere poterat. ¶ Hoc tempus: dū scribimus.

Therāne. Ganymedes. Nectar qd. Tithonus. Memnon. Anchisæ cōcubitus ex quo Aenea. Atrei & Thyestis fabula. Pelops. Mytroi a quo mare Myrtoum. Mors Tātali. Pelopis fa.

HVBER. ¶ PHRYX erat: laudat Phrygū nobilitatē. Qui nunc cū diis potādo: Ganymedē intelligit. Hic filius fuit Trois regis Troianorū amatus a Ioue: q cū in Ida uenaret, a Ioue in formam aquilæ trāsfigurato raptus est: & expulsa Hebe, q̃ sibi ministrabat: pincernā suū instituit. Oui. li. x. Meta. Arripit Iliadē, q nūc quoq; pocula miscet, Inuitaq; Ioui nectar Iunone ministrat. ¶ Nectare: nectar potio est deorū. ¶ Auroræ coniux .i. Tithonus. is frater fuit Laomedontis: qui ab Aurora amatus ex ea genuit Mēnona quē postea in auxiliū Troianorum misit. ¶ Quæ finit extre. iter noctis: qa Aurora tenet cōfinia lucis, q̃ inchoat: & noctis, quā finit. ¶ Anchises: is filius fuit Capis formosissimus, amatus a Venere: cū quo cōcubens in mōte Ida postea apud Simoēta fluuiū genuit Aeneā. ¶ Volucrū: uelociū habētiū alas. ¶ Amorū: sunt .n. gemini. alibi diximus. ¶ Gaudet: quasi re honestatū & apud Virg. Cōiugio Anchisæ Veneris dignate supbo. ¶ Iugis: uertice. ¶ Nec puto: laudat se a pulchritudie, & fortitudine: qbus duabus rebus pponit se Menelao. ¶ Collatus: cōparatus. ¶ Iudice te: iudicio tuo. ¶ Nō dabimus: ita laudat se: ut deprimat patrē Menelai: dicit .n. se nō habere patrē, q sit futurus socer Helenæ: q filios coxerit: & solē eo scelere fugauerit. ¶ Fugātē: repellētē. ¶ Trepidos: uel territos, uel festinos. ¶ A dape: a cōuiuio suo scelerato. Fabula hoc habet, Atreus, & Thyestes fratres fuerūt filii Pelopis. Atreus uxorē habuit Aeropem noie, quā cū frater Thyestes ardenter amaret: cū ea cōcubuit, quod cū frater intellexit. in ultionē huius sceleris filios coxit, & comedendos fratri apposuit assimulata cū eo cōcordia, hanc rē ne sol uideret: dicit auertisse se. de hac re scripta est Tragœdia apud Græcos: ex Atreo credit natus esse Menelaus: unū esset socer Helenæ: dicit ergo nō dabo tibi talē socerū, q̃lis fuit Atreus: q humanas dapes fratri apponat. ¶ Nec pater est .i. nec pater Priami auus meus socerū suū interfecit, sicut Pelops auus Menelai: diximus supra i Epistola Hermiones fabulā Oenomai patris Hippodamiæ: quā Pelops cursu uicit. Is aūt Pelops: ut regno soceri poteret: eū interfecit. ¶ Et q mit .i. nec dabimus auū: q aliquē in mare pcipit auerit submergendū: sicut Pelops Mirtillū aurigā Hippodamiæ: quo fauēte eā uicerat, in mare pcipitauit: a quo mare Myrtoū dictū est: hæc fabula loco supra dicto narrata est. ¶ Nec proauo: amplificat odiū gētis Menelai: dicēs nec pauus meus dānatus est apud inferos eadē pœna: ut aquā usq; ad os habeat: & poma neq; tū bibere, aut comedere possit, sicut Tātalus pauus Menelai. Tātalus .n. cū esset familiarissimus deorū, & Iouē cū cæteris diis ad cōuiuiū inuitasset: dicit Pelopē filiū suū coxisse, & deis comedēdū apposuisse: ut eorū diuinitatē tētaret: a quo oēs abstinuerunt excepta Cerere: q̃ humerū eius cōsumpsit: postea cū ad uitā reuocare uellēt: humerus est ei eburneus restitutus: unū Virg. Humeroq; Pelops insignis eburno. Inde Tātalus hac pœna dānatus: apud inferos dicit: ut nec undis, nec pomis tāgētibus ora pfruat. Sūt tū q cū hac pœna nō pp cædē filii: sed qa indicauerit arcana deorū dānatū putēt: qd' qdem Oui. in .i. amorū signat. Quærit aquas in aqs: & poma fugacia captat Tātalus: hoc illi garrula lingua dedit: & idē li. iii. amorū. Sic aret in mediis taciti uulgator in ungis. Pomaq;, q̃ nullo tpe tāgat: habet. Euripides dicit eū suspēsum i aere: ppterea qd' aduersus deos esset maledicus. ¶ Quid refert? qd interest: qd mihi pdest: maiores Menelai tales esse. ¶ Si ortus .i. si Menelaus natus ab illis. ¶ Tenet te: placet tibi. ¶ Cogit: subaudi si Iuppiter cogit esse socer huic domui .i. contra uolūtatē suā cōpellit esse socer ipsius Menelai: qui est de gēte ita scelerata & impia: nā si Helena, q̃ est filia Iouis sit eius uxor: necessario Iuppiter erit eius socer. ¶ Heu facinus: Pergit adducere eū in odiū. ¶ Indignus: qui nō meretur talem uxorē. ¶ Mihi, q. d. qui te amo ex corde. ¶ Vix deniq; .i. etiam cum difficultate. ¶ Posita: parata. ¶ Hoc tēpus: mensæ, & cœnæ. ¶ Quæ lædāt: quæ displicent. ¶ Eueniant: optantis est. ¶ Talia: ita acerba. ¶ Pœnitet ho. i. pœnitet me esse in ea domo.

ASCEN. ¶ NEC puto collatus &c. Quod summe necessariū erat, icipit Menelai amorē excludere. sicut Maro dicit abolere Sicheū. Socerq; .s. Thyestē, sed Priamū. Nā a cœna Thyestæ auertit sol equos, ad qd alludit Dido Aen. i. dicēs. Nec tā auersus equos tyria sol iūgit ab urbe. Nec pr̄. s. Pelops Thyestæ pr̄, q Plistenē genuit, unū Agamēnō, & Menelaus nati sunt, q̃uis Atridæ dicant. ¶ Nec proauo. s. Tantalo, q pauus est Menelai, qa pr̄ Pelopis. Cogit huic. s. tā sceleste domui .i. familiæ Iuppiter esse socer, q d. tā bonus deus, q Iuppiter dictus est iuuās pr̄, indignū ergo cēset Helenā filiā Iouis ex Leda Tyndari uxore progenitam, in tam scelestā familiam detrusam, innuens cōtra se ea dignam, quippe qui de sanguine Iouis ortus sit.

¶ Rusticus

¶ RVSTICVS: cum stomacho est hoc enuntiandum. ¶ Rumpor: torqueor inuidia. ¶ Fouet: lasciue tractat. ¶ Inuito fastidio pro dolore. ¶ Crescit: non conteritur: sed durior efficitur. ¶ Flammam compescere: cohibere amoris æstum: infuso fortius mero. Ebrietas fuit ignis in igne: accendit amoris insaniam. ¶ Recumbo: discumbo dicendum fuerat, si carmẽ permisisset. ¶ Reuocas oculos: in te uertis pro desiderio: non possum, inquit, me continere: quin ad te oculos reuocẽ. ¶ Quid faciam: cõmunicatio hæc miserationem mouet. ¶ Abesse doleo: cum uideo tuos, & Menelai lusus, sed multo fortius solicitor: dum te non uideo. ¶ Qua licet, & possum: modestiam suam in amore commendat. ¶ Tibi soli, non Menelao: non aliis.

ANTO. Iouis adulterii cum Leda Anserum quot genera fuere

Imponit collo rusticus ille tuo.
Rumpor, & inuideo quid nunc tñ oĩa narrem?
Membra superiecta cum tua ueste fouet?
Oscula cum uero coram non dura daretis,
Ante oculos posui pocula sumpta meos.
Lumina demitto, cum te tenet arctius ille,
Crescit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus, & te lasciua notaui,
In gemitu risum non tenuisse meo,
Sæpe mero uolui flammam compescere, at illa
Creuit, & ebrietas ignis in igne fuit.
Multaq; ne uideam, uersa ceruice recumbo,
Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.
Quid faciam dubito, dolor est meus ista uidere,
Sed dolor a facie maior abesse tua est.
Qua licet, & possum, luctor cælare furorem,
Sed tamen apparet dissimulatus amor.
Nec tibi uerba damus, sentis mea uulnera sentis,
Atq; utinam soli sint ea nota tibi.
Ah quoties lachrymis uenientibus ora reflexi,
Ne causam fletus quæreret ille mei.
Ah quoties aliquem narraui potus amorem,
Ad uultus referens singula uerba tuos,
Indiciumq; mei ficto sub nomine feci,
Ille ego, si nescis, uerus amator eram.
Quin etiam, ut possem uerbis petulantius uti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Prodita sunt memini, tunica tua pectora laxa,
Atq; oculis aditum nuda dedere meis.
Pectora uel niuibus puris, uel lacte, tuamq;
Complexo matrem candidiora Ioue.
Dum stupeo uisis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis a digitis excidit ansa meis.
Oscula si natæ dederas, ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et modo cantabam ueteres resupinus amores,
Et modo per nutum signa tegenda dabam.

¶ Ora reflexi: uultum alio conuerti. ¶ Ille: tacuit ob inuidiam nomen de Menelao locutus. ¶ Amorem aliquem quoquo pacto multi amarint, exposui. Ad tuos uultus: ad te ipsam conuersus: singula uerba exprimebam. ¶ Indiciumq; mei: me amare indicaui. ¶ Sub fal. no. sub nomine alieno: nam quem alium dicebam: is ego eram. ¶ Petulantius. multa obloquẽdi licentia. ¶ Aditum dedere: præbuerunt ad conspiciendam uiam. Ioue qui in formam oloris cum Leda concubuisse traditur: est olor pennis candidissimus. ¶ Tortilis ansa: in poculis ansæ aliæ leues erant: aliæ tortiles: ¶ Veteres amores: ueterũ gesta in amore: ut Pyrrami, & Thesei: ut Herculis. ¶ Resupinus: pictus molliterq;: ut nimio uino pleni facere consueuerunt: uelut Polyphemus apud Virg. cum tradit medio resupinus in antroq;.

¶ RVSTICVS: incultus sine moribus, & blandiciis. ¶ Rũpor, s. dolore. ¶ Cum ille: Menelaus. ¶ Fouet tua mẽbra ueste superiecta. i. cum te amplectitur: & tenet in ulnis sub ueste sua. ¶ Quid non hæc dicta sunt per parenthesin. ¶ Non dura: mollia, & lasciua. ¶ Posui pocula ante oculos: ne uiderem. ¶ Demitto: inclino. ¶ Arctius: strictius. ¶ Crescit in ore cibus. uidet crescere: quia præ dolore comedere non possum: Iuue. Interq; molares difficili crescente: ex anxietate. n. cibus multum commasticatus, & cõmansus uix potest demitti per fauces. ¶ Notaui: aduerti. ¶ Cõpescere: coercere. ¶ Ebrietas fuit ignis in igne: quia ex uino crescit amor. Oui. li. iii. de arte. ¶ Cũ ueneris puero non male Bacche facis, idem: Vina parant animos: faciuntq; caloribus aptos, unde Paulus apostolus. Nolite inebriari uino, i quo est luxuria. ¶ Recumbo: discumbo ad mensam. ¶ Ceruice uersa: uerso capite in aliã partẽ. ¶ Protinus: stati, qa nõ diu possum manere: qn te esiciam. ¶ Maior, s. q̃ uidere. ¶ Abesse: discere. ¶ Qua licet: q̃tenus licet. ¶ Nitor: conor. ¶ Dissimulatus: occultatus. ¶ Nec damus uerba: nec te decipimus. ¶ Tibi soli: ne alius aduertat. ¶ Reflexit, retroflexit: ne uideret lachrymari. ¶ Ipse: maritus tuus. ¶ Potus: cum bibissem. ¶ Aliquem amorem: idest amorem alicuius. ¶ Referens: conuertens. ¶ Ad tuos uultus: ut intelligeres me ea dicere propter te. ¶ Indicium: demonstrationem mei ipsius. ¶ Sub nomine ficto: nam cum alium nominarem amantem: de me significabam. ¶ Ille: cuius amorem narrabã: hæc autẽ oĩa esse facienda ab amatore oñdit Oui. lib. ii. de arte. Hic tibi multa licet sermone latentia tecto. Dicere: quę dici sentiat illa sibi, Blãditiasq; leues tenui pscribere uino, Vt cñam in mensa se legat illa tuã. Atq; oculos oculis spectare fatentibus ignem &c. ¶ Petulantius: licẽtius, audacius. ¶ Non semel. i. sæpius. ¶ Simulata. i. ostendi me esse ebrium: qđ Oui. in. ii. de arte pcipit. Ebrietas, ut uera nocet, sic ficta iuuabit. Fac titubet blæso subdola lingua sono. Et qcqd dicẽs: facies ue proteruius æque Crędatur nimium cã fuisse meoꝝ. ¶ Prodita: apta. ¶ Tunica laxa. i. ueste laxata: & largius apta. ¶ Nuda. s. pectora. ¶ Dedere adi. oc. i. uasi sunt oculis meis. ¶ Pectora: laudat pulchritudinẽ & candorẽ eius pectoris, dicit potuisse cõparari uel niuibus intactis: uel lacti: uel ei cygno, i quẽ Iuppiter trãsformatus cõcubuit cũ Leda eius mře: cũ n. oẽs cygni sint candidi: credibile est illũ fuisse cãdidissimũ. ¶ Dum stupeo. i. uix sum apud me. ¶ Visis. s. pectoribus tuis. ¶ Ansa: dr in poculis ea pars, q̃ manu capit, & tenet poculũ. Vir. in buc. Et grauis attrita pẽdebat cantarus ansa, nã manubriũ, & capulũ de gladiis dicimus. ¶ Tortilis: fiebat. n. ansa intorta. ¶ Excidit. i. cecidit a manu. Nã pocula: p parenthesin legẽdũ est. ¶ Natæ: filiæ tuæ Hermiones. ¶ Ego tuli il. i. ego osculabar illã ubi tu dederas oscula tua. ¶ Modo: interdũ. ¶ Tegenda: cælanda. ¶ per nutus: ut ipse in primo amorum. Me specta nutusq; meos: uultũq; loquacẽ.

HVBER.

Cygnorũ qualitas

Ansa q̃d sit

¶ ET te lasciua: per gratã petulãtiã, libertatẽ, ac proteruiã hoc pfert Paris, quasi inuidia parcitus, & Zelotypia ęstuãs, q̃re nihil gratius amãtib⁹, Sic Maro. Malo me Galatea petit lasciua puella. Ebrietas. i. supabundãtia uini fuit ignis. i. incẽdiũ in igne. i. in amore. Aut ebrietas ignis. i. amoris fuit in igne. s. indignatiõis. Quid faciã dubito. Amatorie. docet cruciatũ suũ neq; uidere, neq; nõ uidere patiaẽ eam, nã uidenti dolet a rustico tractari nõ uidenti. nõ posse talẽ uultũ contẽplari. Narrãtiũ potus, qa post potũ, & lasciua narrari solent, & liberius, incautiusq; uñ Flaccus dicit, Reges dñr multis urgere cululis, & torquere mero &c. Prodita sunt, qa gaudẽt summopere formosæ laudari, laudat eam a forma, & lepore corporis. Ioue complexo matrem: qa conuersus in cygnũ complexus est Ledã. quæ ex eo & Tyndaro duo oua cõcepit, ex quorũ altero natus Pollux, & Castor. unde Hora. ouo prognatus eodem &c. Creditur tñ Castor Tyndari filius, & ob id mortalis fuisse. Ansa est, qua capitur poculum. in bucoli. Et grauis attrita pendebat cantarus ansa. Erant autem aliquando ansæ totiles, idest intortæ, & interdum sculptæ. Vnde in eisdem. Et molli circum est ansas amplexus acantho.

ASCEN.

ANTO. Clymene & Aethra quæ Hippomenis & Atalãtę fabula Hippodamia q̃ fuit

¶CLYMENEN Aethram. Septumius tradit duas has Menelai affines fuisse relictas ad Helenę custodiã: quę cum Paride fugerunt: hoc transitu in solicitudine Helena relinqt: honeste in alienam sermonẽ transferẽs. ¶ Formidare: dñt facile posse uenire i meã iniam: nisi timerent: ne res añ factũ resciret Menelaus. Medias p̃ces: qd' signũ eſt formidantis. ¶ Dii facerẽt: ex optatione audaciã amoris gratia in subeundis certaminib firmat. ¶ Magni cer. qd' certamẽ q̃uis magnũ sit, ut certaminis esses p̃miũ, subirẽ. ¶ Vt tu. Hippomenes: Onchesto Neptuni filio natus ẽ Megareus: q filiũ habuit Hippomenẽ is Atalãtã Schœnei filiã cursu superasse tradit a Venere adiutus, quæ illi tria poma ex hortis Hesperidũ dedit, q̃bus piectis puellę cursum ipediuit: repudiabat puella cõiugiũ: qm̃ oracula tulerat cũ primũ nuberet: fore ut seipsa careret: uersa. n. eſt in leonẽ cũ uiro Cybeles indignatione: qm̃ in eius tẽplo p cõtemptũ Hippomenes uxoris uirginitatẽ libauerat. ¶ In phrygios sinus: de Pelope itelligit: q cũ ex Phrygia in Pelopõnesum nauigaret, ut autor eſt Thucydides, uxorẽ Hippodamiã Oenomai filiã duxit: quã tulit uictoriæ p̃miũ: ut diximus. ¶ Acheloia cor. cũ Acheloo pugnasse Herculẽ ob Deianirã exposuim⁹. ¶ Per has leges q̃ essent ut tu p̃miũ esses certaminis. ¶ Isset fortiter: uictoriã cõsequerẽt. ¶ Opus: p̃miũ meæ uictoriæ. ¶ Nil supest: qm̃ certaminis p̃miũ esse nõ potes. ¶ Te coniuge: honestius culpã texit: q̃ si dixisset amica. ¶ A cœleste figar sagitta.

Cassandræ uaticinium

Cassãdra cũ apud Ennium in Tragœdia uaticinat̃ de troiano excidio refert, cœlesti sagitta pcussum Paridẽ, cũ uideret classem parari: q̃ incendiũ troianũ ferret.

Multa nomina more ueterũ i auferẽdi casu i e enũciantur

Cœleste dixit more ueterũ, q noĩa, q̃ auferendi casu enunciantur in e efferebãt, ut mari, & mare, qd in Argonauticis Varro Atticinius oñdit: cũ dicit, Cingit oceano, libyco mare, flumine Nilo. Et Luc. in. vii. suæ Pharsaliæ dixit, Erepto natale feret. ¶ Parce datũ fatis. arguit amorẽ hunc fore necessarium a fato. ¶ Datum: qd' fata cõstituerũt. ¶ Excipe me lecto: ex cã petitionẽ honestiorẽ facere uĩ. ¶ Venerẽ maritã: maritalẽ pudicitiã. ¶ Iura uiri legitimi: interpretatur maritam Venerem.

Et comitum primas Clymeneq́ꝫ, Aethrãq́ꝫ tuarũ
   Ausus sum blandis nuper adire sonis.
Quæ mihi nil aliud, quam formidare locutæ,
   Orantis medias deseruere preces.
Di facerent pretium magni certaminis esses,
   Teq́ꝫ suo posset uictor habere toro.
Vt tulit Hippomenes Schœneida p̃mia cursus,
   Venit ut in Pprygios Hippodameia sinus.
Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit,
   Dum petit amplexus Deianeira tuos.
Nostra per has leges audacia fortiter isset,
   Teq́ꝫ mei scires esse laboris opus.
Nunc mihi nil superest, nisi te formosa precari,
   Amplectiq́ꝫ tuos, si patiare, pedes.
O decus, o præsens geminorum gloria fratrum,
   O Ioue digna uiro, ni Ioue nata fores.
Aut ego Sigeos repetam te coniuge portus,
   Aut hic Tænarea contegar exul humo.
Non mea sunt summa leuiter districta sagitta
   Pectora, descendit uulnus ad ossa meum.
Hoc mihi (nam repeto) fore ut a cœleste sagitta
   Figar, erat uerax uaticinata soror.
Parce datum fatis Helenæ contemnere amorem,
   Sic habeas faciles in tua uota deos.
Multa qdẽ subeunt, sed corã ut plura loquamur,
   Excipe me lecto nocte silente tuo.
An pudet? an metuis Venerem temerare maritã?
   Castaq́ꝫ legitimi fallere iura tori?
Ah nimium simplex Helene, ne rustica dicam,
   Hanc faciem culpa posse carere putas?
Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est,

HVBER. Aethra

¶PRIMAS. i. p̃cipuas, & tibi itimas. ¶ Aethrã: hęc credit fuisse mr̃ Thesei: ut alibi diximus. ¶ Adire: alloq. hoc p̃cipit Oui. i ii. de arte. Sed p̃us ancillã captatę nosse puellæ Cura sit, accessus molliet illa tuos. ¶ Quæ comites tuę. ¶ Nõ locutę aliud. i. aliud r̃ñdentes. ¶ Quã formidare: quã se timere. ¶ Deseru. re med. p̃ces. i. noluerũt audire oẽs meas p̃ces. ¶ Pretiũ cer. esses. i. ut p̃poneris p̃tiũ ei: q te in aliquo magno certamie uincẽdo cõsequerẽt. ¶ Vt tulit: sumit exẽpla quorũdã: q certarũt p amore, quos dicit se eẽ imitaturũ. ¶ Schœneida: Atalãtã filiã Schœnei: q cum ab oraculo accepisset, ut uitaret: cõiugiũ, cũ eẽt p̃nicitate pedũ p̃stãtissima: & m̃lti eã uxorẽ peterẽt, hãc cõditionẽ p̃cis iponebat: ut a se currẽdo uicti morte plecterẽt: uictor eius cõiugio potirẽt. Cũ i. it inter multos, q eã petebãt, adesset Hippomenes illi⁹ pulchritudine incẽsus, Venerẽ in auxiliũ rogauit: q̃ ex Damascẽno argo Cypri tria mala aurea ei attulit: monuitq́ ut itercurrẽdũ uirgini ea obiiceret: fore. n. ut illorũ cupiditate tardaret: parens igit̃ eius p̃ceptis unũ iu obliquũ cõiecit: ad qd' primũ capiẽdũ

Atlanta

Atalanta a cursu diuertit: mox alterũ: & postremo tertiũ. q̃ oĩa dũ puella cupida attollere curat: cursu ab Hippomene ẽ p̃uenta, & supata: postea ingratus aduersus Venerẽ fuit, q̃re ĩdignata ipatiẽtiã libidinis i eos imisit: ita ut i loco sacrato Cybeli mr̃i deorũ cõcubuerint: ob quã cãm in leones cõuersi sunt Cybele: ut scri. Ouid. li. x. Me. dicit ergo Paris, qd' sicut Hippomenes nõ territus cõditione mortis certamine cursus Atlantã meruit: ita & ipse idẽ faceret pro Helena. ¶ Alcides Hercules. ¶ Cornua Acheloia. i. cornua Acheloi: qui & ipse p Deianira certauit. dictũ eſt in ep̃la Deianiræ in eo loco, Ne pigeat pugnę bis tibi causa fui. ¶ Cornua flens legit rapidis Achelous in undis. ¶ Nostra: subaudit̃ sicut. ¶ Per has leges: p tales cõditiones ausus essem ire. ¶ Te esse opus mei. i. te meo labore esse cõparatã. ¶ Nil su. nil restat, q̃a nõ p̃poneris talib⁹ certaminibus. ¶ Amplecti pe. qd' p̃cantes facere solẽt. ¶ O de. p̃cat̃ eam: & laudat simul. ¶ Fratrum: Castoris, & Pollucis. Digna Io. ui. digna q̃ esses uxor Iouis, nisi esses filia. ¶ Sigeos: Troianos. ¶ Te cõ. te abducta mecũ in cõiugẽ. ¶ Aut cõtegar: sepeliar. ¶ Humo Tęnaria: in hac tua terra laconica. ¶ Exul: nunq̃ amplius domũ reuersus. ¶ Districta pcussa. ¶ Leuiter: parũ, sed uehemẽter. ¶ Vulnus: amoris. ¶ Ad ossa in medullas. ¶ Hoc: oñdit amorẽ suũ esse fatalem: quẽ dicit p̃dictũ sibi fuisse a Cassandra sorore sua diuinatrice. ¶ Repeto: in memoriã reduco. Fore: futurũ eẽ. ¶ A sagitta cœleste. i. ab amore cœ-

Ablatiui q̃nq́ꝫ cõtra regulas in e ponũtur

lestis mulieris: notandus eſt aũt hic ablatiuus cœleste in e contra regulam desinens necessitate metri. ¶ Parce: serua: noli. ¶ Helene: uocatiuus eſt a noĩatiuo Helene. ¶ Sic: adiurãtis eſt. ¶ Faciles: exorabiles: benignos. ¶ In tua uota: ad ea, q̃ optaueris. ¶ Subeunt: succurrunt, ueniunt in mentẽ, q̃ possim scribere. ¶ Corã: p̃ñtes. ¶ An pudet: excipere me lecto tuo. ¶ Legitimi: Menelai, quẽ legitimum tibi putas. ¶ Simplex: imprudẽs. ¶ Ne rustica dicam. q. d. qd' ẽt possum dicere, si habes hũc timorem. ¶ Hanc: talem: tam pulchrã. ¶ Putas. q. d. falleris. ¶ Mutes faciem: ut non sis pulchra. ¶ Non dura. i. facilis.

ASCEN.

¶ET comitũ primas. i. p̃ncipes inter pedisequas, ac comites tuas, q̃a ab illis (ut Oui. in arte docet) auspicandus eſt amatoribus aditus. Quæ nõ locutæ mihi aliud, q̃ formidare sup. se. deseruere medias p̃ces orantis. s. mei, hoc ẽ p̃ces meas orãtis eas, & ita sign̄at longe aliud r̃ñdisse, sed minatas fuisse illi mortẽ, si amplius loquerẽt, nec uoluisse auscultare, uñ quia seclusa eſt uia p eas, exclamat. q. d. O utinã dii facerẽt &c. Dii facerẽt subaudi utinã. q. d. si darẽt aliqua tui aegrendæ uia, adire, ẽt cum uitæ piculo, sicut Atlantã acq̃siuit Hippomenes, & Deianirã Hercules, ut in Deianira prætactũ eſt. In phrygios sinus hos uersiculos non oẽs codices habent: imo paucissimi. Vt a cœleste, rara declinatio. nã cœlesti regulariter dicitur, ueꝝ sicut cœleste licenter dixit, ita & in genitiuo plurali cœlestum, pro cœlestium, sicut & Maro. Cœlestũ uis magna &c.

¶Lis eſt

ANTO.

CLIS est cum forma magna pudicitiæ:hac sententia utitur Petronius:qui tradit pudicitiam cum forma raram fecisse mi sturam.¶ His gaudet:probat factum ab authoritate deorum.¶ Ego solus:mecum tantummodo pecces:cum aliis castita tem serues.¶ Nunc ea peccemus:ea peccata committamus.¶ Hora iugalis:cōiugium quicquid peccatum fuerit,corriget. ¶ Sed tibi & hoc suadet:facilitatem suadet a Menelai absentia.¶ Cressia regna in Cretam nauigasse Menelaum:Paride do mi relicto exposuimus.¶ O mira calliditate:ducit Menelaum in contemptum:eius factum irridens.¶ Hospitis Idęi curā: commemoratione hac iusta eius petitionem agere conatur.¶ Agas curam hospitis:Paridem cures.¶ Pro nobis:loco nostro:ea ratione dictum est:ut pro consule:& pro pretore: & Cice.pro portione i Tymæo dixit.¶ Sine pectore:insulsum signi ficare uoluit:nam ut uecordes dicimus : q nullius sunt consilii: ita,sine pectore insanos appellamus.¶ Dotes : formę elegantia. ¶ Aut erimus stulti:a contrario suadet nō sumus stulti:ideo ute mur data opportunitate.¶ Securum:sine dubitatione datum a Menelao.¶ Simplicitate:ea quæ est exclusis omnibus crimini bus:recta tantum suadet,& præsentia curat.¶ Longa:uel quā longiorem uideri facit amoris affectus : uel quæ esset sub hyemali solstitio.¶ Iungat:solicitudinē excludant.¶ Candidior:læ tior:ut apud Propertium.O nox candida:& o tu Lectule deli tiis facte beate meis.¶ Iurabo:fraudis timorem excludit.

Pudicitia & forma raro inuenitur

Pro nobis qd eleganter signet

Vecordes & insani q

Lis est cum forma magna pudicitiæ.
Iuppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis,
Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouem,
Vix fieri, si sint uires in semine amorum,
Et Iouis,& Ledæ filia,casta potes.
Casta tamen tunc sis, cum te mea Troia tenebit,
Et tua sim(quæso)crimina solus ego.
Nunc ea peccemus,quæ corriget hora iugalis,
Si modo promisit non mihi uana Venus.
Sed tibi & hoc suadet,rebus,non uoce maritus,
Neue sui furtis hospitis obstet,abest.
Non habuit tempus,quo cressia regna uideret
Aptius,o mira calliditate uirum.
Exit,& Idæi mando tibi dixit iturus
Curam pro nobis hospitis uxor agas.
Negligis absentis(testor)mandata mariti,
Cura tibi non est hospitis ulla tui.
Hunccine tu speras hominem sine pectore, dotes
Posse satis formæ Tyndari nosse tuæ?
Falleris,ignorat, nam si bona magna putaret,
Quæ tenet,externo crederet illa uiro?
Vt te nec mea uox,nec tę meus incitet ardor,
Cogimur ipsius commoditate frui.
Aut erimus stulti,sic, ut superemus & ipsum,
Si tam securum tempus abibit iners.
Pene suis manibus ad te deduxit amantem,
Vtere mandantis simplicitate uiri.
Sola iaces uiduo tam longa nocte cubili,
Inuiduo iaceo solus & ipse toro.
Te mihi,meq; tibi communia gaudia iungant,
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæ uis tibi numina,meq;
Astringam uerbis in sacra iura meis.
Tunc ego,si non est fallax fiducia nostri,
Efficiam præsens,ut mea regna petas.

HVBER.

CLIS est:sententia est Rhetorica pudicitia,& pulchritudo nō cōcorditer simul esse possunt.Iuue,Rara est adeo cōcordia for mæ,,Atq; pudicitiæ.¶ Furtis : adulteriis.¶ Hæc : talia. Iouem patrem tibi:quia nisi mater tua,quæ uxor erat Tyndarei,cum Ioue concubuisset:non esset pater tuus.¶ Vix fieri:latēter ostē dit filios filias ue trahere mores a parentib⁹: dicit enim cum sis filia Iouis,& Ledæ:qui adulterio delectati sunt , uix potes esse casta.Ordo:tu filia Iouis:& Ledę uix potes esse casta.¶ Si uires amorum sunt in semine:idest sunt in generatione:idest si filii tra hunt uim amoris a generatione parentum.¶ Casta tamen: dicit nunc uelim fallas maritum tuum:sed cum eris mecum sis casta: & cum nullo pecces,nisi mecum.¶ Ea peccemus:ea committamus.¶ Quæ hora iugalis corriget:idest quę postea emendabit matrimonium:& faciet nō esse peccatum:corrigit enim adulte rium:cum adulteri legitimo copulantur matrimonio. ¶ Nō ua na:non falsa:quod sis futura uxor mea.¶ Sed tibi:arguit com moditatem,quam absentia mariti ei præstat.¶ Rebus: effectu. ¶ Non uoce:quia nō dicit tibi,ut hoc facias,sed significat se esse contentum:cum me hic præsente discessit.¶ Et abest : ne obstet furtis sui hospitis:idest ne prę sentia sua impediat amorem:& cō cubitum meum tecum.¶ Cressia:cretensia.Nam,ut dixi, Menelaus profectus fuerat in Cretam,quo tempore Paris in eius do mo hospitabatur.¶ O mira calliditate:pro miræ calliditatis: & astutiæ,& est ironia:quasi dicat:o simplicem,& stultum hominem.¶ Ipse,q.d.stultus.¶ Iturus:abiturus. ¶ Dixit o uxor : o Helena.¶ Mando:committo tibi,& præcipio.¶ Hospitis Idæi: Paridis Troiani ab Ida monte Phrygiæ.¶ Negligis : quia ei nō pares.¶ Tyranni:regis:ut Virgi.Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.Legitur tamen etiam hic mariti. ¶ Hunccine: adducit Menelaum in contemptum dicens esse fatuum , & stul tum:qui non possit cognoscere pulchritudinem ipsius Helenæ: hunccine pro hunc ne.¶ Sine pectore.i.sine sapientia.Hora.in ep̄is,Non tu corpus eras sine pectore.¶ Dotes:p̄tium ex cellentiā.¶ Tyndari:o Helena.¶ Magna bona.s.pulchritudinem.¶ Non crederet:non cōmitteret.¶ Vt:q̄uis.¶ Mea uox i mea uerba:& est sensus:licet nec uerbis meis:nec uehementi meo erga te amore exciteris:tamē est fallendus maritus tuus: & debes mihi morem gerere:quia simplex est,& stultus.¶ Vt superemus & ipsum:idest ut simus etiam ipso stultiores. ¶ Iners.i.sine effectu amoris:& cōcubitus.¶ Amantem:me.¶ Pene:fere suis manib⁹,quod solent facere lenones,& lenæ. Tibullus:Hæc mihi te adducit tenebris:multoq; timore Coniungit nostras clam taciturna manus.¶ Sola:dicit esse conue niens:ut ei morem gerat:& uno lecto coniungant:quia ambo soli dormiunt.¶ Communia:quæ uterq; capiemus. ¶ Gau dia:uoluptates.¶ Candidior.i.erit mihi ita iucunda:ut uideatur esse lætior medio die.¶ Quæuis:quęlibet.¶ In sacra iura .s.matrimonii.i.obligabo me futurum semper maritum tuum.¶ Petas mea regna.i.uenias in Troiam.

Adulterii correctio

Tyrannus qui sit

Lenonis exercitiū

ASCEN.

CLIS est cum forma.sic Iuuenalis.Rara est concordia formæ,Atq; pudicitiæ.Sed tibi & hoc suadet &c.Docet maritum quasi consentientē opportunitatem fecisse: qui in Cretam p̄ficiscens hospitem domi suæ derelictū coniugi,tam formosæ cōmendauerat,unde per ironiam manifestā exclamat,o mira calliditate uirū.Hunccine &c.argute p̄bat Menelaum esse in dignum tam formosa cōiuge.nā pulchritudo,& forma non pōt satis coli,& amari ab eo,qui eam ignorat,quemadmodū Menelaus,qui tam stolidus,atq; rerū imperitus erat,ut coniugem hospitii , atq; hospitem coniugi cōmēdaret. uocat ergo hoiem sine pectore.i sine corde,Nam in pectore,& corde uidetur prudentia,unde cordatus uocamus, quibus res suę cor di sunt,atq; eas prudēter curant.Tyndari patronymicū putatiuum.putabatur.n.Tyndari filia,est ergo uocatiuus a nominatiuo Tyndaris.Cōmoditate ipsius,idest quam ipse nobis per absentiā suam p̄stat.Aut erimus stulti,si.i.tam expectā dam opportunitatem in uacuum transire sinamus.Tempus securū,in quo nos securi esse possumus,cū absit maritus & hospitio tuo susceptus sim.Vtere mādantis simplicitate uiri.i.tā simpliciter , hoc est sine calliditate obsequere,ut ille mā dauerat.Candidior.i.melior,& aptior,quia bona tempora candidis lapillis signabant Cretes,& Thraces.

Si pudet, aut metuis, ne me uideare secuta:
Ipse reus sine te criminis huius ero.
Nam sequar Agide factum, fratrumq; tuorum,
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi,
Quattus in exemplis annumerabor ego.
Troica classis adest, armis instructa: uirisq;
Iam facient celereis remus & aura uias.
Ibis dardanias ingens regina per urbes,
Teq; nouam credet uulgus adesse deam.
Quaq; feres gressus adolebunt cinnama flãmæ,
Cæsaq; sauguineam uictima planget humum.
Dona pater, fratresq; & cum genitrice sorores,
Iliadesq; omnes, totaq; Troia dabit.
Hei mihi uix a me pars dicitur ulla futuri,
Plura feres, quam quæ littera nostra refert.
Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur,
Concitet & uires Grecia tota suas.
Tot prius abductis ecquæ est repetita per arma?
Crede mihi uanos res habet ista metus.
Nomine cœperunt Aquilonis Eretida Thraces,
Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.
Phasida puppe noua uexit Pagaseus Iason,
Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.
Te quoq; qui rapuit, rapuit Minoida Theseus,
Nulla tamen Minos Cretas ad arma uocat.
Terror in his ipso maior solet esse periclo,
Quæq; timere libet, pertimuisse pudet.
Finge tamen, si uis, ingens consurgere bellum,
Et mihi sunt uires, & mea tela nocent,

ANTO. ¶ SI Pudet, aut mutuis: purgat pudoris crimen transferens in se culpam. ¶ Aegidæ factum: exemplo arguit: nec pudendum, nec timendũ esse. ¶ Fratrum tuorũ: Castorem, & Pollucẽ intelligit. ¶ Geminas Leucippas: Phœben, & Elairin. Leucippi ex Philodoce filias: quas Castor, & Pollux rapuerunt: pugnatũtq; illarũ causa cum Ida & LynceoApharei ex Harene filiis: ut Pindarus scribit: & nos in Metamorphoseos diximus: de quibus ita Propertius, Non sic Leucippis succẽdit Castora Phœbe, Pollucem cultu nõ Elaira soror. ¶ Troica classis adest: facilitatem monstrat, facile, inquit, Troiam petemus: est enim parata classis. ¶ Ibis dardanias: suadet facinus: non modo non esse pudendum: sed summę gloriæ futurũ. ¶ Deã: nõ fœminam: sed deam opinabunt. ¶ Cinnama: duo sunt cinnami genera album, & nigrum: alterũ, quod est pretiosius, nascitur in Aethiopia: ubi sunt Troglodytæ: quia ad portũ Geboanitarũ deferunt: unde ad nos deferũ. coronas ex cinnamo inter asilii auro inclusas: primas in tẽplis capitolii, & pacis dicauit imperator Vespasianus. ¶ Planget: cõcutiet mactata. ¶ Nec tu rapta time: exemplis timorem soluitq; nec repetita restituatur: nec Phryges bellis sint lacessendi. ¶ Erichthida: Thraces Ericthei Atheniensis regis filiã duce Borea rapuerunt, ex qbus nati sunt Zetus, & Calais: ut author est Dido. ¶ Bistonis ora. Thraciã Athenienses bello molestarũt. ¶ Phasida: Medeæ rapinã exprimit, de qua diximus. ¶ Pagaseus: a Pagase oppido Thessalo: ad qđ fabricata eã Argo nauis. ¶ Minoida: de Phædra: aut Ariadna intelligit: quas ex Creta rapuisse Theseũ mõstrauimus. ¶ Vocat: uocati milites dicebanẽ: qui ultra stipendiarios colligebantur.

Phœbe & Elaira Castoris & Pollucis amasiæ

Cinnamĩ gñã quot

Troglodytæ populi

Zetus & Calais: qui

HVBER. ¶ SI Pudet occurrit obiectiõi. ¶ Ne uideare secuta me. i. ne uidearis spõte discessisse. ¶ Ipse ero reus: uolo oẽm culpam huius facti in me trãsferri. ¶ Seq̃r: mirabor. ¶ Aegidæ: Thesei. ¶ Fratrum tuorũ: Castoris, & Pollucis. ¶ Te rapuit: dictũ est supra. ¶ Illi: Castor et Pollux. ¶ Geminas Leucippidas idest duas filias Leucippi: subaudi rapuerunt. ¶ Fabula aũt hoc habet. Leucippus duas habuit filias Phæben: & Elairam, q̃ desponsatæ Ide, & Lynceo iuuenibus fortibus die nuptiarũ a Castore, & Polluce earum amore accensis raptæ sunt: cum Castora a Lynceo interfectum dicant: hãc fabulam scribit plene Ouid. lib. v. Fastorũ: & eã breuiter tetigit Propertius, Elegia ii. his uerbis, Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe, Pollucem cultu nõ Elaira soror. ¶ Propiore: quam fratrum tuorum ¶ Tangi: moueri, incitari. ¶ Troica arguit a facilitate discedẽdi. dicit enim se habere oĩa parata. ¶ Ibis: pollicetur ei magnos honores in regno Troiæ. ¶ Quaq; feres: dicit qđ ei fient honores, tanq̃ deæ. ¶ Adolebũt: cremabũt. ¶ Cinnama genus est aromatis odoriferi ex arbuscula, quã Aethiopia mittit. ¶ Cæsa: interfecta sicut numinibus. ¶ Planget: pcutiet, cũ in terra cadet. ¶ Dona: allicit eam munerũ pollicitatiõe. ¶ Iliades: Troianę mulieres. ¶ Tota Troia: continens pro cõtento. i. omnes Troiani. ¶ Vlla. i. minima. ¶ Feres: accipies. ¶ Nec occurrit obiectioni: & eã refutat quod nulla bella pp eam mouebuntur: & probat id exemplo multarum: quæ raptæ sunt, & nunq̃ tamen repetitæ. ¶ Concitet: cõmoueat cõtra me. ¶ Quę. q. d. nulla. ¶ Vanos stultos, & sine causa. ¶ Nomine Aquilonis, historiam tetigit, non fabulam. Eristheus rex Atheniensiũ filias duas habuit formosissimas: quarum Procis nupsit Cephalo ut supra diximus in Epistola Phædrę: alterã Orythiam noĩe cum Rex Thracum uxorem petiuisset: & non impetrasset: ille parata, & instructa classe misit: qui eã raperent: & qm̃ spirante Borea uento qui flat ex Attica in Thraciam, nauigantibus abducta est: datus est locus fabulę, qđ Boreas uentus eã abstulerit. ¶ Nomine: parte. ¶ Aquilonis: Boreæ. ¶ Ora: regio. ¶ Bistonis: Thracia noĩatiuus est casus: & forma patronymici fœminini gñis: est aũt Bistoniũ stagnũ Thraciæ. ¶ Pagaseus: Thessalicus: a Pagaseo sinu: uñ soluit nauem: ut diximus supra. ¶ Phasida: Medeã. ¶ Manu col. exercitu, & uiribus Colchorũ: narrata eã hæc fabula supra in ep̃la Hipsiphyles: & in Ep̃la Medeæ ad Iasona. ¶ Minoida: Ariadnẽ: uisa est fabula supra in Ep̃la Ariadnes: & in Ep̃la Phædræ. ¶ Cretas: accusatiuus est græcus: cuius noĩatiuus ẽ Cres. ¶ Terror: timor. ¶ Maior peri. ſm eam sentẽtiam: peior est bello timor ipse belli. ¶ Pudet pertimuisse: est postea pudor pertimuisse ea, quæ aliquis uoluit timere. ¶ Finge: pone, fac. ¶ Et. i. etiam mihi sicut Græcis.

Leucippi filiarum fabula

Cinnamũ

Filiarũ Eristhei histo.

Bistonium stagnum

Pagaseus

pulchrum dictum

¶ IPSE reus sine te. i. in me oẽm culpam assumã: nec dicam te secutam me, sed raptam a me. Factum Aegidę. i. Thesei, q ipsam prius rapuerat, ut ipse declarat per sequentia. Troica classis adest. Docet faciliter rapi posse, & difficulter repeti, raptam quoq; magis ueneratũ iri, q̃ dimissam, cum pro dea apud Troiam habenda sit. Adolebunt. i. incendent, cremabunt. Victam planget humũ sanguineã. i. quam sanguineã faciet. Plangendo. i. concutiendo eam pectore suo. Vnde planctus ꝓprie fit cum percussione pectoris. sicut de Anna dicitur Aenei. iiii. Vnguibus ora soror fœdans, & pectore palmis. Hei mihi, dici solet quando rebus dicendis impar est qui dicit. Vt, hei mihi qualis erat. q. d. eloqui nesciam. ¶ Tot prius abductis. Argumentum est ab exemplis, idq; Rhetoricum, atq; probabile, sed non necessario concludens. Vnde fallitur Paris. Bistonis ora. i. Thracia Manu Colcha. i. exercitu Colchico. Cretas, accusatiuus a nominatiuo Cres cretis, hi Cretes, hos Cretas.

ASCEN. Quæq; timere libet, pertimuisse pudet. Docet hoc uersiculo poeta, quid intersit inter timere, & pertimere, ac consimilia. Nam timere est qualitercunq; siue perfecte, siue imperfecte, pertimere ad finem usq; cum consumatione eius, de quo erat timor. Sed ut dixi. Nihil est poeta hoc facilius, & expositius. Finge tamen si uis &c. Quia argumentum ab exemplis inualidum est posset dicere Helena se potius repetendam, q̃ superiores, aut quia marito suo charior sit, aut quia maritus potẽtior cum fratre præsertim Agamennone, purgat obiectionem dicens etiam si Græcia tota bellum moueat in Troianos, nihil uerendum esse, cum maiores uires, & copiæ sint in Phrygia, q̃ in Græcia.

¶ Vestræ

¶VESTRE terræ:spartanæ potentiæ non succumbit Asia:sed ea est,quæ Græciam non formidet.¶ Pene puer:exemplo suam fortitudinē probat. Cilices Troiana armenta abigebant.Paris,qui tunc in Ida pecora pascebat,Cilices reperit, armentaq; abacta reduxit:unde a robore,& uirtute corporis Alexander est nuncupatus. Herculem quoq; Alexia cū corporis fortitudine appellatum scribit Var. Alteri uero nomen inditum esse tradunt:quoniam inter pastores quæcūq; exortæ fuissent controuersiæ,cōponere iustissime consueuerit.¶ Ilioneus.Deiphobusq; fuit:Paris palæstra,& sagittatione ualuit:qua Hector superatus:ira percitus Paridem trucidasset:nisi sibi fratrem a pastore regio,qui illum educarat,esse agnouisset,Ilioneus Phorbantis filius fuit: de quo Virgi. meminit. Deiphobus ex Priamo,& Hecuba natus est.¶ Cominus: in palestra.¶ Non potes hæc illi:nihil in iuuenta Menelaum gessisse iactare potes.¶ Mea arte:sagittationem,& palæstram itelligit. ¶ Quid ualeam:qua sim fortitudine.Cui emphasim habet hęc dictio,qui sagittatione,& palæstra ualet:qui potentia, & opibus pollet,qui diis immortalibus gratus est:qui sua, & suorum uirtute totam non timet Græciam.¶ Aut igitur nullo: colligit epistolam abigens quicquid Helenam terrere potuisset:duo,inqt:times,quo minus Troiam petas,ne repetita restituris: aut ne lacessita bello te reddere cogamur:immo aut omnino nō repeteris,aut si bello Troianos Græci tentauerint,turpiter succumbēt.¶ Dorica castra,Dores populi in Pelopōneso,cum inde pellerentur Parnassum tenuerūt:deinde per Heraclidas restituti multas urbes condiderunt in Pelopōneso:duæ tamen gentes constitere.¶ Dorica.s.& Aeotica:unde Peloponnesiaci Dores sunt appellati.¶ Pro tanta:quanta est Helena.¶ Totus orbis:Asia,& Europa.¶ Nomen feres:laudabūt te posteri. ¶ Spe modo nō timida:cum Spartem relinquas summa spe. ¶ Exige pete:cum Troiam appuleris.¶ Munera pacta:& cōiugium,& regni partē.¶ Cum plena fide: nulla utar perfidia, sed promissa omnia plene seruabo.

ANTO. Paridis fortitudo

Hectoris cū Paride certamen

Ilioneus q

Deiphob⁹

Nec minor est Asiæ,quam uestræ copia terræ,
Illa uiris diues abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quam Paris,aut armis anteferendus erit.
Pene puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus,& causam nominis inde tuli.
Pene puer iuuenes uario certamine uici,
In quibus Ilioneus,Deiphobusq; fuit.
Neue putes,non me nisi cominus esse timēdum,
Figitur in iusso nostra sagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ,
Instruere Atriden non potes arte mea.
Omnia si dederis,nunq̄ dabis Hectora fratrem,
Vnus is innumeri militis instar erit.
Quid ualeam nescis,& te mea robora fallunt,
Ignoras,cui sis nupta futura uiro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultu,
Aut cedent marti dorica castra meo.
Nec tamen indignor pro tanta sumere bellum
Coniuge,certamen præmia magna mouent.
Tu quoq;,si de te totus contenderit orbis,
Nomen ab æterna posteritate feres.
Spe modo non timida,dis hinc egressa secundis,
Exige cum plena munera pacta fide.

Dorici populi

¶COPIA:multitudo uirorum.¶ Illa: Asia.dixit autem illa, quia quādo hęc scribebat erat in Græcia.¶ Plus animi:plus audaciæ.¶ Anteferendus:prępouendus mihi.¶ Pene puer:narrat testimonia suę ꝓbitatis,& fortitudinis:icipiens usq; a pueritia. ¶ Pene puer:adolescēs adhuc teneræ ætatis.¶ Recepi: recuperaui.¶ Cæsis:interfectis.¶ Causas nominis:falluntur multi, q credunt eum ob hoc dictum Parim a paricate:cum dictio græca nō deriuetur a latina,sed ut Porphyrius in lib.xii.Iliades scribit.Paris dictus est a παρήμι uerbo gręco:quod est trāseo: quoniam fatalem mortem transsiit:cum expositus a matre a bubulco nutritus est:postea Alexander dictus est,quasi auxiliator uir,ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς:idest a uiro:& ἀλέγω.i.auxilior:quod futurum facit ἀλέξω,quia hostibus armenta abducētibus: ut nunc refert,auxilium suis tulit:& armenta recuperauit:ex quo hoc,quasi agnomē meruit.¶ Causam nominis: quia dicor Alexander.¶ Inde ab auxilio dato.¶ Vario certamine:in ludis agonalibus:diximus in argumento primæ Epistolæ. ¶ Ilioneus:qui non solum eloquētissimus:sed & fortissimus fuit:unde & Virgil.Maximus Ilioneus.¶ Deiphobus,de quo Vir. Deiphobe armipotens genus alto a sanguine diuum:fuit enim bellicosissimus.¶ Nisi cominus.i.certamine,i quo prope:& manu solum pugnatur.¶ Figitur.locatur.¶ Loco iusso:ubi ab aliquo:uel mihi placito.¶ Non potes:extollit se, & Menelaum deprimit,ostendens eum non habere hos titulos.¶ Arte mea:sagittandi.¶ Si:quis.¶ Hectora fratrem:talem, & tam fortem fratrem,qualis est Hector.¶ Is unus.s.solus.¶ Instar:similitudo.¶ Innumeri militis:pro innumerorum militum:idest ipse solus esse potest pro uno exercitu. ¶ Fallunt te:ignorantur a te.¶ Cui uiro:quali marito.¶ Aut igitur:cōcludit Epistolam inferens ex supradictis:quod aut non repetetur bello:aut si repetita fuerit:defendetur:& ei erit maxima gloria:quod propter eam Europa,& Asia magno bello certauerit.¶ Tumultu belli.i.motu belli.¶ Dorica:græca.¶ Cedent.uincentur.¶ Magna præmia:digna propter quæ non debeat me pudere sumere bellum:puderet si pręmia essent parua:& uilia.¶ Contenderit:certauerit.¶ De te:propter te.nam de interdū propter significat Teren.Quātum me amas de fidicina hac.¶ Feres:accipies.¶ Ab æterna posteritate:idest ab omnibus posteris:qui erūt usq; ad finem seculorum. ¶ Spe modo:hortatur eam:ut non dubitet discedere:& discessura petere ab eo quicquid ipsa uoluerit:quod promittit se fideliter pręstaturum:ordo est.¶ Tu modo:idest tantummodo.¶ Egressa hinc:ex domo Menelai:& ex Lacedęmone.¶ Spe nō timida:idest firma,& certa spe:non dubitans de me.¶ Exige:reposce ¶ Pacta:promissa tibi a me. ¶ Cum fide plena : idest plenissime,& sine fraude,uel sine dubitatione.

HVBER. Paris unde dictus

Cominus quid sit

De propositio quid significat

¶ILLA uiris diues:alii legunt.Fortibus illa uiris diues,abundat equis,& est melior lectio.Nec plus Atrides confert specialiter se cum Menelao,atq; illi se præfert,ostentans facinora sua egregia,Nā ut in Troicis scripsi Nero Paris siue Alexāder etiam Hectorem uicit luctando.unde dicit,& causam nominis inde tuli.Est enim Alexander uocatiuus ab ἀλέγω uerbo quod significat arceo,& ἀνήρ uir,ꝙ quasi arcens,& constringens in lucta uiros.¶ Cominus dicitur,quasi cum manu, hoc est conterendo manus.Eminus contra quasi e manu,quando telum longe iacitur.¶ In loco iusso:idest quē iussero figere,& est rara locutio,uim hypallages habens.non enim locus iubetur,sed sagittæ in locum.Omnia si dederis. Contra Agamennona Hectorem obiicit.Instar,idest æquiualens,quasi in statum,& ualorem. Tu quoq; Pollicetur eam insignē fore,si pro ea bellum moueatur,quam laudem mulierculæ nonnunquam affectant,nam nihil gloriosius ducunt,q̄ ob formam multis complacere,sed in te manifestariā finem facio.

ASCEN.

In decimam sextam Epistolam Argumentum.

Argumentum epistolæ


Nullam quę respondeat epistolam fecisse Oui. aperte constat, cum suis omnibus Sabinum poetam respondisse in amoribus ipse testat, cũ dicit. Quam cito de toto rediit meus orbe Sabinus, Scriptaq; diuersis rettulit ille locis. Cãdida Penelope signum cognouit Vlyssis. Reliqua curiosis illic legẽda relinquimus. Satis est admonuisse. Sabinus imperante Octauio uixit: Ad Trisenam amicam Elegiarum librum dedit. Fastorũ inchoatos reliquit: epistolis Ouid. rñdit: cuius Helenam, & Hero. Cydipes q; legimus fragmentũ. Cæteras: ut multa alia: seculorũ ignauia desideramus. Sunt qui has Epistolas nec Oui. nec Sabini esse aio coniiciant: quibus satis rñsum esse existimo, cũ nulla habeant argumenta: qbus propositũ firmare possint. Nos ut Sabini Helenã legendã contẽdimus. Iuppiter ex Tagyete Atlantis & Plíones filios genuit Lacedæmonẽ: Lacedæmon Amyclum: Amyclus Argalum: Argalus Oebalũ: Oebalus Tyndarũ: Tyndarus ex Leda Helenã & Clytẽnestram. Item mares geminos: Castorem, & Pollucem. q̃q̃ i fabulis est ex ouis hos genitos: qm̃ in olore uersus Iuppiter cum Leda fuerit. Helena postq̃ coniux Menelaus Spartæ in Cretam cõcessit Alexandri hospitis per ep̃lam amorẽ cognouit: quasi offensa primum rñdens obiurgat: deinde ut pudorẽ tutetur illius suasiones infringere conatur: sed quædam spargit semina: unde non oĩno illius amorem negligere uideatur. Demum amantis uotum impletura: ut honestius, ita tutius uisum est: si quid in desiderio erat, non literis mandaretur: sed Clymene, & Aethra comites fidissimæ exponerent: quæ de coniugio sumeret sponsionem, id cum fecissent cũ Alexandro ad Troiam abierũt: q̃q̃, ut diximus: alii ad Proteum in Aegyptum tempestate delatos esse: atq; ab illo ablatas Paridi contendunt.


ANTO.


Nunc oculos tua cũ uiolarit ep̃la nr̃os: principiũ accõmodatũ est: nam licet asperũ uideatur nõ tñ potiũdi desiderii spem tollit, quã faciunt: & qđ epistolã legerit: & qđ rescribat. Violarit oculos nostros indicat ep̃lam legisse. Violare puellarum est, quarũ pudicitia prostituit. Gloria: seruatæ pudicitiæ decus. Ausus es hospitii: ducit in odium ab audacia, & temerata religione. Sacris te. hospitalitatis iura exprimit, q̃ sub Iouis tutela sunt: ueteres q̃ primum hospites excipiebant Ioui, & diis aliis sacra facere consueuerũt. Id apud Papi. Adrastus facit cum Eteoclea & Tydeum excepisset. Idem Virgiliana Dido: cũ Troianos suo fouisset hospitio, quod ex Home. transtulerunt: apud quem Panthonius sacrorum minister Alcinoi iussu: qm̃ Vlysses in Pheaciam appulerat, pocula omnibus, qui aderant, propinabat, ut Ioui curæ sunt hospites: ut ille ait: & fulminũ authori liberet. Sollicitare: adulterio interpellare. Fidem legitimam: lege, & coniugii sponsione firmatam.

Antiquorum ritus



HELENE PARIDI



Nunc oculos tua cũ uiolarit epistola nostros
Non rescribẽdi gloria uisa leuis.
Ausus es hospitii temeratis aduena sacris,
Legitimam nuptæ sollicitare fidem.

HVBER.


Nunc oculos: ut alibi dixim. Scribit Ouid. in. ii. de arte. Quæ uoluit legisse: uolet rescribere amãti: Helena igit lecta ep̃la Paridis, cũ ea delectata esset: licet ostendat se indignatam: nõ potuit tñ nõ rescribere: ita lenita est: & demulsa blandiciis Paridis quas magno artificio contexuit. Respondet igitur ep̃lę Paridis: & primũ quidẽ ostendit se ualde iratam, qđ Paris ausus sit eam talibus scriptis sollicitare. mox ita detegit ĩgeniũ: ut det spem Paridi: & quodãmodo ei aperiat consiliũ, & uiã: ut possit ea potiri. ostendit aũt muliebre ingeniũ uarium, & mutabile: & id qđ Ouid. in arte scribit. Forsitan & primo ueniet tibi lr̃a tristis. Quæq; roget ne se sollicitare uelis. Quod rogat illa timet: qđ non rogat, optat, ut instes, dicit ergo. Cum tua epistola, qua conatus es alienare me ab amore mariti: & ad tuum sollicitare. Violarit: læserit. Non rescribendi: sunt qui ita dicant: gloria non rescribendi est uisa mihi leuis. i. facilis: sed melius. Leuis: pro uili, & parua accipitur: uel certe sic uerius. gloria rescribendi est uisa mihi non leuis. i. non parua. i. putaui magnam gloriam mihi fore rescribere tibi: quia affecisti me magna iniuria. Ausus: obiicit ei ingratitudinem: & impietatẽ: quod uiolauerit iurã hospitii. Temeratis: uiolatis. Sacris: quia, quando aliquis uir magnus excipiebatur hospitio, Ioui, & diis hospitalibus sacra fiebant: quod Virgi. ostendit lib. i. Aenei. cum Dido Aeneam excepit. Sic memorat simul Aeneam in regia ducit Tecta simul diuum templis indicit honorem. Sollicitare: commouere.

Leuis qđ denotet

ASCEN.


Nunc oculos &c. Epistola hęc responsiua Helenæ parũ quidẽ in rebus difficultatis habet, eo q; argumentum a Paridis epistola depẽdet, nec multum in uerbis. est enim facilior, & pedestrior, q̃ Ouidiana cõpositio. unde ex sola phrasi Ouidianũ neges. In principio autem alii nunc, alii tunc legunt, & utrunq; tolerari potest. Ego aũt legerem potius nunc sub hoc sensu. Cum scilicet ita sit, q; epistola tua uiolarit p̃ uiolauerit, hoc est redemerit nunc nostros oculos, qui ante hac nihil spurcũ, aut lasciuum uiderant, aut legerant (nam & oculi legunt) gloria non rescribendi. i. quæ esset ei non rescribendo, est mihi uisa leuis. i. modica. Præsupponit ergo peccatum esse in legẽdis epistolis amatoriis, & in rescribendo, sed maius in legendis usq; adeo, ut uiolata legendo parum gloriæ mereatur non rescribendo, & is certe animus est mulieribus, ubi semel libata est pudicitia, nihil in eis post illam commendandũ est. Et ideo ut monet Naso noster, Principiis obstandum est. Nam quia ex uisu, cuius prima est amoris linea, ad alias gradatim peruenitur. qa ergo

uiolatam

uiolatā se sensit legendo,parui facit ne amplius uioletur rescribendo.Rescribit tamē criminādo,sed ea quoq; est mulierum natura,ut qđ iubentissime facturæ sunt,in principio negent,sic tñ,ut nisi instes,ipsæ se corrigāt,& placari posse significēt. De iure hospitalitatis aūt scias,q; id apud antiquos erat sanctissimū,ita ut Iouem ei præesse significent. Vnde primo Aen. Iuppiter(hospitibus nam te dare iura loquuntur)&c. Erat aūt hospitiū amicitiæ nō mercedis gratia,nam caupona dicit̃ diuersorum mercenarium,quod tunc non tam frequens erat, ut nunc, quapropter necesse erat sibi hospites comparare,inter quos magna fides obseruabatur,quam Paris solicitando coniugem hospitis uiolasse criminatur.

Scilicet idcirco uētosa per æquora uectum,
Excepit portu tænaris ora suo:
Nec tibi diuersa quamuis e gente uenires,
Oppositas habuit regia nostra fores?
Esset ut officii merces iniuria tanti,
Qui sic intrabas,hospes,an hostis eras?
Nec dubito,quin hæc,cum sit tam iusta,uocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo.
Rustica sim sane,dum non oblita pudoris,
Dumq; tenor uitæ sit sine labe meæ,
Si non est ficto uultus mihi tristis,in ore,
Nec sedeo duris torua superciliis.
Fama tamen clara est,& adhuc sine crimine lusi,
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror,quæ sit fiducia cœpto,
Spemq; tori dederit quæ tibi causa mei.
An quia uim nobis Neptunius intulit heros,
Rapta,semel,uideor,bis quoq; digna rapi?
Crimen erat,nostrum,si delinita fuissem,
Cum sim rapta,meum quid nisi nolle fuit?
Non tamen e facto fructum tulit ille petitum,
Excepto redii passa timore nihil.
Oscula luctando tātum modo pauca proteruus,
Abstulit,ulterius nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia est,non his contenta fuisset,
Dii melius,similis non fuit ille tui.
Reddidit intacta,minuitq; modestia crimen,
Et iuuenem facti pœnituisse patet,
Thesea pœnituit,Paris ut succederet illi,
Ne quando nomen non sit in ore meum.

ANTO.
¶SCILICET idcirco:ut augeat cōtēptū,irrisiōe utit̃ hospitalitatē exprobrans:nō,inqt,ob eā cām te hospitio fouimus:ut me stuprares.¶Portu suo:Spartanoꝝ nauale est post Tęnarō. Nauigāti ad promōtoriū Maleā Gytheū nuncupant,nauiū statio.manu effosa est.c.&.xl.stadioꝝ.¶Ora tę.portus Laconicus ad Tęnarō ꝑmōtoriū.¶Diuersa gente:id uidet̃ interpositū esse qm̃ Alexāder Phrix barbarus erat a Græcorum moribus alienus.¶Oppositas fores:clausū hospitiū. Nō,inqt,te,ut peregrinū propulimus.Nā Thucydides scri.lex fuit Spartanorū pegrini in urbe Sparte non interciperent.¶Esset iniuria:adulterii dedecus sequeret̃.¶Sic:tāta hospitalitate receptus.¶Rustica:rudis nimiū,& inepta.¶Rustica sim sa.fatetur rusticitatē: quam obiectauerat Paris:eamq; a pudore excusat.¶Tenor:continēs uiuēdi rō.¶Sine la.culpæ offensa,aut nota.¶Si nō est tri.mores peracte ī se tuet̃:refutatq; obiectā Thesei rapinā.¶Tristis: nō iracūdus:sed lætus:si ore lætitiā ꝓfero.¶Torua super.supbiā excludit, q̃ in superciliis apparet, nec inuenisse eminentiorē locū scri.Pli.aut,ut solitaria maneret,abruptionē.¶Sine crimine:adulterii nota.¶Cœpto:proposito,ut me rapias.¶Neptunius he.Theseū intelligit, quē se Neptuni filiū apud Minoem iactasse scri.Hyg.factūq; fuisse periculum ex proiecto in mare annulo,quē a Nereidibus acceptū ad Minoē rettulit.¶Bis quoq: a te iterū.¶Nostrū cri.ego in culpa fuissem.¶Facto ex rapina. ¶Fructū pe.me ut optabat,nō uiolauit.¶Vlterius:ultra oscula nihil a me habuit.¶Nequitia.imodesta petulātia:quam ideo obiurgat,quoniā Paris dixerat. Si reddēda fores,aliqd tamē ante tulissem.¶Reddidit inta.Dio.& Plu.scrib.Helenam intactā reddidisse.Sed Paris nō ea usus desidia,quāprimum ad Helenā insulā appulit:quæ ad summū terrę iacet,cum Helena se iunxit & ob eam causam nomen sortitū esse scri.Stra.cum antea Cranaa uocaret̃.¶Et iuue.excusatio ab ætate:dignus,inquit,uenia fuit:quoniam iuuenis cum me rapuerit,modeste se gessit.¶Nequādo no.ut semp sinistro rumore in hominum ore uerser.

Nauale spartanoꝝ

Spartanorū lex contra hospites

Argumēta supbię ubi uideantur

Fabula de Theseo Helenæ historia

HVBER.
¶SCILICET:dictio est apta ad ironiā,& indignationem. ¶Tænaris:Laconica.¶Oppositas occlusas tibi.¶Agente di.remota,& q̃ nobiscū nō habuisset cōsuetudinē.¶Idcirco:pp hāc cām,¶Vt iniu.quā paras mihi inferre.¶Esset mer.i.remuneratio & ꝑmiū.¶Tanti of.i.bñficii accepti a nobis.¶Sic ea intentione:ut mihi iniuriā faceres:& me abduceres.¶Hostis an ho.q.d.potius hostis.¶Nec du.i.icio,qđ licet iuste de te cōquerar,iudicabis me tñ rusticā:q̃ conquerar:Nec dubito qn hæc cū sit tā iusta,uocet̃ de eo:qui me amet.Sim cōcedentis est.dum ꝑ dūmodo.¶Tenor:ꝑseuerātia.¶Sine la.sine macula:& infamia.¶Si nō:rñdet ei parti:quā dixit uultu nō cætera duro Perlege,sed formæ cōueniente tuę.dicit.n. qđ si nō est seueri,& duri uultus:est tamē pudica ¶Torua:terribilis.¶Superciliis:qbus ostēditur seueritas.Vir.cōueniens latio pone supcilium.¶Vixi:legitur & lusi.i.fui læta,& iocata sum,salua tamen pudicitia mea.¶Laudē de me:ut possit se iactare de cōcubitu meo.¶Quo qua re.quāobrem.¶Ce.audaciæ tuę.¶Mei to.tori mei cōcubitus.¶Ne.he.i.Theseus nepos Neptuni. ¶Attu.uim.s.in rapiēdo.¶Rapta se.a Theseo.¶Bis:etiā a te.Aduertēdū est,qđ licet hoc exēplū uideat̃ dissuadere Paridi ne eā rapiat:tñ latēter ad incitādū positū est.¶Delinita.i.blādiciis captata,& illecta.¶Erat no.cr.i.fuisset mea culpa.¶Rapta:uiolēter abducta.¶Quid.s.me.i.qd potuit īputari mihi.¶Nisi nol.i.qđ nolui:& uolūtas mea nō fuit.¶E fa.i.ex rapina sua.¶Petitū:desideratū.¶Redii.ab eo discessi.¶Pas.nihil excepto timore,q̃ nihil ab eo mali habui,nisi qđ timui.¶Abstu.accepit.¶Luct.cōtendēdo nō spōte mea.¶Nil mei.nil de me.¶Vlterius:ultra oscula.Quæ tua:dū simulat Helena se dicere iniuria Paridi:eum magis incitan.dici enim tu nō fuisses cōtentus his:qa uoluisses aliud ꝑter oscula.Ordo est.¶Neq.i.libido:ut nequitia est,q̃ te nō sinit esse senē.¶Quæ est tua:q̃ est tibi.¶Nō fu.cō.his.s.paucis osculis.¶Dii me.uoluerūt, & cōsuluerunt mihi.¶Similis tui:ita proteruus,& libidinosus,ut tu es:quia me uitiasset.¶Modestia:ipsius Thesei.¶Minuitq; cri.culpam rapinæ,¶Thesea pœ.interrogatiue legendum est,q.d.an ideo pœnituit.¶Et tu postea me rapies:

Supcilium

ASCEN.
¶ORA Tęnaris ꝑ tęnaria.nā tęnarius ꝑmōtoriū est Laconię,ꝑ quo iperiti Tęnarus legūt apud Alexādrū.Tænarus inferni &c.Hospes,an hostis eras.q.d.potius hostis,q sic nō cū tāta hospitalitate,sed tali aīo intrabas.Nec dubito,callide iudiciū illius laudat,suā pudicitiā cōmēdat,in qua uidelicet laborabat.Vultus tristis,seuerus & atrox. Et bñ uultus potiꝰ,q̃ facies.Nā uultus q̃si a uolēdo dr̃,facies a faciēdo. Et ita facies a factore fit, nec mutat̃,Vultus a uoluntate alius & alius fit.Et laudē q̃si laudis sit habuisse cōmertiū cū tam formosa,quo uerbo audaciā Paridis potius ꝑbat,q̃ dānet,sed mire ī se crimē censet,qđ in illo laudē,q̃si mulieri sit crimē,qđ uiro laudi dat̃.ita.n.mundo uidet̃,cū eadē sit utriusq; apud deum cēsura.Neptunius heros Theseus meū.i.meæ opis,& facultatis,qd nisi nolle fuit.q.d.nihil. Et iō qa citra cōsensum nemo peccat,immunis est a crimine,licet cōtra uolūtatē rapta.Nil hēt ille mei,latine,& signāter dictū,& plus, q̃si diceret nil hēt ille meū,qa tunc de rebus suis loqret̃,nūc de se.Sis tui ēt elegāter dictū.Nā sitis cū de moribus agit̃,potius gtō iungit̃.Minuitq; modestia,qa osculis cōtentus erat.Ne qñ nomē nō sit in ore meū,semp sit in ore uulgi de me loquētis,& de amatoribus meis.

ANTO. ℭ NON tñ ira.ſed ne diſſimulata iracũdia amãtis ſpẽ fugerit.nõ.n.inqt, q̃ror,ꝙ a te amer:dubito, ne ſimulato amore me deludas. ⁋ Deſit fiducia:nõ eſſe in te fidẽ exiſtimẽ:aut facinus audere nõ confidã. ⁋ At peccãt aliæ.illud Paridis reſumit. An faciẽ culpa poſſe carere putas. Idonea:ad tui argumẽti firmamẽtũ apta. ⁋ Matris in admiſſo:mõſtrat exẽplũ ſuæ cauſæ non cõuenire,poterat,inqt.Leda mater excuſare culpã ab errore:ſed nr̃a cã oĩa ſunt aperta,nulla eſt excuſatio. ⁋ Admiſſo:peccato ⁋ Sub fal.ima.a Ioue,q falſo ſe cygnũ ſimulauit. ⁋ Nil poſ.neſciſ.cũ oĩa ſint apta,nullũ errorẽ afferre poſſum. ⁋ Obumbret:cælare poſſit. ⁋ Vitiũ:adulterii ſcelus. ⁋ Authore:magnitudine Iouis,q fuit adulterii cauſa. ⁋ Rede.cõpẽſauit. ⁋ Felix ad Ledæ fœcunditatẽ reſpexit. ⁋ Et ge.& ꝓauos:ſui gñis cõmẽdatione Paridis iactãtiã cõtẽnit. ⁋ Domus hęc:q̃ te hoſpitio ſuſcepit,quã tu ꝯtẽnere uideris. ⁋ Nobilitate:ãtiqtate gñis. ⁋ Iuppiter:ut ꝓauus ſoceri:Honeſta occupatio: Pliſthenes Helenę ſocer natus ex Pelope:cuius auus fuerat Iuppiter ex patre Tãtalo:ut diximus. ⁋ Tyndareiq; ge. Tyndari ꝓgeniẽ recẽſuimus. ⁋ I nũc:inhibet ꝑ cõceſſionẽ:nõ, inqt, eſt Phrygũ genus cũ nr̃o cõparãdũ ⁋ Quintus:de Priamo intelligit:q qntus erat a Ioue. Nã Iuppiter Dardanũ:Dardanus Erichthonium: Erichthonius Troũ:Trous Laomedõtẽ: Laomedõ Priamũ: Priamus Paridẽ genuit. ⁋ Is Iuppiter primus:qm̃ ex Ledæ,& Ioue nata eſt Helena. ⁋ Sceptra tuæ q̃uis:cõcedit Phrigias opes,ſed per recriminationẽ refellit: Troianũ imperiũ opulẽtiſſimum fuit: auctis ab Erichthonio diuitiis,de quo Home.meminit. ⁋ Barbara:ſi opulẽtia ſupamur:nõ tñ barbari ſumus. ⁋ Ep̃la diues:q̃ diuitias pollicet. ⁋ Mouere:in ſniam trahere. ⁋ Ipſas deas:a maiori arguit.

Iouis fab.

Agamẽnonis ꝓſapia

Paridis geneologia

Nec tamen iraſcor,quis enim ſuccenſet amanti?
Si modo,quem præfers,non ſimulatur amor,
Hoc quoq; enim dubito,non quod fiducia deſit,
Aut mea ſit facies non bene nota mihi.
Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis,
Verbaq; dicuntur ueſtra carere fide.
At peccant aliæ,matronaq; rara pudica eſt,
Quis prohibet raris nomen ineſſe meum?
Nam mea quod uiſa eſt tibi mater idonea,cuius
Exemplo flecti me quoq; poſſe putes,
Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſæ
Error ineſt,pluma tectus adulter erat.
Nil ego,ſi peccem,poſſum neſciſſe,nec ullus
Error,qui facti crimen obumbret,erit.
Illa bene errauit,uitiumq; authore redemit,
Felix in culpa quo Ioue dicar ego?
Et genus,& proauos,& regia nomina iactas,
Clara domus ſatis hæc nobilitate ſua eſt.
Iuppiter ut ſoceri proauus taceatur,& omne
Tantalidæ Pelopis,Tyndareiq; genus,
Dat mihi Leda Iouem cycno decepta parentem,
Quæ falſam gremio credula fouit auem.
I nunc & Phrygiæ claræ primordia gentis,
Cumq; ſuo Priamo Laomedonta refer.
Quos ego ſuſpicio,ſed qui tibi gloria magna eſt
Quintus,is a noſtro ſanguine primus erit.
Sceptra tuæ quamuis rear eſſe potentia Troiæ,
Non tamen hæc illis eſſe minora puto.
Si iam diuitiis locus hic,numeroq; uirorum
Vincitur,at certe barbara terra tua eſt.
Munera tanta quidem promittit epiſtola diues,
Vt poſſint ipſas illa mouere deas.

HVBER. ℭ N E qñ.i.ut ſemp hoĩes de me loquãtur. ⁋ Nec tñ ir.ecce more muliebri iã icipit cõciliari Paridi:& ei blãdiri. ⁋ Quis:niſi ſtultus:& ſtulta. ⁋ Præ.oſtẽdis. ⁋ Nõ ſi.i.nõ eſt fictus.qa Paris dixit,Attulimus flãmas huc:nõ inuenimus illas. ⁋ Du.ſi.ne amor tuus ſit ſimulatus. ⁋ Fidu.meæ pulchritudinis. ⁋ Credu.facile credere.multę.n.pp hoc ſæpe decipiunť. ⁋ Verba ue.i.uirorum. ⁋ Carere fi. Ter.i.Andria.Fidelẽ haud ferme mulieri iuenias uirũ. ⁋ Ad pe.qa dixerat,Lis eſt cũ forma magna pudicitię:dicit ſe uelle eſſe inter raras.i.inter eas, q̃ ſeruãt pudicitiã. ⁋ At pe.alię: obiectio. ⁋ Quis prohi.rñſio obiectiõis. ⁋ Nã mea.qa Paris dixerat.Hæc tibi nẽpe patrẽ furta dedere Iouẽ.ad hoc reſpondet: matrẽ poſſe excuſari:qa decepta ſit:ſe uero nullã poſſe hr̃e excuſationẽ imprudẽtiæ. ⁋ Admiſſo:delicto. ⁋ Sub im.cygni. ⁋ Adulter:Iuppiter. ⁋ Poſſum ne.nil.i.ſcio.qd peccẽ.neq; poſſum excuſari ꝑ ignorãtiã:nã duæ negationes affirmant. ⁋ Adumbret: tegat. ⁋ Illa:alia excuſatio. ⁋ Vitiũ:crimen ſuũ. ⁋ Redemit:recõpẽſauit. ⁋ Authore:pp authorẽ:qa Iuppiter. ⁋ Felix in cul.i.bene peccaſſe. ⁋ Quo.Io.i.qua magna excuſatiõe:qa tu nõ es Iuppiter:quo poſſim excuſari. ⁋ Quod ge.rñdet ad id,quod dixerat.Phryx erat.& itẽ.Nõ dabimus certe ſocerũ tibi clara fugantẽ Lumina. ⁋ Hęc d.mea & Menelai ⁋ Iuppiter:cõmemorat nobilitatẽ ſuam cum nobilitate mariti. ⁋ Vt quamuis. ⁋ Proauus ſo.i.Atrei. diximus ſupra Tantalũ filium fuiſſe Iouis. Tantalus genuit Pelopẽ:Pelops Atreũ:unde Agamẽnon, & Menelaus:licet quidam eos Pliſthenis fuiſſe dicant. ⁋ Tyndarei.patris mei putatiui. ⁋ I nunc.q.d.fruſtra iactas genus tuum. ⁋ Primordia:initia. ⁋ Suo.ſ.filio. ⁋ Suſpicio:ueneror. ⁋ Sed qui tibi gloria magna eſt.i.ſed is,quo tu potiſſimum gloriaris: quintus eſt tibi in ordine,& mihi eſt primus. Iouem autem ſignificat.nam Helenæ primus eſt:quia eius pater, Paridi uero quintus: quia Iuppiter genuit Dardanum ex Electra. Dardanus Erichthonium.Erichthonius Troem.Tros Ilum.Ilus Laomedonta.Laomedon Priamũ. Priamus Parim & reliquos filios:ergo quintus eſt Iuppiter a Paride excluſiue. ⁋ Sceptra: reſpondet ad id,quod dixerat,ſceptra parens Aſiæ:qua nulla potẽtior ora eſt,Finibus immenſis uix obeunda tenet &c. ⁋ Hæc noſtra Græca. ⁋ Si iam diuitiis:quia Paris dixerat. O quoties dices q̃ pauper Achaia noſtra eſt: Vna domus q̃uis urbis habebit opes.dicit quod ſi terra ſua uincitur diuitiis: ſaltem hoc habet, quod nõ eſt barbara,ſicut terra troiana. ⁋ Munera:dixit enim ipſe Dona parens:fratreſq; & cum genitrice ſorores &c.ad hoc reſpondet: quod ſi uellet ei obſequi: faceret potius eius cauſa:q̃ cauſa munerum:quia turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Pulcherrimũ Teren. dictum

Agamẽnonis origo

Paridis ſtirps

ASCEN. ℭ N E C tamen iraſcor.Incipit condeſcendere, & pati ſe amari,& ut muliebris naturæ decorũ ſeruatum agnoſcas, plus ſe moueri fateť forma,& amore Paridis,q̃ genere,aut diuitiis.Hoc quoq; enim dubito.Ordo eſt.Ego enim dubito quoq;.i.ẽt hoc,an.ſ.amor tuus in me ſimuleť,nõ ꝙ.i.qa,fiducia.i.bene cõfidendi de me rõ deſit, aut qa mea facies nõ ſit bñ nota mihi. Fallimur enim plerumq; in iudicandis rebus nr̃is,ſed qa credulitas dãno ſolet eſſe puellis,hoc eſt licet,qa amabilis ſum cõſidã me amari,tñ qa credulitas multis obfuit, uetor credere,& potiſſimũ quia Troiaui perfidi, & periuri perhibenť, aut potius generalr̃ in oẽs amatores dictũ eſt. At, recitat obiectionẽ Paridis conantis exẽplo in crimen allicere, ſed prudenter reſpõdet turpiter actura. Error.i.deceptio ineſt in admiſſo.i.adulterio matris luſæ.i.deceptæ ſub falſa imagine, qa in ſpecie cycni cõcubuit cum Leda matre Helenę Iuppiter. Vñ addit,pluma tectus adulter erat. Obumbret.i.occultet,aut protegat ab infamia. Quo Ioue.q.d.nullo,ſed manifeſtario adultero,eoq; mortali,cum ſim ex deo genita,atq; immortalis habenda. Genus Tyndarei,ſicut in epiſtola Paridis ſecutus Thucydidem declinauit a nominatiuo Tyndareos,huius Tyndarei,pro quo nos Tyndarus Tyndari. Quos ego ſuſpicio.i.non contemno, nec deſpicio,ſed ſuſpicio,quaſi inferiores aſpicio,ſed is. Iuppiter,qui exiſtens tibi gloria magna eſt quintus.ſ.a ueſtro ſanguine, erit primus a noſtro ſanguine. Tua epiſtola diues.i.pollicitationibus,ſed ut dicit Gnato,Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

ℭ Fires

¶ FINES pudoris:honestatis lineã.¶ Tu maior cã:tua causa nõ ob diuitias flecterer.¶ Atq; ea nõ sperno:rusticitatis nõ tã euitare nitit.est.n.minime urbanũ uerbũ oblata munera cõtẽnere.¶ Au.q.p.fa.maioris eo momẽti sunt munera,& pluris faciẽda,quo q impẽdit est pstãtior.¶ Plus mul.q amas:magis tuo amore,q̃ diuitiis ad amãdũ moueor.¶ Spes tua:q est ut me abduceres cõiugẽ.¶ Per lõ.aquas:p tantã nauigationẽ:ex Troia p Hellespõtũ in Laconiã usq;.¶ Illa quo.appo.amoris signa,q̃ Paris dederat:recẽset,ut a cã arguat,se allici posse ad amãdũ.¶ Improbe improbũ dicimus,q in petẽdo audaciusculus est.¶ Experiar dis.nõ intelligere tentẽ.¶ Noto:optime calleo.¶ Instan.pspectũ urgẽtes. ¶ Ferũt intueri patiunt:tã

ANTO. Imperium Troianũ a quo auctũ fuerit

Improbus quis sit

Sed si iam uellem fines transire pudoris,
Tu maior culpæ causa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo,
Aut ego te potius quam tua dona sequar.
Vtq; ea non sperno,si acceptissima semper
Munera sunt,author quæ pretiosa facit.
Plus multo est,quod amas q̃ sum tibi cã laboris,
Quod tam per longas spes tua uenit aquas.
Illa quoq;,apposita quæ nũc facis improbe mẽsa,
Quamuis experiar dissimulare,noto.
Tu modo me spectas oculis lasciue proteruis,
Quo uix instantes lumina nostra ferunt.
Et modo suspiras,modo pocula proxima nobis
Sumis,quaq; bibi,tu quoq;:parte bibis.
Ah quoties digitis,quoties ego tecta notaui
Signa supercilio pene loquẽte dari.
Et sæpe extimui,ne uir meus illa uideret.
Non satis occultis erubuiq; notis.
Sæpe uel exiguo,uel lõgo murmure dixi,
Nil pudet hũc,nec uox hæc mea falsa fuit.
Orbe quoq; in mensæ legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit,amo.
Credere me tamen hoc oculo renuente negaui,
Hei mihi,iam didici,sic quoq; posse loqui.
His ego blanditiis,si peccatura fuissem,
Flecterer,his poterant pectora nostra capi.
Est quoque confiteor,facies tibi rara,potestque
Velle sub amplexus ire puella tuos,
Altera sed potius felix sine crimine fiat,
Quam cadat externo noster amore pudor.
Disce meo exemplo,formosis posse carere,
Est uirtus placitis abstinuisse bonis.
Quam multos credis iuuenes,optare qđ optas,
Qui sapiunt,oculos an Paris unus habes?
Non tu plus cernis,sed plus temerarius audes,
Non tibi plus cordis,sed minus oris adest.
Tunc ego te uellem celeri uenisse carina,
Cum mea uirginitas mille petita procis.
Si te uidissem,primus de mille fuisses,
Iudicio ueniam uir dabit ipse meo.

to obtuitu me lustras,ut uix tuorũ oculorũ aciẽ intueri patiar. ¶ Pene loquẽte:quoniã eo adeo apta erant signa,ut intelligerẽtur perinde,atq; loqreris.¶ Nec uox falsa:quoniam nullo afficeris pudore.¶ In or.mẽsæ:Romæ pciosiores mẽsæ rotundæ fuerũt ex citro arbore ut scri.Liui. ¶ Sub no.noie de me ipsa intellexi,licet sub alio noie factũ fuerit,qđ indicat,cũ dicit Alexã.Indiciumq; mei falso sub noie feci.Ille ego,si nescis,uerus amator erã.¶ Deducta:expsa:& cõtinenter adiecta. ¶ Oculo re.iterũ p nutũ negãte.¶ Sic:oculorũ nutibus.¶ Cepi:in amorẽ tuũ allici ¶ Est quoq; cõfi.cõcidẽdũ est,qđ negari nõ põt. ¶ Sed iuue.cõtra.unũ aduersarii rõnẽ refellamus:unũ honestatẽ formæ ppo nendã esse cõtẽdit.¶ Rara:cui similis uix alia repetiat.¶ Potest uel optare debet.¶ Felix tuo cõiugio beata. ¶ Est uirt⁹:suasio ab honesto:ire cõtra apppetitũ fortitudo ẽ.¶ Quod optas:multi pci cõspirãt in tuũ desideriũ.¶ Nimis oris:plurimũ in loquẽdo audaciæ. ¶ Si te ui.pri.cũ multi peterẽt Helenę coniugiũ,ne qs offenderet,dedit ex cõsensu oium Helenę optionẽ:ut quẽ uellet,eligere pstito iureiurãdo se illi opitulaturos,quem elegisset, illa menelauũ sibi desumpsit:& ideo in bellum Troianũ cũ illo cuncti:iureiurãdo adstructi conferunt,ut scri.Thucydides.

¶ TRANSIRE fines pudoris.i.uerecũdię:& est sermo Ci. ad Luceiũ.Nã q semel uerecundiæ fines trãsierit &c.¶ Nõ sperno.i.accepto,& grata sunt,liptote ẽ.Vir.Mũera nec spno.¶ Munera sunt,author q̃ pciosa facit,snĩa est color:& sensus q̃ author.i.ille,q dat.¶ Facit ptio.facit digna:nã munera p dignitate dantis pciũ capiũt.¶ Sũt acce.sunt gratissima.¶ Plus multo.s.ẽ mihi.¶ Quod amas.i.multo pluris facio amorẽ tuũ.¶ Per lã lon. aquas:qa dixit supra Attulimus flãmas huc,nõ iuenimus illas: Hæ mihi tã lõgę cã fuere uiæ.¶ Illa quoq;:respõdet ad id,qđ dixit.Ah'quoties aliquẽ cãtaui potius amorẽ &c.q̃ sequunt.¶ Instãtes:fixe aspiciẽtes.¶ Nr̃a lu.uix fe.quia uix possum tm̃ tenere oculos in tuos:q̃tũ tu tenes eos fixos ĩ me.¶ Et mõ suspiras:nã ipse dixit:Sæpe dedi gemitus. ¶ Qua parte bibi:signũ est enim amoris ea parte poculi bibere,quia alius biberit.Oui.i.i.amorũ ad amicã:q̃ tu reddideris:ego primus pocula sumam. Et q̃ tu biberis hac ego parte bibã:idẽ præcipit in.ii.de Arte.Fac primum rapias illi⁹ tacta labellis Pocula:quaq; bibit parte puella bibas. ¶ Digitis:manu. ¶ Supercilio pe.lo.i.ita declarãte aĩum tuũ,ac si locutus esses:ipse in amoribus.¶ Verba supcilis sine uoce loqntia dicã.idẽ i.ii.de Arte.Multa supciliis multa loquare notis. ¶ Erubui.puduit me.¶ Notis:signis,non satis occultis.i.nimis manifestis.¶ Exiguo murmure.tenui,& submissa uoce:ne audiret.¶ Hũc:Paridẽ.¶ Nec uox fuit falsa.i.& uera dixi.¶ In orbe mensæ.i.in mensa,quę rotunda fiebat apud antiquos.Iuue.Magnos nisi sustinet orbes.¶ Grãde ebur. ¶ Deducta:diuisa Oui. in Amori.Verba leges digitis:uerba notata mero:idẽ i.ii.de Arte.Blãditiasq; leues tenui perscribere uino,Vt dominã in mẽsa se legat illa tuã.¶ Renuente,nutu tibi respõdẽte. ¶ Flecterer, moueret,induceret. ¶ Si fu.p.i.si uoluissem fallere fidẽ cõiugii. ¶ Est quoq;,rñdet ad id,qđ dixit. Nec puto collatus forma Menelaus & annis,Iudice te nobis anteferendus erit.¶ Velle,optare.¶ Felix,quæ habeat talem maritum,qualis es tu.¶ Sine cri.sine culpa.i.altera,quæ nõ sit nupta.¶ Cadat,pereat.¶ Externo,peregrino,qualis tu es.¶ Meo ex.quæ licet nõ habeã maritum pulchrũ,tamen eo sum cõtenta.¶ Est uirtus,sententia est.¶ Placitis,quę placuerunt,est enim participiũ,nõ autẽ legendum est placidis,quam multos.i.quod.q.d.plurimi sunt.¶ Qui sapiũt.i.qui intelligunt.& cognoscunt. ¶ An unus.i.an solus.q.d.nõ.¶ Plus cernis.i.plus uides,quam alii.¶ Sed plus audes.i.audacior es aliis.¶ Cordis intellectus,& est sensus.¶ Minus oris,minus uerecundiæ,cuius os.i.facies testis est. ¶ Tunc ego,dicit,qđ uellet eũ uenisse ad petendum ipsam uxorem,cum erat nubilis:& a multis petebatur,quia præposuisset eum omnibus.¶ Vir Menelaus parcet mihi,si hoc dico quid etiam præposuissem te ei.¶ Ad te,dicit eum nunc sero uenisse,quia iam est coniuncta,& dicata alii.

Romanorum mẽsæ cuius materiæ fuerint

Helenæ cõiugium iureiurando affirmatũ

HVBER. Snia pulchertima.

Placitus participiũ

¶ SED si iam uellem,ingenue satis,sed muliebri affectione.Atq; ea nõ sperno.Liptote.i.grataanter accipio,sicut in illo uirgiliano.Munera nec sperno,sic acceptissima semper &c.prouerbiale est,quod in Eunucho dicitur sic a Gnatone ad militẽ querentem.Ain tu læta est.Non tam ipso quidem dono,q̃ q̃ abs te datũ,id uero serio triumphat,plus multo est,si q̃ amas Non id quod amas itelligimus,sed quia amas.& ita in reliquis.Illa quoq;.Docet signa amoris eius se notasse.Ordo est quis ego experiar,dissimulare.i.an possim,tũ supple ego noto.i.obseruo,& ãnoto,illa.i.signa,quę improbe.i.improbãda facis

ASCEN.

hunc mensa apposita.i.postquã mensa apposita est. Tu lasciue.nã extra carmen diceres lasciuus, ut docet Valla. Nec est ad uerbium lasciue,quia hoc ultimam produceret. Quos.s.oculos tuos,instantes.i.istanter me intuentes lumina nostra.i.acies oculorũ nostrorum,uix ferunt.i.tolerare, aut sufferre possunt. Ah quoties.q.d.frequentissime notaui signa tecta.i.occulta dari digitis,& supercilio pene.i.quasi loquente. Orbe quoq; uidetur sensus & ordo, Ego quoq; legi in orbe mensæ.i.quo utebaris in mensa,uulgus scissoria,aut incisoria uocat suo nostro nomine(nam in orbibus argenteis,ac aureis solent dominorum nomina ab artificibus inscribi)legi,inquit,amo:illud uerbum amo, quod fecit littera deducta mero, idest uino loco atramenti siue incaluisti:ut significet Paris se amare Helenam, cuius nomẽ superius positum erat. Aliter exponit superior interpres,tu utrumuis sequere lector. Est uictus pla. Aureum uerbum. an Paris unus,idest solus habes, Paris in uocatiuo latine dixit,cum usitatius Pari dicatur. Proci sunt,qui petunt connubium.

Ad possessa uenis,præreptaq; gaudia seruas,
Spes tua lenta fuit, quod petis,alter habet.
Vt tamen optarem fieri tua troica coniux,
Inuitam sic me non Menelaus habet.
Desine molle precor uerbis conuellere pectus,
Neue mihi,quam te dicis amare,noce.
Sed sine quam tibi sors fortuna,tueri,
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta est,& in altæ uallibus Idæ,
Tres tibi se nudas exhibuere deæ.
Vnaq; cum regnum,belli daret altera laudem,
Tyndaridis coniux,tertia,dixit,eris.
Credere uix equidem cœlestia numina possum,
Arbitrio formam supposuisse tuo.
Vtq; sit hoc uerum,certe pars altera ficta est,
Iudicii pretium qua data dicar ego.
Non est tanta mei fiducia corporis,ut me
Maxima teste dea dona fuisse putem.
Contenta est oculis hominum mea forma ꝓbari,
Laudatrix Venus est insidiosa mihi.
Sed nihil infirmo,faueo quoq; laudibus istis,
Nam mea uox quare, quod cupit,esse neget.
Nec tu succense nimium mihi creditus ægre,
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
Prima mea est igitur Veneri placuisse uoluptas,
Proxima, me uisam præmia summa tibi.
Nec te Palladios;nec te Iunonis honores
Auditis Helenæ præposuisse bonis.
Ergo ego sum uirtus ego sum tibi nobile regnum,
Ferrea sim,si non hoc ego pectus amem.

ANTO. ¶ AD possessa:ad eam,quę alterius est possessoris. ¶ Vt tamen optarem:excusat uoluntatem,licet mollis uideatur. ¶ Quãuis optem tuum coniugiũ:non tamẽ Menelai thalamũ odi. ¶ Auellere. Vellicare:solicitare. ¶ Sorte:coniugii uices. ¶ Tueri,in tua honestate seruare. ¶ Spolium pudoris:noli me,inqt, pudicitia spoliare, sumpta a militibus metaphora, qui in uictoria hostes spoliãt. ¶ At Venus hoc pacta est. Suasionem Paridis ex authoritate deorum pręponit. ¶ Pacta est:meum coniugiũ promisit. ¶ Nudas:iudicaturus. Paris de dearum forma illas nudatis corporibus uoluit conspicari:qđ Homerus in Iliade rettulit. ¶ Credere uix equidem:propositum id nõ refellit:sed uerborum ambitu concedit. ¶ Formam:tuo iudicio pulchritudinẽ mandasse. ¶ Vtq; sit hoc uerũ:esto quod iudicaris de illarũ forma. ¶ Pretium iudicii:nego Venerem præmiũ uictoriæ tibi me pręposuisse. ¶ Fiducia corporis:nõ ita in mea forma confido. ¶ Vt maxima dona:ut existimẽ pro summo præmio dari debere. ¶ Teste dea:ex Veneris testimonio,& iudicio. ¶ Contẽta est:satis laudata uidetur, ultra opinionem, si homines meã laudarint formã, nõ tantum dii. ¶ Laudatrix Venus est insidiosa mihi:id mihi uidetur fictum,quod me Venus laudarit. ¶ Sed nihil insinuo,nõ dissimulabo:aut uerborum longo ambitu utar:sed aperte dicã. ¶ Faueo:gratæ sunt mihi tuæ laudes:fauemus enim iis, quorũ officium gratum est:unde & fauere lingua est:cum iræ læta precamur. ¶ Succẽse:me nõ grauiter feras:si nõ ducat facili credulitate. Succensere est iis:qui officium,ut consueuerunt amici,nõ præstiterunt. Irascimur,quibus iniuria lacessiti sumus. ¶ Prima mea est igitur, hac diuisione qcquid insinuauerit, detegit:duo me,iquit,maxime delectant & ꝙ Venus me laudarit: & tu cunctis præposueris. ¶ Bonis:pulchritudini,& corporis dotibus. ¶ Virtus:quã Pallas proposuit. ¶ Regnũ:id Iuno obtulit.

Paridis iudicium

Succensere & irasci in quo differant

HVBER. ¶ AD possessa ad ea gaudia:quæ aliorum sunt. ¶ Præreptaꝑ occupata.nam talia sunt prius occupantiũ. ¶ Lenta,pigra. ¶ Alter:Menelaus. ¶ Vt tamen,dicit, quod quamuis libenter fuisset eius coniux:si uenisset in tempore:tamẽ nõ est sic inuita: & male libenter cũ Menelao , ut nunc optet esse coniux Paridis. ¶ Vt optarem.i.cuperem. ¶ Desine,repellit eum a se:ne amplius eam uerbis solicitet. ¶ Cõuellere:commouere:labefactare:& facere uacillare. ¶ Molle:muliebre:& per consequens mutabile. ¶ Ne noce mi.solicitãdo me. ¶ Quam me sine:permitte , patere: me tueri seruare. ¶ Sortem:conditionem. ¶ Spolium:rapinam. ¶ Turpiter.i. cum infamia mea. ¶ At Venus. ad id, quod dixit. Pollicita est thalamo te Cytherea meo. ¶ Et in altæ uallibus Idæ. propter illud. Dumq; tuo possem circundare brachia collo,Contempta est uirtus Pallade dante mihi:Cum Venus,& Iuno Pallasq; in uallibus Idæ Corpora iudicio supposuere meo.Vna Iuno. ¶ Altera:Pallas. ¶ Tertia:Venus. ¶ Tyndaridis:Helenæ. ¶ Arbitrio:iudicio. ¶ Vt:quãuis. ¶ Altera pars:quam dicis.i.quod ego dicar data. ¶ Pretium.i.merces, & remuneratio. ¶ Iudicii: qđ pro Venere tulisti. ¶ Non est.i. non tantum confido meæ pulchritudini:ut credam me datam tibi a dea pro maximis donis:quæ tibi dari potuerunt. ¶ Cõtenta est.i.satis mihi,quod homines,& mortales laudent pulchritudinem meam, sed quod Venus laudauerit:ut dicis uereor,ne decipiar. ¶ Insidiosa:fraudem parans. ¶ Infirmo:nego. ¶ Faueo:assentior. ¶ Quod cupit esse.i.pulchra. ¶ Nec tu:sensus est:nec tu irascere mihi,si uix credo tibi: quod iudicio Veneris ego sim existimata pulcherrima. ¶ Tu creditus : de iis, quæ de me dicis. ¶ Nimium ægre:nimium difficile. ¶ Nec succense. nec irascere. ¶ Tarda.i.magnæ res non cito solent credi.est autem sententia rhetorica. ¶ Prima:præcipua. ¶ Proxima:secunda. ¶ Me uisam tibi:me putatam, & iudicatam. ¶ Summa:subaudi mihi uoluptas. ¶ Te non præposuisse:honore palladios, quos Pallas offerebat. ¶ Bonis auditis Helenæ:idest pulchritudini meæ,quam nunquam uideras,sed tantum audieras. ¶ Ego sum uirtus &c.idest ergo me pro uirtute,me pro regno,quod a Iunone promittebatur accepisti. ¶ Sim:pro ero. ¶ Ferrea dura.inhumana. ¶ Si non amem hoc pectus,idest talem animum tuum,ostendit,quod diximus supra in epistola Paridis mulieres laudibus suæ pulchritudinis delectari. Delectant etiam castas præconia formæ. sed quia dixit se esse ferream, nisi amet talem in se animum:posset dicere Paris,quare ergo non amas me : respondet dicens : se nolle amare eum:quem uix sperat unquam posse esse suum, sed cum dixit,uix, dedit aliquam spem : non enim omnino negauit se putare.

Snia pulcherrima

ASCEN. ¶ AD possessa.i.ad res possessas.i.ad me possessam,aut ad gaudia possessa, & ꝓrepta. Desine molle. Vide quam prudenter amatorẽ moneat.nam dicendo.desine molle precor uerbis conuellere pectus significat, molle conuelli posse, si ille nõ desierit. ¶ At Venus hæc pacta est, callide deuenit ad id , quod maxime affectat significans Venerem authorem fore, siquid committat criminis. Laudatrix insidiosa,quia per laudes eius prouocare in adulterium. Bonis Helenæ.i.formositati.

¶ Ferrea

ANTO.

¶ FERRE (crede mihi) nõ sum, sed amare recuso: Translationem hanc necessariam fuisse scribit Fabius. nam cum uerbis propriis d[e]ficeremus, ut obstinatos homines notaremus, quod saxi erat, illis, tribuimus duros, asperosq;, & ferreos appellamus. ¶ Sed amare repugno: amorem fassa: in eo difficultates notat: primum difficultatis causam in Paridis personam reiiciens. ¶ Vix puto: dubio sermone usa est: ne omnino amantem excludere uideatur. demum in illius sententiam accessura. ¶ Quid bibulum: a simili auget difficultatem. ¶ Bibulum: aridum: nam quod aret, facile humorem haurit. ¶ Spem: non est sperandũ fructus cõsequi. ¶ Locus ipse: si natura solum sit sterile. ¶ Sum rudis: a nouitate rei tertiam difficultatem notat. ¶ Ad ue. fur. ad amorẽ. ¶ Nulla ar. dolos in amore esse: Cleræta lena apud Plau. quibus alliciantur amantes, his notat uersibus in Asinaria: bene salutando consuescunt: conuellendo blanditer, osculando oratione uinula uenustula. si papillam pertractauit: haud est ab re aucupis: Suauium si sumpserit: sumere eũ licet sine retibus. ¶ Tacito: occulto. ¶ Felices: cum suspirio legẽdum: quod indicat iam iam amore persuasum esse: ita ut re facilitatem desideret. ¶ Vsus amo. experientia. ¶ Difficilem culpæ: cũ facile sit peccare: mihi tamen difficile uidetur. ¶ Ipse ma. me. est. difficultas ex formidine: quæ oritur ex sinistrorum ore: formido mihi est impedimento. ¶ Iã nunc: ante patratum facinus, πάθος a patre. ¶ Confun. ne. cia sum: qd agam. ¶ Nostris uul. id de culpa facit cõscientiam: ut quæ maxime ĩ occulto sunt: in ore hoĩum uersari suspicemur, hoc, quod in nos oẽs coniiciant oculos. ¶ Quasdam uo. de nostro amore rumores. ¶ Cur de. seq̃re potius: apertius extulit: quid animi haberet. ¶ Nõ ma. quoniã q̃uis absit: nõ tamẽ oĩa audere licet: uult. n. custodem sibi appositum fuisse significare. ¶ Re co. Menelai discessum a necessitate tuetur: quem simplicitate Paris damnarat. ¶ Magna cã: ea erat: ut diuiderẽtur in Creta Atrei bona. ¶ Dubitaret: de discessu in ambiguo esset. ¶ Fac. re. eas. hoc omine ad discessum inuitauit. ¶ Erit Pari. Troiani hospitis curam geram. ¶ Cuncta. ea etiã: quæ minus honesta sunt. ¶ Custo. custodiam adhibuerit. ¶ Longas manus: quæ etiam remotissima custodire possunt.

Bibulus qd sit

Amantum blandiciæ.

Ferrea (crede mihi) non sum, sed amare recuso
Illum, quem fieri uix puto posse meum.
Quid bibulum curuo proscindere littus aratro,
Spemq; sequi coner, quam locus ipse negat?
Sum rudis ad Veneris furtum, nullaq; fidelem
(Dii mihi sunt testes) lusimus arte uirum.
Nunc quoq; ꝙ tacito mando mea uerba libello,
Fungitur officio littera nostra nouo.
Felices, quibus usus adest, ego nescia rerum
Difficilem culpæ suspicor esse uiam.
Ipse malo metus est, iam nunc confundor, & oẽs
In nostris oculos uultibus esse reor.
Nec reor hoc falso, sensi mala murmura uulgi,
Et quasdam uoces retulit Aethra mihi.
At tu dissimula, nisi tu desistere mauis,
Sed cur desistas? dissimulare potes.
Lude, sed occulte, maior non maxima nobis
Est data libertas, quod Menelaus abest.
Ille quidem procul est ita re cogente profectus,
Magna fuit subitæ, iustaq; causa uiæ.
At mihi sic iussum est, ego cum dubitaret, an iret,
Quamprimum, dixi, fac rediturus eas.
Omine lætatus dedit oscula, resq;, domusq;
Et tibi sit curæ troicus hospes ait.
Vix tenui risum, quem dum compescere luctor,
Nil illi potui dicere, præter, erit.
Vela quidem Cretem uentis dedit ille secundis,
Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hinc uir abest, ut me custodiat absens,
An nescis longas regibus esse manus.

HVBER.

¶ QVID bi. ex similitudine ostendit, non esse. sibi sequendum amorem Paridis: cui non possibile morẽ gerere. ¶ Quid coner? quid tentem. ¶ Bibulum: epitheton littoris, & arenæ. ¶ Spem: quam locus ipse neget: quæ naturaliter ex ipso loco non possit haberi: sed per hanc similitudinem intellexit amorem Paridis. ¶ Sum rudis: adducit rationes: quare hęc spes uideatur negari. & arguit a moribus suis, & ante acta uita. ¶ Rudis: noua imperita. ¶ Lusimus: decepimus. Vir. Quid natum toties crudelis tu quoq; falsis Ludis imaginibus. ¶ Nulla arte, nulla fraude, nunquam decepi maritum meum. ¶ Dii mi. sunt te. i. dii sciunt, & est parenthesis. ¶ Nunc quo. dicit se nũquam ante scripsisse ad aliquem aliũ. ¶ Tacito li. secretę epist. ¶ Nouo: inusitato. ¶ Vsus. i. experientia: & exercitatio. ¶ Nescia: imperita. ¶ Suspicor ui. difficilem: quia qui habitum fecit non peccandi: nescit quomodo incipiat peccare. ¶ Ipse me. est malo. i. timor iam nocet mihi. ¶ Iam nunc: antequam peccem. ¶ Omnes oculos: esse in meis uulti: idest puto omnes me iam respicere: & habere oculos in me conuersos: & dicere, hæc est, quæ maritum decepit: quæ est adultera. ¶ Falso: sine causa. ¶ Sensi: percepi intellexi. Murmura: susurros quosdam de me. ¶ Aethra: comes mea. ¶ Quasdam uoces: quæ da me, & te dicuntur. ¶ Dissimula: occulta: & ostende nihil esse. ¶ Nisi tu malus, idest potius uis. ¶ Desistere: cessare ab amore meo. ¶ Sed cur de. latenter ostendit sibi gratum esse: quod pergat. ¶ Occulte: caute, ne aliqs aduertat. ¶ Maior: quia Paris dixerat, Sed tibi & hoc suadet rebus non uoce maritus. Neue sui furtis hospitis obsit, adest. respondet ipsa se esse aliquanto in maiore libertate: q̃ si maritus adesset: non tamen habere maximam ut possit facere, quod uelit: maior q̃ si adesset. ¶ Sed non maxima: quia etiam obseruor. ¶ Ille: me ne. ¶ Procul: longe. ¶ Re cogente. i. necessitate exigente. ¶ Viæ: profectionis eius. ¶ Sic iu. est: scilicet esse eundum. ¶ Cum dubitaret: an iret: ostendit Menelaum sine consilio suo non discessisse. ¶ Rediturus: quamprimum una dictio composita. ¶ Lętatus omine: idest accipiens pro bono omine: quod ego dixissem ei: ut iret. ¶ Res patrimonium uestrum. ¶ Domus: familia. ¶ Troicus hospes: Paris. ¶ Sit tibi curæ: & hoc est: quod Paris dixit eum mandasse: cum dixit, Idei mando tibi: dixit iturus Curam pro nobis hospitis uxor agas. ¶ Vix tenui risum: cum uidi eum ita stultum: ut mihi cõmendaret eum: qui sibi nocere posset. ¶ Compescere: cohibere. ¶ Luctor: nitor. ¶ Erit. i. fiet, hoc est erit mihi commendatus. ¶ Cretem: deest in. ¶ Idæo ob hanc causam. i. quia absit. ¶ Licere cum: idest omnia esse tibi licita: satis enim tibi esse debet: si potes me uidere, & alloqui: neq; debes ulterius sperare licere tibi. ¶ Absens. i. etiam absens. ¶ Regibus: principibus, qualis ipse est. ¶ Longas manus: longam potestatem etiam in locis remotis.

Quamprimum q̃ dictio sit

ASCEN.

¶ FELICES quibus usus adest. Paulatim in cõsensum delabitur, nam uelle significat, sed non audere. Ipse malo metus est: idest metus mali: qui solet a malo detinere: est mihi malo: idest ad malum: scilicet ad infamiam: quia qui audacter: & confidenter peccant: præ se ferunt innocentiam: at rubescentes confitentur culpam, quam uultu produnt. uelit ergo assueta esse, & non metuere: ne agnoscatur. Aethra & Clymene propria sunt nomina pedissequarum. At tu dissimula &c. Id sæpe aperit poeta: quod mulieribus sæpe in uoto est uelle, scilicet committere culpam: si citra infamiam possent: unde cohortatur, ut dissimulet. Ita re: idest utilitate cogente, profectus. Quam primum dixi fac rediturus: quam primum, idest ualde cito: quod dictum ille pro felici omine sumens: mox profectus est. Hospes troicus, aut Troianus: aut quod illi gloriosius est, a Troe ortus. Erit comici dicunt fiet: & est imperiose dictum: sed modestius dixit: erit, scilicet curæ. An nescis, ideo, prouerbiale est.

Fama quoq; est oneri, nam quo constantius ore
Laudamur uestro, iustius ille timet.
Quæ iuuat, ut nūc est, eadē mihi gloria dāno est,
Et melius famæ uerba dedisse fuit.
Nec quod abest, hic me tecum mirare relictam,
Moribus, & uitæ credidit ille meæ.
De facie metuit, uitæ confidit, & illum
Securum probitas forma timere facit.
Tempora ne pereant ultro data præcipis, utq;
Simplicis utamur commoditate uiri.
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta uoluntas,
Est satis, in dubio pectora nostra labant.
Et uir abest nobis, & tu sine coniuge dormis,
Inq; uicem tua me, te mea forma capit.
Et longæ noctes, & iam sermone coimus,
Et tu (me miseram) blandus, & una domus.
Et peream, si non inuitent omnia culpam,
Nescio quo tardor sed tamen ipsa metu.
Quod male persuades, utinā bene cogere posses
Sic mea rusticitas excutienda foret.
Vtilis interdum est ipsis iniuria passis,
Sic certe felix ipsa coacta forem.
Dum nouus est, cœpto potius pugnemus amori,
Flamma recens parua sparsa resedit aqua.
Certus in hospitibus non est amor, errat, ut ipsi,
Cumq; nihil speres firmius esse, fugit.
Hipsiphyle testis, testis Minoia uirgo est,
In non exhibitis utraq; iuncta toris.
Tu quoq; dilectam multos infide per annos

ANTO. ℭFAMA: nois celebritas. ⁋ Est oneri: difficultatem parit. ⁋ Eadem gloria: pulchritudinis frequens fama, & seruati pudoris decus. ⁋ Verba dedisse: nō seruasse ab ineūte ætate sine labe: se deceptā uiolasse pstaret. ⁋ Dare uerba: est cum factis dicta non consentiunt: qđ Terētianus seruus indicat: cū dicit: cui uerba dare difficile est. ⁋ Credidit, fidem adhibuit, nouit recte actā uitam, & probatos mores. ⁋ De facie: sola pulchritudo illū timere cogit: cū cætera me pbet. ⁋ Præcipis: suades ad tēporis opportunitatē. Dixerat.n. paris: Vtere mādatis simplicitate uiri. ⁋ Et libet: cōcedit suasionē, sed differri factū: qm ad huc pēdeat aius culpæ desuetudine. ⁋ Exacta: firmata, pēdebat adhuc. ⁋ Et uir abest: cōmoditates repetit ex sñia Paridis, ut facile ońdat se iturā in eius sniam. ⁋ Me miserā ad culpæ me moriā suspirat. ⁋ Male. non honeste: turpe est adulterꝫ suadere ⁋ Bñ: sub honestatis spē uellē, inqt, q ex uolūtate turpe est: ut q dā necessitate fieri posset: uñ iudicaret honestū. ⁋ Rusticitas: timiditas, & in amore difficultas. ⁋ Vtilis: qm culpā diluere pñr. ⁋ Sic: p uiolētiā, & iniuriā. ⁋ Essem sc. tuo cōiugio beata. ⁋ Dū nouus est cœpto: anceps in Paridis fide adhuc amori repugnat. ⁋ Cœpto, q nūc nos inuasit: facile.n. amor reprimit: si añ quā inualescat: abiicere conabimur. ⁋ Flāma recēs: cū primū ignis incēdit. ⁋ Certus: in hospitibus: ecce apit, uñ orit timor: quo ad impugnādū, dū ad amorē impellebat, hospites, inqt, fidē amātibus nō seruant: argumento usu a conditione: & incōstātia. ⁋ Hipsiphyle testis: exēplo inconstātiā pbat. Iason Gipsiphylē reliquit, Theseus ariadnā. ⁋ Nō exhibitis: q nō fuere seruati ex fœdere.

Dare uerba quid fit

Virorū inconstantia.

HVBER. ℭFAMA quoq;: dicit se et terreri metu infamiæ, ne dicat adultera: quod derelicto marito legitimo: secuta sit amatorē. ⁋ Est oneri.i. affert onus, & obligationem quandam pudice uiuendi. ⁋ Quo: quāto. ⁋ Cōstantius: firmius. ⁋ Vestro ore.i. uerbis omniū uirorū. ⁋ Iustius eo.i. tanto: quāto enim aliqua mulier magis laudatur, tanto magis de ea timendū est: nā sola miseria caret inuidia. ⁋ Quæ iuuat: latēter, inquit, quod libēter peccaret: si auderet: dicit enim gloria meæ famę, & honestæ uitæ ⁋ Quę iuuat: quæ delectat me. ⁋ Vt.i. sicut. ⁋ Nūc est.i. honesta: ut nūc est, ⁋ Est mihi dāno: quia iniicit mihi ruborē faciēdi, quod a me petis: quod esset utilius. ⁋ Et melius foret.i. utilius mihi esset. ⁋ Dedisse uerba famæ.i. decepisse ipsam famā: & me non esse talem: qualē fama prædicat: hoc est: melius esse nō obseruare fidē marito. ⁋ Dare uerba: est decipere. ⁋ Credidit: cōfisus est. ⁋ Moribus: meis honestis. ⁋ Et ui.i ante prospectæ. ⁋ De facie me.i. pulchritudo mea facit illū timere, & suspicari de me: sed uita cognita honesta facit illū cōfidere. ⁋ De fa.i. pp faciē, & pulchritudinē. ⁋ Securū: sine cura, & timore. ⁋ Tēpora ne pereant. ad id qđ dixerat Paris. Vt te nec mea uox: nec te meus incitet ardor, Cogimur ipsius cōmoditate frui. Aut erimus stulti &c. respondens dicit. ⁋ Et libet.i. cupio. ⁋ Et timeo. Voluntas legendū est non uoluptas. ⁋ Nec adhuc est exacta.i. satis pfecte deliberata. ⁋ Labant: uacillant. ⁋ In dubio: incerto: utrū debeā uti cōmoditate absentiæ uiri. ⁋ Et uir abest: respōsio est ad id, qđ dixit. Sola iaces uiduo tā longa nocte cubili. In uiduo iaceo solus & ipse toro. ⁋ Inuicē uicissim.i. tu me amas: & ego te. ⁋ Et noctes lō.s. sunt. ⁋ Et iā coimus.i. cōiungimur: simul sumus. ⁋ Sermone: simul loquēdo. ⁋ Et tu blādus: subaudies. Et domus: in qua sumus. ⁋ Et una.i ambo sumus in eadem domo. ⁋ Me miserā: p interpositionē legendū est: & est dolentis. ⁋ Pereā: quasi urātis est.i. moriar. ⁋ Si oia: quæ in parte tua sunt. ⁋ Nō inuitant me ad sequēdū te. ⁋ Nescio quo metu. q.d. et si sit sine rōne. Bene cogere: qa cupiūt puellæ cogi. ⁋ Quod male.i. uix. ⁋ Persuades: tua epistola: & rationibus adscriptis. ⁋ Rusticitas: rusticus: pudor. Ipse de arte: & si rusticitas non uetat, ipsa rogat. ⁋ Excutienda: eiicienda: repellenda. ⁋ Ipsis passis.i. iis, q eā passi sunt. ⁋ Sic.s. inferēdo iniuriā. ⁋ Ego forem coacta esse felix.i. cogerer habere ea bona, quæ mihi promittis: & per te mihi cōtingere possunt. ⁋ Dum nouus est, ostendit mutabilitas muliebris, posteaquā enim significauit se cupere, qđ Paris suadebat: nūc hortatur: ut potius desistat ab amore dum nondū est uehemēter auctus: & multis exemplis: rōnibusq; pbat: quare nō debeat sequi paridē. ⁋ Pugnemus resistamus. ⁋ Flamma: pbatio a simili, quod amor incipiēs facile possit extingui: sicut ignis nouus pauca aqua extinguit. ⁋ Certus: firmus: & est sñia rōnem cōtinens. ⁋ Hospitibus: peregrinis non habētibus certum domiciliū. ⁋ Errat: uagatur amor. ⁋ Vt ipsi: hospites. ⁋ Fit. stabilius. ⁋ Hisiphyle, pbat exēplis. ⁋ Minoia uir. Ariadne filia Minois, de Hisiphyle, & Ariadne uisum est supra in epistolis earum ad Iasona, & Thesea. ⁋ Vtraq; iusta in tori: non exhibitis.i. nō datis, sed negatis eis: de qua re iuste conqueruntur. ⁋ Tu quoq;, qui mihi tot, tantaq; promittis. ⁋ Infide: periure, & fraudulente.

Dare uerba

Mulierum incōstantia

ASCEN. ℭFAMA quoq; est oneri, ueret.n. famam bonā polluere. Et melius fuit dedisse uerba famæ.i. fousse famā inanē, & decepisse eā. Nec q abest, subtilis, & oratoria respōsio. Nā quod ille in cōtumeliā Menelai dixerat, ista in suā laudē uertit (suam dico Helenæ ne barbare loqui putes) De facie.i. propter pulchritudinē faciei. Et tu me miserā. hæc particula me miserā inserit, quasi per parenthesim, & regit ab o particula subintellecta, uel ab hen, ut sit, o me miserā, sed qa nō tā uehemens est excandescentia pulchrius supprimit, q exprimat. Quod male psuades, qa uix potest psuadere, & est uotū multis cō mune, sed dānadū. Dū nouus est cœpto, sanctū qdē consiliū, sed longe a sententia, & animo mulieris. Pugnemus amore.i. cū amore, repugnemus amori, sicut in.iiii. Aenei. Placito ne et pugnabis amori: uerba enim ad cōtentionē pertinētia apud Vir. est datiuo construunt, loco cuius nos ablatiuū, & cū ppositione ponimus, ut solus tibi certat Amyntas &c. Sparsa resedit, aut residit, & puto potius legēdū, residit a re, & sido, ut sit psentis tēporis, non q dicam cū Alexan. sido carere pterito, id enim falsum est, nā ut Valla docet sedi facit, sed qa sententie magis cōgruit psens, q pteritum tēpus, nisi sit sparsa aqua.i. cū iam sparsa fuerat aqua. Pōt et a resideo deduci, ut resedit, sedata est. Amor cer.i. durabilis. Multos insidetuocatiuus est, o infide.

ℭOenonen

COENONEN destitutã se a Paride Oenone sua epistola cõquesta est. Adde qd', ut cupias: inconstantiam arguit a necessitate. Expediant: parant tibi nauigandi necessitatẽ. Nox sperata: que mecũ futurus es. Cursibus in mediis. ab auriga trãslatio est: in medio, inqt, amoris gaudio. Nouitatis: nouarũ cogitationũ, quales nouũ amantẽ subire cõsueuerunt. An sequar: trãsit ad eã Paridis suasionẽ, q̃ est troica classis adest armis instructa uirisq;, iã faciẽt celeres rẽus, & aura uias. Non ita contẽno: a fama, id fieri nõ posse mõstrat. Probris: adulterii criminibus. Spartæ: Spartani hoĩes. Achaias: Peloponnesus. Vxor. i. Hecuba Cysei regis filia. Tot frẽs: ex qbus hos legimus Hectorẽ: Helenũ: Chaonẽ: Troilũ: Deiphobũ: Polydoros duos: Esaciẽ: Anthiopũ: Teuchrũ: Democoontem: Cremonẽ, Gergytionẽ: Cebrionẽ: Phorbantẽ: Dorionẽ: Polydamantẽ, Pãmonem: Antiphontẽ: Agathonẽ: Hypporin: Aganoẽ: Laochoontẽ: Iphitũ: Thestiũ: Thymetũ, & Pollytẽ. Puellę uero tradunt: Creusa: Cassãdra: Iliõe: Lycaste: Polyxena. Dardaniæq; nurus: Troianę puellę: uel Priami nurus. Quid: qũo. Tuũ crimẽ: dixerat Paris, Si pudet, an metuis, ne me uideare secuta? Ipse reus sine criminis huius ero. At fruar Iliacis: qd' Paris ab opib⁹ suasit, qđa repetit iracũdia: prię charitatẽ illis anponẽs. Purpura nẽpe mihi: purpura ueste donatam a Paride fuisse Helenã Martia. scri. Tellus ipsa: solũ patriũ. Quo mõ q̃ dulcedine, & occulta charitate, q sq. n. patriæ cõsuetudine tenetur. Quis mihi si lędar: propositũ suũ firmat ab incõmodis quę pñt absentibus a patria exoriri. Omnia Me. exemplo auget incõmoda. Medea, inquit, ab Iasone pulsa est. Ipsea: Dio. Hecatem Medeæ matrẽ fuisse scri. Apollinius ex Cãcasea nymphagenitam contẽdit. Ibycus ex Curyclide Sophocles ex Neera. Hesiodus ex Phædra. Chalciopeq; soror, quæ Phryxo nupsit ut diximus. Tale: ut me pellas.

ANTO.

Hecuba cuius filia fuerit

Priamũ filiorũ noia.

Hecate q̃ fuerit

Diceris Oenonen deseruisse tuam.
Nec tamen ipse negas, & nobis omnia de te
Quærere, si nescis, maxima cura fuit.
Adde, quod ut cupias cõstans in amore manere,
Non potes, expediunt iam tua uela Phryges.
Dum loqueris mecũ, dum nox sperata paratur,
Qui ferat in patriam iam tibi uentus erit.
Cursibus in mediis nouitatis plena relinques
Gaudia, cum uentis noster abibit amor.
An sequar, ut suades, laudataq; pergama uisam?
Pronurus & magni Laomedontis ero?
Non ita contemno uolucris præconia famæ,
Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit Sparte? quid Achaia tota?
Quid gentes Asiæ? quid tua Troia loqui?
Quid Priamus de me, Priami quid sentiet uxor?
Totq; tui fratres, dardaniaq; nurus?
Tu quoq;, qui poteris fore me sperare fidelem?
Et non exemplis anxius esse tuis?
Quicunq; Iliacos intrauerit aduena portus,
Is tibi solliciti causa timoris erit.
Ipse mihi quoties iratus adultera dices,
Oblitus nostro crimen inesse tuum?
Delicti fies idem reprehensor, & author,
Terra precor uultus obruat ante meos.
At fruar Iliacis opibus, cultuq; beato,
Donaq; promissis uberiora feram,
Purpura nempe mihi, pretiosaq; texta dabuntur,
Congestoq; auri pondere diues ero.
Da ueniam fassæ, non sunt tua munera tanti,
Nescio quo tellus me tenet ista modo.
Quis mihi, si lædar, Phrygiis succurret in oris?
Vnde petam fratris? unde parentis opem?
Omnia Medeæ fallax promisit Iason,
Pulsa est æsonia non minus illa domo.
Non erat Aeetes, ad quem despecta rediret
Non ipsea parens, Chalciopedeq; soror.
Tale nihil timeo, sed nec Medea timebat,

COENONEN: uxorẽ tuã: ut uidimus in eplã ipsius Oenones ad Paridẽ. Quærere: inuestigare. Adde adducit aliã rationẽ: qa comites Paridis instabãt, ut iam iã discederet. Expediunt: expedire parant. Parat: constituit inter nos. Plena no ui. i. tm̃mõ incepta. In mediis cursibus post inceptũ, & est trãslatio. Abibit: tecũ, & obliuisceris mei. An sequar: ad id, qd' dixit. Ibis dardanias ingẽs regina p urbes: & itẽ, Innumeras urbes, atq; aurea tecta uidebis: & itẽ, Ilion aspicies: firmataq; turribus altis Mœnia Phœbæ structa canore lyræ: dicit ergo. Visam pergama laudata: a te? Prouurus: Nurus ad ptẽ mariti refert, pnurus ad auũ, sicut nũc ad Laomedõta auũ Paridis. Cõtemno: puifacio. Præconia uoces. Volucris: uelocris. Illa: fama. Probris: ignominiis: uituperis. Sparte: Lacedæmon. Achaia: Pelopõnesus, uel Græcia. Quid poterit loq de me: nisi me esse adulterã. Quid sentiet, qd iudicabit. Tu quoq; cũ uidebis me fregisse fidẽ Menelao. Qui. i. qũo. Anxius, sollicitus, & plenus timoris. Exẽplis tu. ne alius ita me solicitet, & alienet a te, sicut tu a Menelao. Causa timoris: qa putabis eum uenisse eadẽ intentione: q̃ tu huc uenisti. Ipse: tu. Dices adultera: me appellabis adulteram. Oblitus nr̃o &c. i. oblitus qd' nõ potes maledicere de me: qn maledicas de te ipso. Inesse: coniunctũ esse. Et au. causa. Obruat: tegat. Ante potius: & est imprecatio muliebris. Sic Dido apud Virgiliũ, lib. iiii. Sed mihi uel tellus optẽ prius ima dehiscat: & Bryseis ad Achillem, Deuorer ante precor subito telluris hiatu. Aut rutilo missi fulminis igne cremer. At fruar, obiectio. Vberiora pmissis. i. plura q̃ promisisti. Cõgesto. cumulato, & undiq; ad me collato. Da ueniam, fñsio. Fasse, mihi uerũ fatenti. Tãti: ut uelim hinc discedere. Nescio quo mõ. q. d. icredibiliter. Tenet: iuuat, delectat. Oris, regiõibus. Phrygiis, troianis, ubi nũo nullus ex meis. Omnia qa Paris posset dicere, nunq̃ te deseram, ero loco propinquorũ, & fratrũ, et parentis, adducit exemplũ, quo ostendit se: timere, ne decipiat. Aesonia domo, ut supra, Ausus es æsonia dicere cede domo. Non minus, nihilominus, licet habuisset tot promissa. Aeetes, pater eius. Hypsea pa. i. mater eius Ipsea nomine, licet ut supra diximus secundum alios, Lydia nominaretur. Calcyope, Medeæ soror fuit. Sed nec timebat, cum tu ei promittebas.

HVBER.

Nurus & pnurus ad quos referatur

NEC tamen ipse ne. hoc placere uidetur Helenæ quia confitendo significat se iustã habere repudii causam, & nõ mendacem esse. Adde q ut cupias. Argumẽtatur etiã, si uelit, non posse diu manere. Pronurus una est dictio, sicut pronepos, sed nepos est ex filio, aut filia genitus, pronurus nõ pronepotis, sit nepotis uxor, quia ergo Paris est nepos Laomedontis, uxor Paridis erit pronurus, sicut Hecuba mater eius nurus. Non ita cõtemno. i. nan usq; adeo paruipendo preconia. i. diffamationẽ uolucris famæ, ut illa impleat. i. ut sinam illã implere terras meis probris. Quid de me poterit Sparte, hec Spartę huius Spartes, sicut Crete Cretes. Tu quoq; qui. i. quomodo, poteris, aut qua te seu, qua uia poteris sperare me fidelẽ fore, & non exemplis anxius esse tuis. Egregium Argumentum, quo multi contendunt non ducendas, quæ prece, aut precio inductæ in stuprum consenserint ante nuptias, quia quod uni præstiterunt, censendæ, sunt etiam alteri præstare parti, si consimilis conditio offeratur. Terra precor uultus. sic Dido. Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat. Non sunt tua munera tanti. In omnibus contendit se personam potius, q̃ rem eius amare. Quis mihi si lædar. Aliis quoq; argumentis probat in externam regionem relicta patria non esse proficiscendum.

ASCEN.

Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Omnibus inuenies,quæ nunc iactantur in alto,
Nauibus in portu lene fuisse fretum.
Fax quoq; me terret,quam se peperisse cruentam
Ante diem partus est tua uisa parens.
Et uatum timeo monitus,quos igne pelasgo
Ilion arsurum præmonuisse ferunt.
Vtq; fauet Cytherea tibi,quia uicit,habetq;
Parta per arbitrium bina trophæa tuum.
Sic illas timeo,quæ,si tua gloria uera est,
Iudice te causam non tenuere duæ.
Nec dubito,quin,te si persequar,arma parentur,
Ibit per gladios(hei mihi)noster amor.
An fera centauris indicere bella coegit,
Athracis Hæmonios Hippodamia uiros.
Tu fore tam lentum iusta Menelaon in ira,
Et geminos fratres,Tyndareumq; putas.
Quod bene te iactes,& fortia facta loquaris,
A uerbis facies dissidet ista tuis.
Apta magis Veneri,quā sunt tua corpora marti,
Bella gerant fortes,tu Pari semper ama.
Hectora,quem laudas,pro te pugnare iubeto,
Militia est operis altera digna tuis.
His ego,si saperem,pauloq; audacior essem,
Vterer,utetur,siqua puella sapit.
Aut ego deposito faciam fortasse pudore,
Et dabo conuictas tempore uicta manus.
Quod petis,ut furtim præsentes ista loquamur,
Scimus quid captes,colloquiumq; uoces.
Sed nimiū pperas,& adhuc tua messis ī herba est
Hæc mora sit uoto forsan amica tuo.
Hactenus arcanum furtiuæ conscia mentis
Littera,iam lasso pollice,sistat opus.
Cætera per socias,Clymenē Aethrāq; loquamur,
Quæ mihi sunt comites,consiliumq; duæ.

ANTO. ¶ AVGVRIO:cogitatione:euenit interdū aliter,q̄ opinemur. ¶ Oibus inue.a sili arguit posse in tristitiā,& odium tm̄ amorē uerti. ¶ Iactantur,agitanť procellis. ¶ Lene:tranq̄llū. ¶ Fax quo.me.ter.dissuadet rapinā hanc somniis,nā locus est suadendi,aut dissuadendi:ut scri.Ci.a somniis,a cō ectoribus:ab auguriis, Hecubā facē parere somniauit: iō in Tragœdia exclamat:idest fax inuoluta sanguine:ut apud Ci. in li.de diuinatiōe licet inspicere. ¶ Et ua.ti.mo. arguit a uaticiniis:Calchas incendiū Troianū p̄dixit:ut Home.testis est. ¶ Prǫmonuisse. ¶ Bina tro.uictoriā ex duabus est cōsecuta. Illas:Iunonē,& Palladē:ne de te ulcisci uelint. ¶ Si tua glo.ue.si uerū est,qđ tu iactas ad tuā gloriā,ut de his iudiciū tuleris. ¶ Athracis: Hippodamiā Athracis flu.filiā intelligit, quā Perithous Ixionis ex Dia filius duxit uxorē nuptiæ in Pelio Thessaliæ mōte gestǫ sunt:cētauri,q aderāt,cū fœminis uim parassent, Thesei,Herculisq; uiribus trucidati,& in fugā acti sunt. ¶ Hǫmonios:nestorē Theseū:Perithoū,& Herculē sign̄at:& Lapithas,q cētauros superarūt. ¶ Iusta ira:æquū est p rapta cōiuge irasci. ¶ Fortia fa.loquaris,nec plus Atrides ai Menelaus hēbit. ¶ Ista fa.q̄ amorē nō bellū p̄ se fert. ¶ Veneri:ad amandū. ¶ Marti:ad bellū ¶ Tu.pa.q mollis,& delicatus es. ¶ Altera mili.q̄ est amoris, & Veneris nō Martis. ¶ His ego si sa.colligit iā eplam ita,ut plus spei,q̄ timoris relinq̄t. ¶ His q̄ polliceris, & tui corpis dotibus. ¶ Si sa.quo de se notat:q̄ rudis sit, & timida. ¶ Faciā:utar tuis bonis. ¶ Cōuictas ma.amori succūbā. ¶ Quid captes: trāslatio ab aucupibus:noui,ingt,qd uelis a me sumere. ¶ Quid uo.col.honestius locuta est:q̄ si rē apte dixisset. ¶ Tua mes.in her.pulcherrima trāslatio,maturi⁹ ingt,agendū est: qm̄ nondū amor ois incaluit:ita ut iam suas sentiat uires:& pfectus sit. ¶ Amica:qm̄ tuū desideriū implebit. ¶ Arcanū opus nr̄i amoris deliberationē: q̄ in occulto fit. ¶ Cætera:q̄ hui: libello nō erāt mādanda. ¶ Comites cōsiliūq;:q̄s hēo comites: & mei cōsilii pticipes. ¶ Suadet arcana cōmitti debere:cum hæ sint,quibus credi possint.

Hippodamię nuptię & cetaurorū pugna

Trāslatio pulchra

HVBER. ¶ FALLITVR:snia ē rhetorica. ¶ Suo augurio:sua bona spe: & eo qđ augurať sibi bn̄ euēturū. ¶ Oibus silitudine hoc pbat dicit.n.initia esse blāda:sed fines aspos:est ergo sensus naues,q̄ i mari tēpestate iactanť:qn̄ ex uerūt ex portu:habuerūt uētos psperos:sed postea mutati sunt:& ita uult sign̄are, qđ fortūa sua posset sibi mutari,qa si Paris eē nūc diligit,posset mutare uolūtatē. ¶ Fax quoq;,dicit se ēt terreri somnio Hecubæ,q̄ pdie q̄ pareret Paridē,somniauerat se parere facē,quā dicit se timere fore incēdiū troianū,ut uates p̄dicūt. Vir.& face p̄gnans Cisseis regia Parim creat urbe p̄rna. ¶ Monitus,diuinatiōes. Vtq; fauet,dicit qđ sicut Venus ei fauet,qa tulit iudiciū pomi p se, ita timet,ne Iuno,& Pallas,q̄ offensæ fuerūt, & nō obtinuerūt cām i illo iudicio,ei sint aduersæ & inimicǫ. ¶ Bina trophǫa,duas uictorias a Iunone,& Pallade. ¶ Nec dubito,rn̄det ad id,qđ dixerat,Nec tu rapta time,ne nos fera bella sequanť &c. dicit.n.se nō dubitare,qn bella moueant pp se. ¶ Per gladios p arma pbat p exēplū: Athracia Athrax Strabo teste urbs est Thessalię: ex ea fuit Hippodamia uxor Perithoi:pp quā iter Lapithas,& cētauros asprima pugna orta ē:ut diximus in epla Phyllidis sup eū locū:fusiq; bimēbres. ¶ Hæmonios:uiros:Lapithas:Thessalię pplos. ¶ Indicere:denūciare mouere. ¶ Tā len.tā pigrū. ¶ Ira iusta p rapta cōiuge. ¶ Qđ bn̄:ad id qđ dixerat.Nec plus Atrides ai Menela⁹ hēbit.Quā Paris:aut armis aūferēdus erit:& reliq̄ q̄ supra de se dixit:rn̄det Helena:Paridē potius hr̄e faciem aptā Veneri q̄ armis. ¶ Recēses:numeras:& cōmemoras. ¶ Dissidet:discrepat:& nō cōuenit cū iis,q̄ dicis. ¶ Hectora:qa dixerat. Oia si dederis:nunq̄ dabis Hectora frem.Vnus is innūeri militis instar erit, dicit Helena: sine pugnare Hectora p te. ¶ Altera mi.s.amoris:qa militat ois amās:& hēt sua castra cupido. ¶ Opis tuis,i.exercitiis & f is: & legēdū ē opis in abltō:nō aūt i gtō:qa dign⁹ cum gtō nō iūgit. ¶ His.s.opis. ¶ Si saperē:si uellē facere rē meā. ¶ Faciā:utar his opis amoris. ¶ Dabo man⁹ ꝯiūctas tractū ē ab iis,q se dedūt manib⁹ cōiūctis. ¶ Tpe.i.i tpe. ¶ Qđ pe.rn̄det ad id:qđ dixerat:sed corā ut pla loq̄mur.Excipe me lecto nocte silete tuo. ¶ Furti,clā. ¶ Quid ca.i.q̄ras:& qd. ¶ Voces col.qa uis colloquiū tuū eē cōcubitū. ¶ Sed nimiū,ppe-ras:dat ei spē eius:qđ petiuerat. ¶ In her.trāslatio a messib⁹:q̄ nō sunt certę:sūt adhuc i herba:sed postq̄ sunt collectǫ. ¶ Hǫc mora si dilatio. ¶ Sit:p erit. ¶ Ami.tuo uo qa pderit tibi. ¶ Hactenus:dicit se nolle mādare pla eplæ: qa cætera uult loq p Clymenē,& Ethrā cōites suas:q̄ erūt internūciæ & medię iter ipsam, & Paridē,ordo. Lr̄a hacten⁹ cōscia mētis furtiue,i.cuius hacten⁹ cōmisi secreta meæ mētis. ¶ Sistat finiat. ¶ Opus ar.offm̄ scribēdi secreta. ¶ Lasso pollice,i.manu scribēdo fatigata. ¶ Cætera,q̄ iter nos agēda restant,ad cōficiēdū,qđ uterq; uolumus. ¶ Cōsiliū meū:cū qbus oia mea cōsultare soleo.

Nota pulchrū loquēdi modum

ASCEN. ¶ FALLITVR augurio:egregiū adagiū:cui⁹ sensus:qa sperāti oi auspicia sǫpe bona uidenť. & ita falliť sǫpe augurio suo qa nimis sibi pspicit:& qcqd sperat sibi pmittere audet.Oib⁹ iuenies &c.qa nēo turbulēto mari retinacula soluit. ¶ Sic illas uereor:q̄s fingūt poetǫ Troię quoq; inimicas fuisse. Vn̄ de Iunone dicit Maro æneī.i.ueterisq; mēor, saturnia belli,Prima qđ ad Troiā p charis gesserat Argis.De Pal.aūt li.ii.Ois spes Danaū:& cœpti fiducia belli Pal.auxiliis semp stetit.Ilion arsurū dr̄ hoc Iliū Ilii.hoc Iliō Ilii:& hæc Ilios Ilii.An fera qa Paris multis exēplis docuit raptas eē sine ultiōe:ipsa cōtra docet graue ultionē ob Hippodamię raptū factā. Tyndareūq;.s.patrē saltē putatiuū a noiatiuo Tyndare⁹:facies ista,i.tua tā fœminea,& mollis,altera militia.s.Veneris est digna tuis opis.i.exercitiis:& operationibus a noiatiuo opera: aut ope operarum.His ego,s.operis,& ita cōsensum plenū adhibet.Scimus quid captes:qa coitum.Cætera manifestaria sunt.

¶ In decimam

In decimam septimam Epistolam Argumentum.

Abydon Milesii Gyge Lydorũ rege pmittẽte cõdidere nobilitatã: ut scribit Melas Leandri amore: ea est in Asia: cui Sestos in Europa urbs opponit. Herus patria stadiis.xxx. distat itercedẽte angusto mari a casu uirginis Helesponto nuncupato: id cũ Asiã ab Europa diuidat: Xerses ponte coniunxit: angustiæ in latitudinem: ut Hero. Author est: stadiorũ septẽ: in longitudinẽ uero, cccc. protendunt. Leander Abydenus cum Sestiæ Herus amore teneret noctu maris angustias: ut Philostratus scribit, natare ad illã cõsueuerat: diebus septẽ tẽpestate interclusis epistolam mittit: primũ soliti natatus dilationẽ diluit: deide quæritur q natandi facultas ob tẽpestatẽ sit ablata: demũ & ad constantiam hortatur: quod q̃ primum fieri poterit: enatabit exposita prioris tpis consuetudine.


Argumẽtũ epistolæ



Mittit Abydenus quã uellet ferre salutẽ: beneuolentiam a uolũtate sibi conciliat. Abydenus: ex Abydo Leãder. Si cadat unda maris dilationis cãm ipsum pricipiũ indicat: si non essent pcellę: ferrẽ, nõ mitterem salutẽ. Sesta puella: Hero Sestia significat: ad quã natabat Leander. Si mihi dii faciles: auget pathos in principio hęc dubitatio: q̃ a deorũ authoritate dilationis cãm tutetur. Dii non modo ad Venerẽ Cupidinẽq referri puto, ut alii existimarunt: uerum etiã ad Neptuni, & maris numina: quos procellas fecisse querit. Inuitis oculis quoniã me: non epistolã uidere uoluisses. Mea uota: natandi desideriũ. Pice nigrius: turbulentiã aeris intelligit, quæ nubiũ obiectu cõtigit. Adeunda: nauiganda p naues tanto minus natari pōt. Vnus: a numero rẽ difficilẽ facit, nemo, q uelit nauigare, est inuentus, præter unũ: & is audacia notãdus est.

ANTO

LEANDER HERONI



Mittit Abydenus, quã mallet ferre, salutem,
Si cadat ira maris, Sesta puella tibi.
Si mihi di faciles, & sunt in amore secundi,
Inuitis oculis hæc mea uerba leges.
Sed non sunt faciles, nam cur mea uota morãtur?
Currere me nota non patiuntur aqua.
Ipsa uides cœlum pice nigrius, & freta uentis
Turbida, perq cauas uix adeunda rates.
Vnus, & hic audax, a quo tibi littera nostra
Redditur, a portu nauita fecit iter.
Ascensurus eram, nisi quod dum uincula proræ

Mittit Abydenus: Hellespõtus angustus est admodũ. Incipit autẽ hoc mare a finibus Troadis: & usq ad Propontidẽ Thraciæ, sic dr̃ ab Helle filia Athamantis, quã fabulæ tradũt in eo mari demersam. is Hellespontus teſ e Pli. septẽ stadiis Europã ab Asia diuidit: & illic inter se contrarias urbes habet: in Europa Callipolin, & Seston: i Asia Lampsacon & Abydon unũ fuit Leander: qui Hero puellã ex Sesto oriundã: tanto amore dilexit: ut ad eam noctu per Hellespontũ nataret: & ea potitus: rursus renataret Abydon: uerũ cum maxima tẽpestas in mari orta esset: quæ iam pteritis septẽ diebus adhuc nõ cessabat: qua ipeditus Leander: non potuerat ad amicã suam: ut solebat natare. Ne Hero eum sui oblitũ existimaret: aut eam reliquisse: cum inuenisset quẽdam nautam audacem in eo tẽpore tempestatis nauigantẽ Sestõ, scripsit ad Hero amicã suam hanc epistolam: qua uehementẽ amorem suum firmum, & stabilẽ cõfitetur: & excusat, qđ tam septem diebus nõ potuerit ad eam natare propter maris cõmotionẽ. Excusat etiã quare ipse nõ iuerit cum nauta: qui illuc nauigabat: potius q̃ literas daret. Postremo pollicetur se breui iturum: & si mare non fuerit tranquillum: se tñ potius commissurum periculis, q̃ diutius cariturum conspectu, & colloquio ipsius Heroos. Interea dicit, ut habeat secum loco sui hanc epistolam. Abydenus ex Abydo legendum est autem Abydenus non Abydeus. Ferre: portare: ut ipse ueniret. Sesta: ex Sesto deriuatiuum formauit non superans primitiuum syllaba: quod raro fit. nam Sestia debuit dicere. declinatur autem Hero Heroos, uel Hero Heronis secundum latinam declinationem, sicut Dido Didoos & Didonis: & similia nomina græca: ut Priscianus uoluit: licet Phocas grammaticus uelit tantummodo grece declinari: sed usus contra est. Faciles: benigni exorabiles. Secundi: fauentes. Inuitis oculis: non libenter quia si me amas, ut opto: malles me uidere, quam legere hanc meam epistolam. Sed non sunt faciles: non exaudiũt mea uota. Morantur: impediunt. Currere: natare. Nota: assueta. Ipsa: tu: ne mihi hoc credas. Nigrius: obscurius. Cœlum: aera. Vir. Eripiunt subito nubes cœlumq, diemq Teucrorum ex oculis. Pice: pix liquor, quæ manat ex picea arbore nigerrimus. Turbida: commota. Vix adeunda per rates: idest per quæ naues uix queant ire: ne dum homines adibunt. Vnus: solus. Et hic: scilicet audax, qui non timet periculum nauigationis. Soluit iter: mouit nauem ingressus est nauigationem. Ascensurus: respondet obiectioni, quare non ascẽderit cum illo nauta propter multitudinem spectantium: cum nauis a littore discedebat. Vincula: funes: retinacula. Proræ: idest nauis: synecdoche: pars pro toto.

HVBER. Epistolę totius argumentum

Deriuatiuũ a Sesto formatum

Hero quõo flectatur

Pix qd sit

Mittit Abydenus. Epistola hæc Leandri ab Ouidio excogitata sub nomine Leandri non multum habet ambiguitatis in contextu, sed salis, & leporis plurimum, ideoq paucis percurram. puella Sesta, pro Sestia, uidelicet Hero, quod nomen declinatur. hæc Hero, huius Herus, hanc Hero, o Hero, cæteris non utimur. Ordo autem est, o Sesta puella, Abydenus. s. Leander, & loquitur de se in tertia persona tanquam de alio. Faciles sunt exorabiles, subito facientes quod petitus, Nauita: idest nauta. Mouit, non mouet legendum.

ASCEN.

ANTO. ❡IN speculis oīs Aby.erat:soluit ab honesto se non mari ea nauicula credidisse.❡Omnis Aby.Abydeni oēs.❡Felix in l.ttera:set mocinatio hæc quæ cū inanimatis rebus hr̄,ad mouendū est aptissima:ut scribit Fabius.❡Tangere labellis:basiaberis.❡Vincula:lr̄arum sigilla.❡Dextra locuta:cū scribit dextra loquendi pbet officium.❡Cum charta:siue ea fuerit uitelliana: quæ amatoriis epistolis dicata erat:ut scribit Plin.siue augusta:quę in epistolis plurimū authoritatis habebat.❡Sedula:natatu assiduo laboriosa.❡Dare uerbera.natādo cōcutere.❡Mei sensus:meę cogitationis:quā exprimit.❡Septima nox agitur:a numero,& tpe:pathos auget.❡Si uidi somnū:si dormiui.❡Rupe sedes aliqua mouet miserationē ab expositione:ponit ante oculos rem:ut gesta est, quę cum causis oībus probetur:epistolis tn̄ maxime cōueniunt:quæ in narratione positæ sunt.❡Lumina uigilātia:incensam facē intelligit: quam in summa turri Hero erigebat:ut ad illā Leander natationē dirigeret:eā opinor turrim intelligere:q̄ Sesto erat opposita ad octo stadia separata.❡Inceptis iuueni.q̄ maturioris ætatis nō tentassent,Sunt iuuenes qm̄ minoris prudētiæ audaciores.❡Tumidum æquor:maris inūdatio.❡Aduersis aquis:obiectis pcellis.❡At tu de rapi.expostulationis enarratio:miseratiōe nō caret.❡De rapidis uentis:poetica dictio.Nam uentorū inmansuetissimum orator dixisset Boreā,q uiolētia cæteros uētos superat.❡Certa plia:q mihi bellū indixisti.❡Certa mente:aīo obstinato & diurno.❡Sęuis:uteri imanitate.❡In me,qui amo,nefas est Veneris milites uiolare.❡Quid faceres:Boreæ amorem:exprobrat,ut memoria ppessæ flāmę ad māsuetudinē inuitet.❡Quid face.qua uteteris uiolētia. solemus.n.iis māsuetiores esse,q ea offendunt culpa:quā nos aliqn̄ admisimus.❡Tam gelidus,Boreas,qm̄ ex Septētrione spirat,ē frigidissimus ut scri.Pli.❡Ignibus actæis,Acticæ Orithyiæ amore,Orithyiā a Borea raptam fuisse diximus.❡Gaudia raptu.cū Orithyiā rapere destinasti.❡Aerios aditus,quo minus ad arcē atheniēsem euolares, unde Orithyiā rapuisti.❡Quo mō,q̄ patientia fuisses.❡Parce pcor, sis tuo exēplo mansuetior.❡Auram,tuū spiritū.❡Hippodates Aeolus Hippotę filius ex Menalippe,nō fuit uētorx rex,sed Aeolus Arnes supioris Aeoli filię ex Neptuno,qui Aeolias insulas tenuit,& uentis imperasse scri.Home.Vana, quoniam meis prçcibus Boreas nō mouetur,sed immanior est.❡Coercet,mitigat, impellit,inquit,maria ad mea preces,non mitigat.

Vitelliana charta quę fuerit & augusta

Boreas omniū uēto rū uiolentissimus

Orithyiæ fabula

Aeoli quot fuere & qs uentorum deus fictus fuerit

Solueret,in speculis omnis Abydos erat.
Non poteram cælare meos, uelut ante, parentes,
Quemq; tegi uolumus,non latuisset amor.
Protinus hæc scribens, felix illittera dixi,
Iam tibi formosam porriget illa manum.
Forsitan admotis etiam tangere labellis.
Rumpere dum niueo uincula dente uolet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure uerbis,
Cætera cum charta dextra locuta mea est.
Ah quanto mallem, q̄ scriberet,illa nataret,
Meq; per assuetas sedula ferret aquas.
Aptior illa quidem placido dare uerbera ponto
Est tamen & sensus apta ministra mei.
Septima nox agitur,spatium mihi longius anno,
Sollicitum raucis ut mare feruet aquis.
His ego si uidi mulcentem pectora somnum
Noctibus,insani sit mora longa freti.
Rupe sedens aliqua specto tua litrora tristis:
Et quo non possum corpore,mante feror:
Lumina quin etiam summa uigilantia turre,
Aut uidet,aut acies nostra uidere putat,
Ter mihi deposita est in sicca uestis arena.
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obstitit inceptis tumidum iuuenilibus æquor,
Mersit & aduersis ora natantis aquis.
At tu de rapidis immansuetissime uentis
Quid mecum certa prælia mente geris?
In me(si nescis)Borea,non in æquora,sæuis,
Quid faceres,esset ni tibi notus amor:
Tam gelidus cū sis,non te tn̄ improbe quodam
Ignibus actæis incaluisse neges.
Gaudia rapturo si quis tibi cladere uellet
Aerios aditus,quo paterere modo:
Parce,pcor,facilemq; moue moderātius auram,
Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.
Vana peto,precibusq; meis obmurmurat ipse.
Quasq; quatit,nulla parte coercet aquas.

HVBER. ❡OMNIS Abydos.i.oēs Abydeni.❡Erat in speculis.i.in loco,un̄ spectabat discessum nauis.Specula nō significat pprie fenestrā, sed quēlibet locū eminētē,un̄ possumus speculari.Vir.in huc,specula de montis in altū deferat.❡Cælare,amorē meum.❡Velut ante,cælauerā.❡Quē uolumus tegi,quē uolumus eē secretū,& occultū.❡Protinus,blandit nunc amicæ suæ,dicēs se inuidisse eplæ suæ,qd ipse nō ueniret,quo illa deferebat.❡Admotis,appropinquatis.❡Vincula,fila,gbus literæ solent ligari.❡Locuta cū charta.i.cætera scripsi.❡Ah quāto mallē nataret, at te ueniēs.❡Quā scriberet,quā mitteret hanc eplam.❡Sedula,intēta.❡Aptior dare uerbera ponto.i.magis apta est natādo percutere undas tranquilli maris,quā scribere.❡Apta ministra mei sensus.i.& tn̄ optime exprimit,& lris notat, qd in aīo habeo.❡Sensus,uoluntatis animi.❡Longius āno,ex effectu amātis tui,expectanti tps uidet longissimū.❡Feruet,mouet,ęstuat.❡Raucis,murmurātibus.❡His ego,iurat Leander se nō dormiuisse his septē noctibus.❡Vidi somnū.i.dormiui.Terētiana est elocutio.❡Mora freti insani sit longa.i.pcor diu duret tēpestas maris,qd minime uellē.❡Rupe,alto saxo.❡Littora tua,Sesti,ubi tu es.❡Mente feror,uenio cogitatione,quo corpore uenire nō possum.❡Lumina quin ēt,solebat.n.Hero ponere lumē in quadā turri sua,ad qd lumen Leander natabat,qd dicit se uidere,aut ex affectu putare uidere.❡Acies nr̄a,nr̄i oculi.❡Vigilātia,stantia in nocte,qsi pro uigilia.❡Ter mihi, dicit se uoluisse sæpe aggredi natare,sed territū magnitudine tēpestatis.❡Graue iter,nauigationē piculosam.❡Tumidū, cōmotū.❡Ad tu,cōuertit sermonē ad Boreā,de quo cōqueritur,qd ita eū impediat.❡Certa mēte.i.aīo deliberato.❡In me, amātē.❡Incaluisse.exarsisse,icēsum esse,qd est cōtra frigiditatē.❡Actæis,Atheniēsibus pp raptā Orithyiā,diximus in pcedenti epla hāc fabulā.❡Aditus Aereos.i.iter p aera.❡Quo paterer.q.d.ægerrime.❡Facilē,leuē,non impetuosam.❡Hippotades Aeolus nepos,Hippotæ Troiani ex Egesta eius filia in Siciliā delata,q̄ ēt mr̄ fuit Acestis regis Siciliæ,ut alibi diximus.❡Sic,adiurātis est.❡Nihil tri.nihil qd tibi sit graue,& molestū.❡Vana pcor,dicit se frustra hæc optare.qa nihilominus pseuerat ipse uentus.❡Obmur.cōtra murmurat,& eripiat.❡Coercet mulcet,placat.❡Quatit,commouet.

Specula quid sit

Videre somniū quid

Aeolus

ASCEN. ❡OMNIS Abydos.i.tota ciuitas Abydena,erat in speculis.i.altis fenestris.Vnde speculabat tēpestatē.❡Protinus hæc scribens felix i lra dixi.i.impatiuū est ab en.Etiā tangere penul.lon.est.n.futuri tpis indicatiui modi uerbi passiui,tangar tangeris,uel tangere &c.Ah quanto mallē.ut sup.illa nataret,q̄ scriberet.q.d.plurimo. Septima nox,qa tunc,& amata desiderat & notare solebat.Spatium appositio est,πάθος habens.Ex quo nō possum ferri sup.corpore,insani sit mora lōga freti, dura amanti imprecatio.. Vnde per quæ timemus, iurare solemus,ut Palinurus in.vi. Maria aspera iuro, & de stige dicitur. Dii cuius iurare timent,& fallere numē.Certa.i.deliberata mēte,qsi debita opa.nec in æquora sæuis.i.& nō in æquora.malus autem esset uersus si legatur non in æquora sæuis.Ni tibi notus amor,quia Orithyiam,captus amore rapuit.

❡Dædalus

ANTO.

¶ DAEDALVS:q fabricatis sibi:& Icaro filio alis Minois irã fugit. ¶ Littus Icariũ:nõ dubitarẽ uolare:licet Icarus suo casu ꝓximo mari nomẽ dederit. Varro tñ ab Icaro isula Icariũ pelagus appellatũ scribit:ubi Icat sepulchrũ uisebat. ¶ Quic qd erit patiar:piculũ q̃uis magnũ imineat:subibo. ¶ Corpus in auras tollere:dũmõ possem uolare. ¶ Sæpe pepẽdit:libratũ est in ũdis:dũ natauimus. ¶ Cũcta:& uolatũ,& natationẽ. ¶ Tẽpora pria:cũ pmũ ad te nataui. ¶ Meminisse:pteritę felicitatis memoria iucũditate nõ caret. ¶ Egrediebar,ut ad te natarẽ. ¶ Lenta:natatu flexibilia. ¶ Tremulũ:qd' aq̃ motu stare nõ uĩ. ¶ Latmia saxa:Endymionis Latmii amorẽ nõ obliuiscare:quẽ ut scri. Ci. dormiẽtẽ i Latmio Ionię mõte luna osculabat: iusserat.n.illũ ppetuo dormire. ¶ Endymiõ:amor Endymiõis.

Icarium pelagus

Endymionis fabula

Nunc daret audaces utinam mihi Dædalus alas,
  Icarium quamuis hic prope littus adest.
Quicquid erit,patiar,liceat mõ corpus in auras
  Tollere,quod dubia sæpe pependit aqua.
Interea dum cuncta negant uentiq;,fretumq;,
  Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiens(nãq; est meminisse uoluptas)
  Cum foribus patriis egrediebar amans.
Nec mora,deposito pariter cum ueste timore,
  Iactabam liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
  Vt comes in nostras officiosa uias.
Hanc ego suspiciens,faueas o candida dixi,
  Et subeant animo Latmia saxa tuo.
Non finit Endymion te pectoris esse seueri,
  Flecte(precor)uultus ad mea furta tuos.
Tu dea mortalem cœlo delapsa petebas,
  (Vera loqui liceat)quam sequor,ipsa dea est.
Neu referam mores cœlesti pectore dignos,
  Forma nisi in ueras non canit illa deas.
A Veneris facie non est prior,ulla,tuaq;,
  Neue meis credas uocibus,ipsa uide.
Quantum,cum radiis fulges argentea puris,
  Concedunt flammis sydera cuncta tuis.
Tanto formosis formosior omnibus illa est,
  Si dubitas,cæcum Cynthia lumen habes.
Hæc ego,uel certe non his diuersa locutus,
  Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Vnda repercussæ radiabat imagine lunæ,
  Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq; uox unq̃ nostras ueniebat ad aures,
  Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Alciones solæ memores Cæycis amati,
  Nescio quid uisæ sunt mihi dulce queri.
Iamq; fatigatis humero sub utroq; lacertis,

¶ Pectoris seue.imãsueti:& in amãtes difficilis.seueros dicim⁹:q eodẽ æqtatis tenore ductu misericordia nõ mouenť. ¶ Tuos uultus:lumina e ti ministres. ¶ Moralẽ a maiori arguit similitudine:tu,inqt,hoiem:ego uero deã. ¶ Vera loq li.ægre nõ feras uera fateri. ¶ Forma:laudat Hero a corporis bonis. ¶ A Vene.fa. excludit duas has:ne uideať numina offendere,quorũ auxilio nitebať:post Venerẽ,& Lunã nulla ẽ Hero pulchrior. ¶ Argẽtea:lunæ colorẽ blandũ esse Pli.scri.poetæ a sili argenteã dixerunt. ¶ Puris:omni exclusa humiditate,q̃ nebulas facit. ¶ Cõcedũt:inferiora sunt. ¶ Habes lu.cæ.nihil uides. ¶ Hæc ego:dixi nõ his diuersa:sed fere eadẽ. ¶ Cedẽtes:iter pbentes:& ad natandũ faciles. ¶ Imagine:splẽdore:& aspectu. ¶ Alcyones so.cũ Alcyones aues i mari sentiunť:tranqllitatẽ ꝓmittunt:maxie cũ nidificant Diagoras Samius sex dies Alcyones dixit. Ari.uero & Simonides.xi. Philocore.ix. Cęycis amati:canunt me natante:qm̃ subit earũ mẽtẽ Cęycẽ amasse:nã ut Nicaster scri. Cęyx Luciferi fili⁹,cũ ad oraculũ Apollinis uxore inuita nauigasset,i mare decidit: Alcyõe:ut Theo.author ẽ Scyrõis attici latronis filia de uiro solicita i somniis a Ioue ẽ monita,ut littus peteret.illic cũ mariti cadauer repisset se scopulo in mare p̃ dolore deiecit. Dii miseratiõe moti utrãq; i aues Alcyones cõuerterũt. Egisandrus addit antea:Medonẽ:Alcipẽ,Palenẽ, Drimo:Asteriẽ: Alcyonis gigãtis filias cũ patris interitũ intellexissent, in has aues fuisse cõuersas.

Luna cui⁹ coloris sit

Alcyonum natura

Alcyones & Cęycis fabula

HVBER.

¶ NVNC daret:optat ut sibi eẽt ptãs uolãdi:sicut Dędalo:q cũ a Minoe in turri munitissima eẽt inclusus,alas sibi,& filio fabricauit:qrũ auxilio euolauerũt: sed Icarus filius in mare delapsus ei nomẽ dedit. ¶ Icariũ q̃uis hic ꝓpe littus adest q.d.qd' põt me admonere piculosum eẽ credere se aeri:& uolare. ¶ Tollere:eleuare. ¶ Pepẽdit:supra stetit. ¶ Negant:cũcta:ꝓhibẽt oia. ¶ Agito mẽte:cogito,& reuoluo aio. ¶ Mei furti:mei ꝯcubit⁹. ¶ Nox erat:describit tp̃s,quo primũ natauit ad Hero:& ea potitus est. ¶ Nox incipiẽs:pma ps noctis. ¶ Nãq; est meminisse uolu.parẽthesis est. ¶ Amans:ego captus amore tui. ¶ Patriis:pr̃nis. ¶ Cũ ue.qa erã nudus. ¶ Iactabã mouebã:Lenta mollia. ¶ Tremulũ pp motũ aq̃. ¶ Vt:sicut,tanq̃ ¶ Officiosa:pstans officiũ. ¶ Hanc:lunã. ¶ Faueas:adiuues me. ¶ Subeant:ueniãt in mentẽ. ¶ Latmia saxa.i.mons latmius,q est Cariæ Endymionis a luna:ut ferunt adamati fabula nota ẽ:dr̃ aũt Latmion,nõ aũt latymiõ:ut Tortel.putauit.uñ deriuatiuũ Latmius.Oui.alibi Latmius Endymion nõ est tibi luna pudori.sensus ẽ ergo: recordare o luna Latmii montis,ubi cũ Endymione cõcubuisse diceris. ¶ Seueri: tristis,ali.n.a uoluptatibus. ¶ Tu dea:añponit amorẽ suũ amori lunæ ¶ Mortalẽ:Endymionẽ. ¶ Quã sequor.i.quã ego peto. ¶ Est dea.nõ aũt mortalis. ¶ Neu re.hic est sensus:ut taceã mores:quos hæc mea puella habet diuinos:talis pulchritudo nõ posset ei cõtingere:nisi esset dea. ¶ A facie ue.i. post pulchritudinem Veneris,& tuã. ¶ Non est prior:non est quæ ãtecedat eã. ¶ Ipsa:tu. ¶ Quanto:cõparatio, & est sensus:o luna quanto es splendentior omnibus aliis stellis:cũ tu nitidissima fulges in cœlo,tãto:illa sua pulchritudine superat omnes alias puellas. ¶ Concedunt flam.tu.i.uincuntur tuo splendore. ¶ Cynthia:o luna:nã & Diana eadem est,quæ Cynthia dicitur,a Cyntho monte Deli. ¶ Habes lumẽ cæ.non bene uides. ¶ Vel certe.i.saltẽ. ¶ Non di.non contraria. ¶ Cedentes mi.dantes locum corpori meo. ¶ Ferebar:ibam. ¶ Radiabat:splendebat. ¶ Repercussæ reuerberatę.nam aqua uidetur retroflectere radios lunæ. ¶ Et nitor diu ur.i.lux quæ solet esse diei,erat in nocte.i.nox erat clara,sicut dies. ¶ Nulla uox:alicuius uel hominis,uel aialis. ¶ Aquæ dimotæ:d.uisæ. ¶ Corpore:meo. ¶ Alcyones solæ.i.solũmodo audiebã, Alcyones uolucres:q uidebant dulci uoce q̃relã effundere. ¶ Memores Cæycis amati:tãgit fabulã,quã Oui.lib.xi.Me. Cæyx.n.luciferi filius ꝓdigiis,q̃ ei apparuerant,pturbatus ad oraculũ Apollinis in Claron nauigare decreuit:nã Delphos ire non poterat:qm̃ Phoibas cũ Phlegus ppl'is Delphos infestabat. Cũ aũt Alcyone eius cõiux Aeoli filia hãc nauigationẽ ei dissuadere conareť: uerita piculũ eius,ille affirmauit itra alterũ mẽsem se reuersurũ,uerũ tẽpestate maxia oborta submersus est. Illa assiduo uiri desiderio solicita,cũ ad tp̃s ꝓmissum reuerti nõ uideret:deos cõtinuis p̃cibus fatigãs:tãdẽ misericordia Iunonis, cui p̃cipue simplicauerat,factũ est,ut i somnis admoneret de obitu mariti.imisso somno sub specie Cęycis submersũ. Illa igiť excitata somno cadauer mariti in littoř iuenit:q̃re nimio dolore pculsa in uolucrẽ Alcyonẽ,& Cæyx i aliã uolucrẽ cõmiseratiõe deorũ conuersi sunt,hæ uolucres p septẽ dies fortificãtes tranqllũ hñt mare,coeũt.n.& pstinã coniugalẽ cõcordiã seruant, has igiť solas uolucres pturbato mari querelã effundentes audisse dicit. Aduertendum est autẽ pro noie mulieris declinari Alcyone Alcyones,pro uolucre uero Alcyon uel Alcyonis ut hic locus ostẽdit,dicit.n. Alcyones non autẽ Alcyonæ. ¶ Iamq; fatigatis solent natantes defatigatis brachiis sustentare corpus aliquantulum super undis,quod se fecisse dicit.

Dædali fabula

Latmion quomodo scribatur

Luna qbus noibus appellata est

Cæyx

Alcyonum uaria declinatio

ASCEN. ¶ NVNC daret &c. cum natandi nulla sit spes optat uolatum. Nox erat, aperit argumentũ poeta. Si dubitas, cęcum Cynthia lumen haqes. Eadem enim est, quæ Luna, & Diana, & Proserpina dicit, & Cynthia a monte Deli, in quo nata dicitur. Hæc eo uel certe non bis diuersa, hæc castigatio fidem facit. Alcyones sole, qa Alcyones tempore summæ tranquillitatis, & quietis nidificant. Plautus uolens significare tranquillitatem, & silentium, dixit Alcyones esse in foro.

Fortiter in sommas erigor altus aquas
Vt procul aspexi lumen, meus ignis in illo est,
Illa meum, dixi, littora lumen habent
Et subito lassis uires rediere lacertis,
Visaq, quam fuerat, mollior unda mihi.
Frigora ne possim gelidi sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore, prestat amor.
Quo magis accedo, propioraq littora fiunt,
Quo minus restat, plus libet ire mihi.
Cum uero possum cerni quoq, protinus addis.
Spectatrix animos ut ualeamq facis,
Tunc etiam nando domine placuisse laboro,
Atq oculis iacto brachia nostra tuis.
Te tua uix prohibet nutrix descendere in altum,
Hoc etenim uidi, nec mihi herba dabas.
Nec tamen effecit quamuis retinebat euntem,
Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis amplexus, feliciaq oscula iungis,
Oscula diis magnis trans mare digna peti.
Deq tuis demptos humeris mihi tradis amictus,
Et madidam siccas æquoris imbre comam
Cætera nox & nos, & turis conscia nouit,
Quodq mihi monstrat per uada lumen iter.
Nos magis illius numerari gaudia noctis,
Hellespontiaci quam maris alga potest.
Quo breuius spatium nobis ad furta dabatur,
Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.
Iamq fugatura Tithoni coniuge noctem,
Præuius auroræ lucifer ortus erat.
Oscula cõgerimus properata sine ordine raptim,
Et querimur paruas noctibus esse moras.
Atq ita cunctatus monitu nutricis amaro,
Frigida deserta littora turre peto.
Digreditur flẽtes, repetoq ego uirginis æquor,
Respiciens dominam, dum licet, usq meam,
Siqua fides uero est, ueniens huc, esse natator,
Cum redeo uideor, naufragus esse mihi.

ANTO. ¶ FORTITER: omni conatu. ¶ Lumẽ: qđ in turri eminebat. ¶ Meũ lu. Hero signat. ¶ Et subi. cũ loca, ubi cõsistis in spexi: auget uires memoria futuræ felicitatis, aut piculi. ¶ Mollior: ad natandũ facilior. ¶ Frigora: q̃ natantibus maxime ob sunt. ¶ Minus restat: ad natãdũ supest. ¶ Plus libet: tãto magis ꝓpo. ¶ Iacto brachia: maiori robore nato. ¶ Vidi: qđ uix retineret. ¶ Dabas uer. me nõ captabas. ¶ Prima aq̃: in ora pmi littoris: q̃ agitatione undarũ perluit. ¶ Diis mag. quos in logistorico Var. putat eẽ cœlũ, & terrã, alii Iouẽ, Mercuriũ, & Mineruã deos magnos credunt: Aegyptii Isidẽ, & Orisidẽ magnos deos cõtẽdũt. ¶ Cætera ꝓcaces lusus: & amãtiũ gaudia: q̃ gesse tũt cõticet. ¶ Lumen: qđ in turri eminẽs uidebat. Quã maris unda: inũdatio maris Hellesponti: nullã hẽt quietem: qm̃ maris angustiæ fluunt, & refluũt. ¶ Illud tp̃s: qđ nobis supest. ¶ Iners: sine amoris: officio. ¶ Iamq fuga a tp̃e pathos: cũ aurora diem nũciaret. ¶ Lucifer. is Auroræ filius est dei nuncius. ¶ Amaro: ingrato: utrũq. n. offendebat: gaudebamus noctis lõgitudie. ¶ Aequor uirginis. Hellespontũ, qđ a uirginis casu nũcupatũ est. ¶ Siqua fides: postulat fidẽ perinde ac rem maximã loqui aggrederetur. ¶ Esse natator: habere natãdi facultatẽ. ¶ Naufragus: facile submergi posse: ut is, qui nullam habeat natandi peritiam.

Dii magni apđ romanos & Aegyptios q fuere

Lucifer q fuerit

HVBER. ¶ ERIGOR: eleuor. ¶ Vt postq̃. ¶ Lumẽ: qđ turri tua apponis. ¶ Meus ignis: meus amor. ¶ In illo lumine. ¶ Subito: dictis his uerbis. ¶ Mollior: facilior ad natãdũ. ¶ Amor, q calet i pectore cupido. i. q facit calorẽ in pectore meo amoris pleno. ¶ Præstat: efficit. ¶ Ne possim: sentire frigora. ¶ Profundi idest maris. ¶ Quo magis: q̃to magis. ¶ Accedo: appropinquo. ¶ Minus restat. s. uię ad ꝑueniendũ ad littus. ¶ Plus libet: plus aĩ est mihi, & uolũtatis. ¶ Cerni: uideri a te. ¶ Spectatrix: tu quę spectas me. ¶ Addis aio: facit me aiosiorẽ. ¶ Vt ualeã: ut possim: & sim fortis. ¶ Laboro: curo. ¶ Dñæ: tibi. ¶ Iacto: cũ aĩ, & ostẽtatiõe moueo, & ostẽdo. ¶ Descẽdere in altũ: ut uenias mihi obuiã. ¶ Hoc ui. qđ uoluisti procurrere in ęquor. ¶ Nec tñ efficit: nutrix tua. ¶ Vdus humefactus. ¶ Pria aq̃. i. aq̃ magis uicina littori. ¶ Excipis. s. cũ sum i littore. ¶ Oscula digna peti diis magnis trãsmare. i. oscula, q̃ ẽt dii cælestes. ut assequerent possent tranare mare sicut ego. ¶ Amictus: uestes. ¶ Dẽptos de tu. qb[9] te spoliasti: ut me tegas. ¶ Imbre. i. aqua: nõ. n. solũ signat pluuiã: sed ẽt simplr aquã. Vir. i. Aen. laxis laterũ cõpagibus oẽs. Accipiũt inimicũ imbrẽ. ¶ Nox: nã supra dixit, nox erat icipiẽs. ¶ Cętera: subticuit rẽ pudendã: sic Oui. in. i. amoꝝ. Cętera qs nescit. fessi requieuimus ambo. ¶ Turris: i q̃ ambo cõuenimus. ¶ Lumẽ. s. nouit cętera. ¶ Nõ ma. dicit gaudia illius noctis ita eẽ innumerabilia: sicut ẽ inumerabilis alga maris Hellespontiaci, qđ tranabat ipse Leander: ẽ aũt alga minuta q̃dã herba, q̃ nascit in mari: uñ alibi. Nunc leuis eiectã detinet alga ratẽ. ¶ Ad fur. ad cõcubitus nr̃os occultos. ¶ Illud spa. fo. iners. i. eẽt sine effectu uoluptatis: quia dabã operã, ne illud totũ colligerẽ: & in uoluptatẽ cõsumerẽ. ¶ Cõiuge Titoni. i. Aurora uxore Titõi. ¶ Fugatura: expulsura. ¶ Noctẽ: nã adueniẽte aurora nox abit. ¶ Pręuius au. i. ꝓcedens aurorã. Vir. Nascere: ꝑq diẽ ueniẽs age lucifer almũ. ¶ Cõgerimus cõiũgim[9] cõmiscem[9]. ¶ Rapti: certati. ¶ Paruas mo. eẽ noc. i. noctes eẽ breues. ¶ Cũctatus: moratus ita osculãdo nos. ¶ Monitu: mãdato, & ꝓcepto. ¶ Amaro: acerbo: qa inuitus audio me moneri, ut inde discedã. ¶ Deserta tur. relicto loco, ubi uoluptatẽ accepimus. ¶ Digredimur: discedim[9]. ¶ Aequor uir. mare dictũ ab Helle puella, q̃ in mare delapsa ei nomẽ dedit: ut dixi supra plene in argumẽto epistolæ Hipsiphyles ad Iasonẽ. ¶ Vsq dũ li. i. assidue dũ possum. ¶ Siqua fides uero est. i. si ueritati, quã dico creditur. ¶ Huc: apte. ¶ Videor mihi esse natator. i. uideor optime scire natare: pp affectum amoris, qui me adiuuat. Ouidius de Tisbe. Audacem faciebat amor. ¶ Cum redeo: idest cũ discedo a te. ¶ Videor esse naufragus, uideor submergi fluctibus, & periclitari.

Imber qd significat

Alga qd sit

Hellespontum unde nomen accepit

ASCEN. ¶ QVO magis. i. q̃to magis accedo. Cætera nox, & nos: modeste rẽ turpẽ tangit, qa cælari uult sua furta Venus. Non magis illius. Ne excusaturus abesse putet, ut q nullã capturus sit deinceps uoluptatẽ ex amica, dicit uoluptates, quas ex illius cõplexu obtinuit, innumeras fuisse, & q non magis possint numerari, q̃ unda maris Hellespontiaci, qđ assidue fluit, refluit, aut quod cum hæc scriberet inumeris procellis, atq undis agitabat. sunt tñ, qui legunt alga, non unda Est aũt herba uilis, quæ ad littus propellitur. uñ in buco. Virg. Proiecta uilior alga. utroq mõ, & uersus, & sensus bonus est, cõcede rem tñ superiori. Ne foret illud iners. i. sine Veneris arte tranlactũ, hoc est ne nos simus quasi inertes in illo. Hoc. i. tanto magis cautum. i. prouisum Et querimur, idest conquerimur. Atq ita contactus. i. perculsus monitu nutricis amaro. i. amantibus, qa coegit separari aduentante die. Alii legunt cunctatus, idest immoratus hæsitans, quid agerem, sed legerem potius cunctatur. Natator, qui ob peritiam artis sponte se in aquas immittit. Naufragus, qui fracta naui, siue nandi peritus, siue imperitus cogitur, dum potest natare, ut se saluet, non, ut uoluptatem capiat.

¶ Ad te:

¶A D te:cum ad te nato. Prona:præceps,& natatu facilis. Cliuus:collis quidam ad superandum difficillimus. Vrbe mea:tantæ uis amor est: ut etiam naturam uertat:odisse enim impellit,quod amare illa duce consueuimus. Hei mihi su spiratio hęc sumit loci diuersitate:qua ab amāte discludit. Vndis:parua freti distātia. Vna tellus:siue sestia, siue Abydena. Cōfundor:reddit post narrationē ad querelas:quā auget e suscitatione. Causæ leuis:nullius materiei:admiratur: quod cum leuissimus sit uentus,rem tantam posset impedire. Iam nostros curui norunt delphines: brutis eius amoris notionem tribui:quę exornatio a Cice. conformatio dicitur:plurimum ualet in re explicanda:& ad mouendam miseratio nem. Curui delphines:epitheton proprium delphinorum ,q alio uocabulo simones appellantur:ad quod nomen uocati accurrere dicuntur. Limes attritus:orbita facta est natandi con suetudine in mediis aquis. Multa rota:auget similitudine hy perbolem:limes in mari cernitur:ut orbita in uiis mediis rotæ cursu conteritur. Quod mihi non esset:miserationem a mutatione fortunæ. Sic:per natatum. Iterare:iter ad te dari. Aequora Athamantidos:Athamantis filia fuit Helle: q̄ Helle sponto nomen dedit. Canent,i.i. procellis assiduis spuma operiuntur. Hoc mare.auget querelam alienæ fortunæ memoria. Tale:fuisset:procellis agitatū his similibus. Mersa uirgine:cum in mare summersa est Helle. Nomina:nā Hellespon tus est nuncupatus. Habet crimen:ex culpa sortitum est nomē. Phryxo:Phryxus post sororis casum in Colchos delatus est ad Aeetam. Freta tri.per hæc procellosa maria. Peco. au rei uelleris:arietis quo uectus est Phryxus. Findam corpore natationis periphrasis. Arte egeo nulla:non alienis opus est adminiculis:ea sunt nauigia nauę,uelarum,quibus undis uehimus. Idem nauigium:partes interpretatur.

ANTO. — Cōformatio quæ sit — Simones q sint — Orbita q:d sit — Helle q̄ hellespōto nomē dedit q̄ fuerit — Pryxi casus

Hoc quoq; si credis,ad te uia prona uidetur,
At te cum redeo,cliuus inertis aquæ,
Inuitus patriam repeto,quis credere posset?
Inuitus certe nunc moror urbe mea.
Hei mihi cur animis iuncti,secernimur undis?
Vnaq; mens,tellus non habet una duos?
Vel tua me Sestos,uel te mea sumat Abydos,
Tam tua terra mihi,q̄ tibi nostra placet.
Cur ego confundor,quoties cōfunditur æquor?
Cur mihi causa leuis uentus obesse potest?
Iam nostros curui norunt delphines amores,
Ignotum nec me piscibus esse reor.
Iam patet attritus solitarum limes aquarum,
Non aliter,multa q̄ uia pressa rota.
Quod mihi non esset,nisi sic iterare querebar,
At nunc per uentos,hoc quoq; deesse, queror.
Fluctibus i modicis Athamātidos æquora canēt,
Vixq; manet portu tuta carina suo.
Hoc mare,cum primum de uirgine noīa mersa,
Quæ tenet,est nactum,tale fuisse puto.
Est satis amissa locus hic infamis ab Helle:
Vtq; mihi parcat,nomine crimen habet.
Inuideo Phryxo,quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero uellere uexit ouis.
Nec tamen officium pecoris,nauisq; requiro,
Dummodo,quas findam corpore,dent aquæ.
Arte egeo nulla,detur modo copia nandi,
Idem nauigium,nauita,uector,ero.

¶P R O N A:facilis:& quasi pendēs:nam facilius descendimus q̄ ascendimus. Cliuus:ascensus monticulus. Inertis:immobilis:quæ non ita facile natur,sicut aqua mobilis. Quis credere posset? quasi dicat nullus:nisi,qui sciat,quāta sit uis amoris.naturaliter enim omnes libenter redeunt in patriam.Ouid.Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Detinet. Nunc : cum ad te natare non possum. Vincti animis:pares: & coniūcti amore. Cur secernimur:cur separamur. Vna tellus : eadem terra. Cur non habet duos?idest cur non sumus ambo in eadem terra? Sumat:pro sumeret. Cur confundor: cur perturbor: & moueor animo. Quoties æquor confunditur : quoties mare perturbatur:quod non fieret,si essemus in eadem terra. Vē tus causa leuis:idest uentus,qui est parua causa . Cur potest obesse:cur potest nocere impediendo natationem meam quod facere nō posset:si essemus simul. Curui:delphines pisces sunt repando dorso homini amicum animal:de quorum natura uideatur Plinius,& Solinus:his igitur dicit Leander se iam esse notum propter frequentem natationem suam. Piscibus.s. aliis:qui etiam non adeo sunt familiares hominibus. Iam patet:hyperbole est:hoc enim fieri nō potest:sed ut amator dicit se ita crebro sæpe natasse:ut appareat in aquis quasi limes quidam,quem suo corpore fecit:tanquam orbita rotæ : uel uia,per quam multę rotæ incedunt. Attritus:frequentatus. Solitarum:assuetarum meę natationi. Multa rota:pro multis rotis. Quod mihi non esset & cætera.sensus est ego ante querebar:quod non possem ad te iterare,idest uenire. Nisi sic,scilicet natando. Sed nunc queror hoc:scilicet iterare natando. Deesse mihi. Per uentos: idest causa uentorum,qui me prohibent. Aequora Athamantidos:idest pontus Helles,quæ,ut dixi,filia fuit Athamantis Canent:spumescunt. Immodicis:maximis. In portu:ubi,ut plurimum solet esset tranquillitas,quanto,ergo minus tuti erūt homines in medio ipsius. Hoc mare:dicit Hellespontum ita esse commotum:ut fuit quando mersit Hellen:& ab ea nomē accepit. Reor:puto. Fuisse tale:ut nunc est:idest ita turbatum. Cum:idest quando. Primum:primo. Est nactum: est adeptum:est assecutum. Nomen de uirgine mersa:de Helle submersa. Satis infamis:satis ad infamiam,& sæuitiam nominatus. Vtq;:idest & quamuis. Parcat mihi:me non submergat. Habet crimen:habet infamiam. Nomine:quia appellatur Hellespontus. Inuideo Phryxo:optat se posse transuehi ultra mare , sicut Phryxus translatus est ab ariete. Quem ouis aurea uellere lanigero:idest ouis:siue aries habens pellem auream. Vexit:ultra mare sine submersione. Nec tamen requiro officium pecoris,aut nauis:idest non tamen quæro habere uel arietem:ut habuit Phryxus : uel nauem aliquam. Dummodo possim:meo corpore natare. Nulla arte:transeundi,uel nau:,uel alio modo. Modo : tantummodo:uel dummodo. Copia:facultas. Idem.ego idem. Nauigium:nauis. Nauita:qui regam,& agam nauem. Vector:passiue accipitur:idest qui uehat.ut Lucanus.Causa est hæc sola timoris:uectorem non nosse tuum , idest cum quem uehis,sunt enim uerba Cæsaris ad Amyclam.

HVBER. — Naturalis amor — Delphinū natura — Phryxi fa.

¶Q V I S credere posset?quia natura cogimur amare patriam:unde est illud.Nos patriæ fines,& dulcia linquimus arua. Curui delphines,sic etiam implicantur natantes,ut pingi solent.dicuntur autem puerorum esse amatores,unde poterant amores nosse, quāquam ὑπερβολικῶς dictum accipimus.corripitur autem ultima,quia in accusatiuo delphinas facit. Hæc quoq; deesse,per collisionem deesse bissyllabum fecit,sicut iuuentus deest monosyllabum dicens. Non deest prolato ieiunus uenditor auro.Idem ero,nauigium,nauita,& uector,quia se traiiciet sine naui,a gubernatore.

ASCEN.

Nec sequat aut Helycen, aut q̃ Tyrus utit arctō,
Publica non curat sydera noster amor.
Andromeden alius spectet, claramq; coronam:
Quæq; micat gelido parrhasis ursa polo.
At mihi quod Perseus, & cū Ioue Liber amarunt,
Indicium dubiæ non placet esse uiæ.
Est aliud lumen multo mihi certius istis,
Non erit in tenebris quo duce noster amor.
Hoc ego dum spectē, Colchos, atq; ultima ponti,
Quaq; uiam fecit thessala puppis, eam.
Et iuuenem possim superare Palæmona nando,
Miraq; quem subito reddidit herba deum.

ANTO. Cynosura & helyces q̃ sit s̄m di uerse opinantes & ubi locorū obseruent. Andromede q̃ fuerit & q ipsam obseruent. Ariadnes corōa q̃ sit. Calisto q̃ et maior ursa quæ sit. Parrhasii populi qui. Andromedes fabula. Ariadnes fabula. Palęmonis siue portuni fabula. Glauci fa.

HELYCEN: ex s̄nīa Aglatosthenis locutus est: q scribit Cynosurā & Helycen Olenii Vulcani filii Ioue i ida sylua nutrisse: & ob hoc in cœlum ab illo relatas Aratus scri. Helycen Græci: Cynosuram Phœnices in nauigatione obseruāt, ut in Aratheo carmine mōstrat Germanicus, cū dicit. Dat graiis Helyce cursus maioribus astris. Phœnicas Cynosura regit: & nos qd de his ueteres senserint in interpretatione Germanici exposuimus. Tyrus: Phœnix nauta. Arctō: minorē ursam quā Cynosurā appellāt. Publicaq; alus nota, & cōia sunt. Andromeden: hāc Cephei filiā fuisse in tragœdia scribit Euripides in cœlū relatā ob Persei grām, quā secuta est. Alius: ad Aegyptios respicit: q nauigatione Andromedē obseruāt. Claráue coronā: Ariadne coronā in cœlū trāslatam diximus: quā Cretēses uelut sydus peculiare sequunt. Parrhasis ursa: maiorē ursam: q fuit Arcadica, intelligit: Calisto nominatā Lycaonis filiā: licet Ariethus Tegeates nō Calisto: sed Megisto uocatā scribat: Cephei filiā, & Lycaonis neptē: cui Iuppiter amoris p̄miū cœlum dedit: Parrhasii fuere Arcadiæ populi uetustissimi. Polo geli. septētrionē intelligit: in quo hęc fulgēt sydera circa axē. Quod Perseus Andromedē signat: quā amasse Perseū: & a Ceto liberasse scri. Euripides. Cū Io. ea est Calisto: quā amauit Iuppiter. Liber: Bacchus in cœlū retulit cū corona Ariadnā. Nō placet iudiciū: more aliorū nautarū hęc sydera in cursu nō seruo. Multo clarius: nō accēsa in turre face: sed de Hero placet intelligi. In tenebris: in obscuro: sed obseruabilem habebit lucem: & clarissimū sydus: qd sequat. Thessala pinus: argo, q̃ Colchos petit. Palęmona: is est Portunus: quē & melicertā dicunt, Inus ex Athamāte filius cū quo mr̄ Elecheo promontorio Bacchi furore cōcitata in mare se p̄cipitauit: cui portus tutela tribuit. Reddidit herba deum: Glaucū Anthedontis filiū significat: qui cum in scopulis Aegarū: quæ sunt ad Euboeā: pisces, quos in ripam proiiciebat tacta herba in mare resilibāt quam & ipse cum tractasset in mare transiliens factus est deus. Strabo in balenam uersum scribit.

HVBER. Vrsa maior & ipsius fabula. Helyce & Cynosura a qbus obseruantur. Andromede q̃ fuerit & ipsius fabula. Andromache q̃ fuerit. Palæmon. Ino Leucothoe siue matuta q̃ fuerit. Glaucus.

NEC sequar: dicit se nō nauigaturū ad obseruationē syderū, sicut alii solēt dicit. n. se tm̄ spectare lumē sui amoris. Helycē: ursam maiorē dicit: quā fabulę ferūt ex Calistone a Ioue cōpressa: postq̄ Arcada filiū pepit factā: nā ex puella formosissima a Iunone in ursam est cōuersa: deinde cū post qntūdecimū annū filius Arcas in uenationē egressus matrē occisurus eēt ignorās, Iuppiter id scelus p̄hibens ambos in cœlū trāstulit: & in septētrionali polo collocauit: sed Iuno exorauit Tethyn & Oceanū, ne pellicē suā suis aqs mergi paterent: itaq; dicunt eas nunq̄ occidere. ut Vir. Arctos oceani metuētes æquore tingi. ad harū obseruationē nautæ nauigare solēt: sed Gręci obseruāt Helycē. Phœnices uero Cynosurā, quā dicimus minorē ursum de qbus ipse Oui. in tristibus. Magna, minorq; feræ, quarū regis altera graias, Altera sidonias utraq; sicca rates. Idē li. iiii. fasto. Esse duas arctos, quarū cynosura petatur, Sidoniis; Helycē graia carina notet. de his ēt ita scri. M. Mālius Astronomicū li. i. Sūma tenēt axis miseris notissima nautis, Signa p immēsum cupidos ducētia pontū. Maioreq; Helycē maior decircinat arctō, Septē illā stellæ certātes lumine signāt, Qua duce p fluctus graię dāt uela carinę. Angusto Cynosura breuis torquet i orbe Tā spatio, quā luce minor, sed iudice uincit. Maiorē Tyrio pœnis hęc certior author. Nō apparētē pelago quærētibus orbē: manifeste igit apparet q̃re dixerit. Aut qua tyrus utit arctō: signāt. n. Cynosurā quā ut apparet, Tyrii obseruāt: cū altera, hoc est Helyce obseruet a Graiis. Publica sydera: q oēs aspicere p̄nt. Andromedē: stellā Andromedes: fuit aūt Andromede Cephei, & Cassiopes filia in Aethiopia: cuius mr̄ Cassiope se pulchritudie nymphis Nereidib9 p̄ferens earū irā p̄uocauerat: quas ut placaret Cepheus Hāmonis oraculū cōsuluerat: a quo r̄nsum fuerat filiā p superbia materna belluæ exponēdā esse: quā Nereides ex mari mittebāt: ut illa deuorata tādē placarent. Quod cū Cepheus fecisset: & eā i littore saxo alligasset, casu quodā superuenit Perseus filius Iouis, & Danaes: q supra ea loca uolās: cū puellā formosissimā aspexisset: eius amore captus: cū eius p̄re pactus est: ut sibi sponsa, & uxor daret, si eā liberasset: ea igit liberata cū Phinea fratrē Cephei eā uxorē uolētē: & multos illi auxiliātes in saxa uertisset: tandē uictor Argos cū coniuge reuersus ē: q̃ postea in stellā, q̃ Andromede d̄r: mutata est. est aūt legēdū Andromede p. d. nō Andromache, nā hæc uxor fuit Hectoris, q̃ nunq̄ mutata legit. Claraq; coronā. i. stellā Ariadnes, de qua diximus in ep̄la Phædræ: gēmæ. n. coronæ Ariadnes, quæ noue fuisse ab Oui. dicunt, in stellā, q̃ corona d̄r, cōuersæ fuerūt: de qua Virg. li. i. Geor. Gnosiaq; ardētis decedat stella coronæ. Vrsa parrhasis. i. Arcadica, nā Parrhasos urbs fuit Arcadiæ. Gelido, frigido septētrionali: & est quasi iteratio eius qd̄ dixit: Nec sequar aut Helycē &c. At mihi, qd̄ Perseus amauit. i. Andromeden. Et li. i. Bacchus, & signat Ariadnen. Cū Ioue. i. quā Iuppiter amauit, significat aūt Calistonē in ursam mutatā, ut diximus. est aūt sensus nolo h̄re pro indicio natatiōis meæ stellā Andromedes, uel Ariadnes, uel Calistonis. i. ursæ. Indiciū, demōstrationē, signū. Aliud lumen. s. qd̄ tu o Hero in turri tua mihi oñdis, uel lumē intelligit ipsam amicā. Quo duce, quo regēte me. Nō erit in tenebris, non ignorabit iter. Dū. i. dūmodo. Spectē hoc, lumē tuū. Eā, paro ire. Colchos & ultima ponti. s. & in extremas, aut periculosissimas partes orbis. Qua. s. p̄te. Pinus thessala, nauis Iasonis. Fecit iter. i. iuit. q. d. p Scyllā, & Charybdi p Symplegadas &c. Et possum supare Palæmona iuuenē nādo. i. possum melius natare, quā Palæmon deus maris: de quo talis h̄r fabula. Iuno in genus Cadmi irata, postq̄ de Semele se ulta est, ēt Autonoen eius sororē in Pēthei filii cædē impulit. Inonē quoq; aliā sororē, & Cadmi filiā in cladē deducere statuit. cū igit uideret eā, & marito Athamāte, & duobus filiis Helycem euocauit ex inferis Erinnym unā ex furiis, p quā in furorē Athamāta cōuertit, nā i eius pectus serpentē, ac uirus, quo eius mens alienaret, iniecit. Qui p insaniam uxorē feram credens insecutus Learcū filiū, quē illa ulnis gæstabat: saxo illisum p fera interfecit. Qua re uisa, Ino siue dolore filii, siue ueneno furiæ cōcita, ex scopulo se cum Melicerta filio p̄cipitauit, q Veneris p̄cibus a Neptuno excepti sunt, & dii maris facti. Ino Leucothoe a græcis dicit, a Latinis Matuta, ut Oui. in fastis dixit. Leucothoe graiis, Matuta uocabere nostris. Malicerta uero Portunus latine, græce Palæmon d̄r: quē nūc intelligit. Quē herba mi. red. de. ū, Glaucū significat, q cū piscator esset apud Anthedonē Euboicā, & pisces in littore positos gustata quadam herba in mare resilisse uidisset, & ipse eius herbæ uim experiri decreuit, qua gustata, statim in mare saliit, & deus factus est. unde Ouid. vii. Meta. Carpsit & euboica uiuax Anthedone gramē, Nōdū uulgati mutato corpore Glauci. Idem lib. viii. Ecce fretum scindens alti nouus incola ponti. Nup in Euboica uersis Anthedone membris Glaucus adest, dicit igitur Leander, dummodo speret amicam suam, posse superare nando Palæmona, & Glaucum deos maris.

ASCEN. VRSA parrhasis p parrhasia, nomē patronymicū p patrio, a parrhasio mōte Arcadiæ, aut a Parrhasiis populis eiusdē regiōis, Helycen ursam maiorē, nec arcton. s. minorē uidelicet cynosuram, Andromeden. Persei uxorē in sydera trāslatā

Claramq;

Claramq; coronam.s. Ariadnæ a Baccho datam,in qua una præfulget stella.Parrhasis ursa.i.Arcadica,patronymicum a loco sumptum.Palæmona.s.Portunum.Miraq; &c.i.Glaucum.Omnia protrita & exposita sunt.Sæpe per assiduos.Dat brachiis affectionem mentis suæ,quæ fictio multum gratiæ habet.

CLANGVENT:fatigata sunt.¶Tendunt.fortius se mouent.¶Heleo carcere:apud Helidem in Peloponeso equorum certamina instituta sunt ab Aetholis:Epeis,& Heraclidis duce Exilo qui Helin incoluerunt,templumq; Iouis Olympii cõdiderunt:ubi simulachrum fuit eburneũ Phidię opus:alii scribunt ludorum:& delubri authorẽ extitisse Herculẽ Iouis ex Alchmena filium:quem aiunt primum certasse:& palmam obtinuisse.¶Carcere:locus ẽ,unde equi ad cursum mittuntur: quẽ Næuius oppidũ appellat.¶Seruo: obseruo tanq̃ sydera.¶Sequor te magis:nõ astra natatu seruo:sed dominã:quę mihi eius memoria uires sufficit.¶Ibis:in cœlum.¶Dic mihi qua sit iter doceas oro,qua uia cœlum cõscendendum sit:ut te côueniam.¶Hic es:in terra moraris.¶Exiguo:difficultatem a loco notat: es in terra,inquit,& exiguo tempore tecum esse contingit: si in cœlum feraris:ad te ire omnino negaretur.¶Mea mente: quæ nõ minus,q̃ mare æstuat.¶Non minus,q̃ si in cœlo consisteres.¶Breuis:septem tantũmodo stadia.¶Num mali dubito: uellẽ, inqt,in extremo orbe morari:dummodo Heros consuetudine potirer.¶Res non semper:potiundi desiderii facultas.¶Velle quid est aliud:difficultatem auget similitudine:sum,inquit,Tãtalo similis:ille ut Home.scri.poma capiti imminentia: & aquã abluentem conspicatur barbam.¶Et quia pu.fu.siti fameq; ꝑpetue uexatur.¶Poma:quæ imminent capiti.¶Fluminis refugi:sperat undam deprehẽdere:quæ sequẽtem fugit.¶Cum uo. un.cum maris tranquillitas persuaserit.¶Lęserit:fecerit procellosum.¶Pleias:Pleiades.vii.sunt,quæ ortu,& occasu pluuias, & tempestates faciunt.¶Arctophylax:is est Bootes Iouis, & Calistus filius:licet Hermippus tradat esse Philomelum Cereris & Iasonis filiũ.xiiii.stellis effigiatur:dictus Arctophilax, quod arethos custodiat.

ANTO. Olympiaca certamina q̃ & qs primus ea instituerit

Sæpe per assiduos languent mea brachia motus
  Vixq; per immensas fessa trahuntur aquas.
His ego cum dixi pretium non uile laboris,
  Iam dominæ uobis colla tenenda dabo.
Protinus illa ualent:atq; ad sua præmia tendunt,
  Vt celer Eleo carcere missus equus.
Ipse meos igitur seruo,quibus uror,amores:
  Teq; magis cœlo,digna puella,sequor.
Digna quidem cœlo,sed adhuc tellure morari:
  Aut dic ad superos,hinc mihi qua sit iter.
Hinc est quod raro misero contingis amanti,
  Cumq; mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi,quod lato non separ æquore,ꝓdest?
  Non minus hæc nobis tã breuis obstat aqua.
Num malim dubito toto procul orbe remotus,
  Cum domina lõge spem quoq; habere meã.
Quo propius nunc es,flamma propiore calesco,
  Et res non semper,spes mihi semper adest.
Pene manu,quod amo,tanta est uicina,tango,
  Sæpe(sed heu)lachrimas hoc mihi pene mouet
Velle quid est aliud fugientia prendere poma?
  Spemq; suo refugi fluminis ore sequi?
Ergo ego te nũquam,nisi cũ uolet unda,tenebo,
  Et me felicem nulla uidebit hyems?
Cumq; minus firmum nil sit,q̃ uentus,& unda,
  In uentis,& aqua spes mea semper erit?
Aestus adhuc tamẽ est,qd cũ mihi læserit æquor

CLANGVENT:debilitantur:cadũt.¶Colla tenenda.i.amplectẽda.¶Pretium nõ uile laboris:quæ remuneratio uestri laboris erit digna.¶Valent:recipiunt uires.¶Ad sua pręmia.i.ad te:q̃ es præmia ipsorũ.¶Vt celer:comparatio celeritatis.i. sicut equus ĩ olympiaco certamĩe celeriter ex carceribus exiit.¶Carcere:improprie ꝓ carceribus:nã carcer est locus reorum,carceres unde equi emittunť ad currendũ.Hora.in.i. sermonũ, ut cũ carceribus sese effudere quadrigæ.Heleo carcere, Helis & Pisa urbes Arcadiæ,apud quas curulia certamina celebrantur, & ideo dixit Heleo carcere.Virgi.iii.Georgico.Seu quis ad Helei metas,& maxima campi Sudabit spatia.& Luca.Quãtum clamore iuuatur Heleus Sonipes.¶Seruo,aspicio.¶Sequor te,magis,q̃ sydera.¶Sed adhuc tellure morari.s.digna,& melius morari legitur,q̃ moraris.¶Aut dic.i.aut si uis ire in cœlum,dic mihi quomodo & ipse possim illuc ascendere.¶Hinc,ex hoc quod es digna cœlo.¶Raro contingis mihi amãti, raro possum tecum esse,quia digna,& pretiosa difficile conceduntur.¶Cũq; mea fiunt turbida mente freta.i.turbor cum turbatur mare.¶Quid mihi,dicit quod nõ prodest,ꝙ istud mare Hellespontiacum sit tam strictum, quia tam breuis maris aqua,non minus ei obstat,q̃ si esset mare latissimum.¶Obstat,affert impedimentum.¶Num malim,an potius uelim. ¶Remotus,separatus.¶Habere spem meam longe cum domina.i.dubito,an uelim esse lõge ab amica mea, & habere ẽt spem meam longe cum ea,quia patientius ferrem,si nõ possem ad eam uenire.¶Propior:propinquior.s.amica est.¶Calesco,ardeo.¶Flamma,igne,amore.Teren.Accede ad ignem hunc,& calesces plus satis.¶Res,causa amoris.i.ipsa amica. ¶Nõ semper,subaudi adest.¶Pene,fere.¶Tango manu,prouerbialiter dixit.¶Tanta est uicina,tanta est proximatas inter nos.Hoc,ita esse propinquos,& non posse simul esse.¶Mouet lachrymas,facit me flere.¶Velle quid est aliud,comparat se Tãtalo,qui in mediis aquis apud inferos semper sitit,neq; potest bibere,& habet poma ad os,& nõ potest ea comedere,aut ore contingere.¶Quid est aliud.q.d.nihil,nisi quod mihi accidit,qui propinquus amicæ meæ,ea tamen careo. ¶Fugientia,ab ore discedentia.¶Sequi spem fluminis refugi.i.sequi spem aquę fugientis.Horatius in primo sermonum. Tantalus a labiis sitiens fugientia captat Flumina,diximus hanc fabulam in episto.Paridis.¶Ergo:cum indignatione: & dolore pronunciandum est.¶Nisi cum uolet.q.d.stabo ad arbitrium maris:& nõ uidebo te:nisi cum mare uolet me permittere.¶Nulla hyems:nulla tempestas:& turbatio maris.¶Videbit me felicem:uidebit me cum amica mea.¶Cũq; minus firmum nil sit.i.spes mea erit in rebus leuissimis:hoc est in uento:& aqua:quibus dicit nihil esse infirmius.¶Adhuc: hactenus.¶Quid erit.q.d.multo maior tempestas.¶Cum læserit:perturbauerit:& commouerit.

HVBER.

Carcer a carceribus numero multitudinis in quo differat

Flãma pro amore ponitur

Tantali fa.

CSAEPE per assiduos.Significat spem:uiresq; omnes in illa sitas:sermone qdem lepidissimo:sed tam aperto:ut explanatione non egeat.¶Quid mihi.Ordo est.Quid mihi prodest ꝙ separor nõ lato:sed angusto æquore:quasi diceret nihil:qa non minus &c.Num malim.Ordo est.Num.i.nunquid dubito:quasi dicat nequaquam dubito:an suppl e malim:idest magis uelim longe idest multo(non est ergo legendum malum)remotus:idest existens remotus procul toto orbe:habere etiã spem meam::cum domina sup.mea.i.spem simul cum re.Nam spes semper illi adhuc præsto est domina nõ semper.Fugientia prendere poma more Tantali.Refugi genitiui casus est a nominatiuo refugus ga.gum.& dicitur refugum:quod sæpe fugit:ut flumen illud:quoties appetitur.unde in primo sermo.Hora.Tantalus a labr.s sitiens fugiẽtia captat flumina &c. Ergo ego.Bona indignantis particula:ut Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes. Cumq; minus firmum nil sit:q̃ uentus.Non est legendum nihil:sed nil:ut monet metrum. In uentis: lege cum amara interrogatione:quæ uim negandi habet.

ASCEN.

ANTO.
Pleiades quæ sint Arctophylax q & unũ Olenii iter sydera relati fabula
Olenos & Helice urbesq̃ fuerit
Quo pacto epistola claudi debeat

¶ OLENIVMq; pe. caprã Amaltheã, & hœdos intelligit, quos auriga humeris gæstat: quẽ Hyginus tradit Olenũ nõĩcu patũ fuisse Vulcani filiũ: & ex hoc duas nymphas natas: Helycẽ, & Egem: q̃ Iouis fuerũt nutrices: a qbus duæ urbes noĩatę sunt Olenos ĩ Aulide: Helices ĩ Peloponẽso, de qbus apud Hyginũ uaria ꝓdiť historia: tẽpestatẽ pluuiãq; faciũt: siue oriãť: siue ad Oceanũ ꝓperẽt. ¶ Quã sim ce statuit cõsiliũ ab audacia: id erat, ut ĩ summa ẽt tẽpestate nataret. ¶ Tũ q. his quoq; aduersis syderibꝰ. ¶ Promittere tẽ. nõ putes me tranqllũ tp̃s expectaturũ. ¶ Polliciti: ꝓmissę audacię. ¶ Aut m. c. aut moriar: aut ꝑ audaciã aduersa nũina supabo. ¶ In il. ad q̃s natare cõstitui. ¶ Naufr. mẽ. q̃ naufragiũ fecerit: uaticiniũ de se ẽ: nã cũ cẽtasset ꝑ ꝓcellas natare submersus ẽ. ¶ Omine: hoc meo p̃sagio. ¶ Inuisa, qm̃ interitũ mihi uaticinať. ¶ Accedãt: cõsentiãt cũ meis uotis. ¶ Pace breui: exigui tp̃is trãqllitatẽ. ¶ Perstet: iualescat tẽpestas. ¶ Istic: apud te. ¶ Aptũ. n. trãslatio sumpta a nauigiis, q̃ in tẽpestatibus a nauali claudũtur. ¶ Nulla aq̃: nullo in loco libẽtius sto, q̃ tecũ. ¶ Tũc: cũ a te discedo. ¶ Ero ca. fluctꝰ uerebor. ¶ Triste: ꝓcellosum. ¶ Duas: & amplexꝰ, & uentos. ¶ Remis c. brachia significat: quorum natatiõe ferebať. ¶ Lumẽ habe: facẽ ĩ turri erige. ¶ Interea sq̃uiẽtibꝰ ꝓcellis ꝓ Leãdro ep̃lam teneas. ¶ Quã p̃cor: desiderio suo: episto. clausit: ut qđ maxime utriq; erat clarissimũ in aĩo legentis relinq̃ret: nã q̃ in fine sunt: ideo uehementiora esse debẽt: quoniã ueluti ꝓximiora animo semper obiiciuntur: ut adactis concitatus aculeis ardentius moueatur.

Pleias, & Actophylax, Oleniumq; pecus?
Aut ego non noui, q̃ sim temerarius, aut me
In freta non cautus tum quoq; mittet amor.
Neue putes id me, quod abest, promittere tẽpus,
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidum paucis etiam nũc noctibus æquor.
Ire per inuitas experiemur aquas,
Aut mihi continget felix audacia saluo,
Aut mors solliciti finis amoris erit,
Optabo tamen, ut partes expellar in illas,
Et teneant portus naufraga membra tuos:
Flebis enim, tactuq; meum dignabere corpus,
Et mortis, dices, huic ego causa fui.
Scilicet interitus offenderis omine nostri,
Litteraq; inuisa est hac mea parte tibi.
Desine parte queri, sed ut mare finiat iram,
Accedant, quæso, fac tua uota meis.
Pace breui nobis opus est, dum transferor istuc,
Cum tua contingero littora, perstet hyems,
Illic est aptum nostræ nauale carinæ,
Et melius nulla stat mea puppis aqua.
Illic me claudat Boreas, ubi dulce morari est,
Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.
Nec faciam surdis conuitia fluctibus ulla,
Triste nataturo nec querar esse fretum,
Me pariter uenti teneant, teneriq; lacerti,
Per causas istic impediarq; duas.
Cum patietur hyems, remis ego corporis utar.
Lumen in aspectu tu modo semper habe.
Interea pro me pernoctet epistola tecum,
Quam p̃cor, ut minima persequar ipse mora.

HVBER.
Pleiades q̃ signa & ubi collocata & corũ fabula
Arctophylax qđ signum est
Sydera capræ uel capellæ quæ sint & cuiꝰ naturæ
Dilema argumẽtũ quomodo formetur
Nauale improprie qd

¶ PLEIAS: aut singularẽ ꝓ plurali posuit. i. pleiades: qđ signũ est añ genua Tauri: qđ ortu suo primę nauigatiõis tp̃s oñdit: uñ dictæ sunt a πλέω. i. nauigo: aut, qđ magis placet, Steropes: unius ex Pleiadibus stellã itelligit: q̃ ortu suo tẽpestatẽ inducit. Oui. li. i. tristiũ. Sæpe ego nimbosis dubius iactabar ab hœdis Sæpe minax Steropes sydere põtus erat. Sed nõ solũ huius loci: sed & aliorũ cã dicẽdũ ẽ aliqd de Pleiadibus. Sũt. n. q̃ Atlantides dñr filiæ Atlãtis, & Pleiões in cœlũ trãslatæ: qdẽ faciũt signũ, ut uoluit Seruius, añ genua Tauri, q̃ licet. vii. fuisse dicanť, tñ ut scri. Oui. li. iiii. fastorũ: sed tm̃ apparent. dicit. n. Pleiades incipiẽt hũeros reuelare p̃rnos, Quæ septẽ dici: sex tñ esse solent. una appellata est Alcyone amata a Neptuno: ut in epi. sequenti uidebimus: ex q̃ Neptunus genuit Lycaona, & Hyriẽũ patrem Oriõis. Taygeta uero ex Ioue peperit Lacedæmõa: a quo Lacedæmõ urbs dcã est. ex Tãtalo pepit Niobẽ, q̃ nupsit Amphioni regi Thebarũ: Maia ẽt a Ioue cõpressa genuit Mercuriũ: Electra ex eodẽ Ioue genuit Dardanũ. Oui. li. iiii. fast. Dardanõ Electra qs nescit Atlãtide natũ Scilicet Electrã cõcubuisse Ioui. Sterope ex mr̃e genuit Oenomaũ patrẽ Hippodamiæ Celęno a Neptũo amata ẽ, ut ẽt in sequẽti epi. patebit: ex qua genuit Nyctẽũ q cũ Nyctimene filia cõmistus est. Merope sola cũ mortali cõcubuit. Nã ex Sisypho genuit Glaucũ patrẽ Bellorophõtę. Ouid. Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit. Pœnitet, & facti sola pudore latet: de Pleiadibus hæc nũc sufficiãt. Pleias aũt hic ĩtelligit, ut diximus sydus Steropes tẽpestuosum. ¶ Arctophylax: stella est: q̃ & bootes dr̃. i. bubulcus, q̃ & tẽpestuosa ẽ: latine põt dici custos ursæ. ¶ Oleniũq; pe. scri. Stra. Aegai duas esse: unã in Euboea. Alterã in Achaia, diciq; & Aegam & ægas: in quo loco Iouẽ a capra lactis alimẽta suscepisse scri. ꝓpe est Olenæ: uñ Oleniã capellã dixere: Oleniũ igiť pecus possumus intelligere: uel solũ sydus caprę: qđ est pluuiale, ut Oui. li. iiii. Meta. Addidici regimẽ dextra moderãte carinæ Flectere, & oleniæ sydus pluuiale capellæ, uel certe sydus & capellæ & hœdorũ suorũ, nã ob bñficiũ alimẽti a Ioue in cœlũ cũ hœdis suis translata, est quibus factũ sydus, qđ nubes, pluuias, & tẽpestates inducit, qđ Vir. ostẽdit lib. i. Geor. Præterea tam sunt arcturi sydera nobis, Hœdorũq; dies seruãdi &c. Malius astronomicus li. i. Hũc subeũt hœdi claudẽtes sydere põtũ Nubibꝰ & mũdi nutrito rege capella, dicit igiť Leãder, si nũc ita turbať mare, qd erit cũ accesserit ẽt sydera, q̃ natura sua inducũt tẽpestates. ¶ Aut nõ. n. q̃ si. te. aut nõ noui temeritatẽ meã. ¶ Aut a. nõ c. q facit hoiem incautũ. Tũc cũ supradicta sydera cõmouebũt mare. ¶ Qđ ab. qđ ẽ remotũ. ¶ Pignora, ꝓbatiões, certa signa. ¶ Polliciti, ꝓmissionis meę. ¶ Si tu. ꝑau. &c. i. si aliquot noctibꝰ duret h̃ tẽpestas, ego expiar uenire inuitis aq̃s. ¶ Aut mi. facit argumẽtũ, qđ dr̃ Dilema. qđ utrnq; cõcludit & ꝓbat esse eũdẽ. ¶ Audacia fe. cui fortuna, & dii fauebũt. ¶ Saluo, incolumi. ¶ Aut: alia ps: aut si moriar, mors finiet solicitudines, & molestias mei amoris. ¶ Expellar, a fluctibus ꝓiciar. ¶ Illas, ubi tu eris. ¶ Naufragũ mẽbra. i. ego naufragus, & submersus. ¶ Dignabere t. i. dignabere tãgere. ¶ Cã m. qa ꝑp amorẽ meũ ausus ẽ tã turbidũ mare ingredi. ¶ Sci licet, fingit Leãder amicã suã nõ audire libẽter malũ omẽ de eius morte. ¶ Interitꝰ, mortis. ¶ Accedãt meis uotis. i. adiũganť, ut tu facias uota sicut ego. ¶ Pace, trãqllitate maris. ¶ Breui, parui tp̃is. ¶ Perstet, ꝑseueret, cũ ero apud te. ¶ Istic est, trãslatio, sicut naues bñ sunt, ubi hñt portũ, ita dicit se hr̃e, nauale aptũ suę carinę. i. amicã suã sibi aptã, nauale intelligit amicã, Carinã uero seipsum, qa fungebať officio carinę. ¶ Tũc cũ natabat. ¶ Cautus, quia nõ discedã a te, ut immittã me periculis. ¶ Nec faciã cõuicia flucti. i. nõ incusabo fluctus. ¶ Surdis, nõ audientibus, ipse supra. Surdior ille freto &c. ¶ Triste, asperum, aduersum. ¶ Nataturo, mihi. ¶ Per duas causas, per uentos, & lacertos tuos. ¶ Remis corporis. i. brachiis ad natãdum utar loco remorũ. ¶ In aspectu, in turri, ut possit a me aspici. ¶ Pernoctet, uigilet. ¶ Ipse, ego. ¶ Minima mora, breui tempore.

ASCEN.

¶ AVT Ego nõ noui, q̃ sim temerariꝰ, ai amoris, & demẽtiã amãtiũ expmit. Nã sciẽtes, uidẽtesq; sese ĩ sũma ꝑicula mittũt. Optabo tñ. Moris ẽ poetici id ĩ p̃sagiis põere, & p̃dictiõibꝰ, qđ euẽtorꝫ sciũt, uñ Dido. Sed cadat añ diẽ mediaq; ĩhũatꝰ arena. Lr̃aq; inuisa ẽ. i. epi. In or̃one lr̃ę dñr. Cõuitia a cõuitio, aut conuitupator. ꝓducit. n. fam, cũ uitiũ pmã corripiat. Perseqũr mi. mo. i. post minimã morã ad finẽ usq; sequar. Et ẽ summa uotorũ, quã ĩ fine fere ponit Oui. aut cuius noĩe scriptã dicit.


¶ In decimam

¶ In decimam octauam Epiſtolam Argumentum.


SEſton urbem Theopompus ſcribit fuiſſe paruam:ſed bene munitam:& quoniam anguſtiarum adytus principatum tenuit:urbium,quæ in Cheroneſſo ſunt,oīum optimam dixerunt:Cheroneſſi promontorium ,eſt Maſtuſia:in cuius fronte Sigeum eſt Achiuorum ſtatio illic Proteſilai delubrum:& Cinoſema:hoc eſt Hecubæ in canem ueriæ ſepulchrū uiſebatur.Et præterea turris Seſto contigua:ubi Hero accenſas faces erigebat : quas ſecutus Leāder enataret:ſed cum ob tempeſtatem dies aliquot natare ceſſaſſet:accepta illius epiſto.reſpondet. deſidiam interdum accuſat:interdum amoris ſuſpitionem ingerit:demum ſuadet:ut non niſi tranquillo mari audeat enatare.



HERO LEANDRO



Vā mihi miſiſti uerbis Leandre ſalutem,
Vt poſſim miſſam rebus habere,ueni.
Longa mora eſt nobis omnis,quæ gaudia differt,
Da ueniā faſſæ,non patienter amo.
Vrimur igne pari,ſed ſum tibi uiribus impar,
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe uiris.
Vt corpus,teneris ſic mens infirma puellis,
Deficiam,parui temporis adde moram.
Vos modo uenando,modo rus geniale colendo
Ponitis in uaria tempora longa mora,
Aut fora uos retinent,aut unctæ dona palæſtræ,
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc uolucrem laqueo,nūc piſcē ducitis hamo,
Diluitur poſito ſerior hora mero.
His mihi ſubmotis,uel ſi minus acriter urar,
Quid faciam,ſupereſt,præter amare,nihil
Quod ſupereſt,facio,teq; o mea ſola uoluptas,
Plus quoq;,q̄ credi quod mihi poſſit,amo.




VAM mihi miſiſti uerbis Leandrę ſalutē: priori epiſtolę ſimile eſt' principiū.utraq; enim ſalute miſſa , expoſitoq; deſiderio amantis fauorem conciliat,deſiderium a temporis momento: mora quamuis exigua : longa mihi uidetur.¶ Igne pari æquo amoris ſtimulo uexamur. ¶ Sed ſum tibi uiribus im.ſe maiorem pati in amore cruciatum a ſexu arguit:ſum,inquit,fœmina ideo impar uiribus:hoc eſt debilior . ¶ Ingenium:ad reſiſtendū conſtantius cor. ¶ Infirme imbecillis ad tollerandos effectus.¶ Vos modo uenādo:a ſtudiorum uarietate propoſitum firmat.¶ Rus geniale:uillas ad delectationem ornando,nam ut quiſq; erat laudatiſſimus:is agrum colore cōſueuerat:ut ſcri.Cat.¶ Geniale:amenum aut cultura,aut ſyluis inceditis:aut aquarum ſcatutigine. ¶ Ponitis: ſuperatis. ¶ In uaria,mo. in uariis ſtudiis immorando.¶ Fora:cauſæ forenſes.¶ Dona palmæ:palæſtræ unctæ,quoniam,qui certabant palæſtra,oleo perfundebantur : iō uncta pales a Papinio dicitur.¶ Ducitis:captatis,decipitis in uenando.¶ Hora ſerior:temporis lōgitudo.¶ Diluiť multo uino perfuſi ſupatis non enim tempus uino:ſed homines diluuntur. ¶ His ſummotis:cum hæc ſtudia mihi non ſint.¶ Facio:amo.

ANTO.
Argumētū de quo ſupra

Antiquorꝫ mos
Palæſtræ ludus qui fuerit

HVBER.



VAM mihi miſiſti,Hero epiſtolæ Leandri reſpondens dicit ſe deteriori eſſe conditione : q̄ ſit Leāder, quia & ſi pares ſint amore:multis tū de cauſis:ipſa minus poteſt amori reſiſtere:& oſtendit, q̄ ſyncero & continuo amore eum amet:cum dicit ſe cupidam : ut Leāder ad ſe ueniat:hortatur tamē,ut diligenter aduertat:ne ſe periculis obiiciat:ne ſi moriatur,ſit etiam cauſa mortis ipſius:dicit autem ſe maxime terreri uiſo quodā,quod ei'in ſomniis apparuit de morte cuiuſdam Delphini arenę illiſi,& ſtatim mortui.¶ Rebus:effectu. ¶ Omnis mora:quælibet tardatio temporis etiam breuis.¶ Eſt longa:propter affectum tui.Virg.in Bucolicis. Si mihi non hæc lux toto iam longior anno.Horatius. Vt nox longa quibus mentitur amica.¶ Faſſæ:mihi confitenti amorē meū. ¶ Viribus:robore animi ad reſiſtēdum amori.¶ Ingenium: naturam.¶ Vt corpus:ſcientia phyſica:dicit enim ex imbecillitate corporis imbecillitatem quoq; animi fieri. ¶ Deficiam : conſumar.¶ Vos.ſ.uiri.¶ Ponitis tempora longa in uaria mora.i.prçteritis tempus uariis modis.¶ Modo uenando:nam exercitium eſt uirile.¶ Modo interdum.¶ Geniale:amœnum, plenum uoluptatis:nam Genius deus eſt naturæ,cui uoluptati operā dantes indulgere dicuntur.Perſius indulge Genio:carpamus dulcia.inde Genialis uoluptuoſus dicitur.Virg.inuitat Genialis hyems.Iuuenalis genialis agatur iſta dies.¶ Fora:actiones cauſarum,quæ in foro aguntur.¶ Aut dona:munera,& exercitia.¶ Palæſtræ:luctationis:ſunt autem hęc officia uirilia.Iuuenalis.Nūquid nos agimus cauſas ciuilia iura Nouimus? aut ullo ſtrepitu fora ueſtra mouemus:Fora ueſtra dixit.i.quæ uos uiri frequentare ſoletis.¶ Flectitis aut &c.i.aut exercemini equitando.¶ Fugacis:uelocis:optime currētis.Iuuenalis cuius Clara fuga ante alios,& primus in æquore puluis.¶ Ducitis:capitis.¶ Diluitur:madeſcit:temperatur.¶ Serior hora.i.ſerum tempus.¶ Poſito mero.i.bibendo ipſe in arte.Cura fugit,multo diluiturq; mero.¶ Semotis:remotis.¶ Minus:non.¶ Quod ſupereſt facio,ideſt amo , quod ſolum reſtat mihi faciendum.¶ Plus quoq;:ordo eſt amo te,pluſquam id,quod poſſit credi mihi.

Breuis epiſtolę tenor

Imbecillitas corporis animi Imbecillitatem arguit

Genius deus q apud antiquos

ASCEN.

QVAM mihi miſiſti &c.Hæc epiſtola reſponſiua Herus ad Leandrū ēt a Sabino dictata creditur,cuius ſubtilis quidem eſt compoſitio,ſed uſq; adeo facilis,ut pudeat quicquam ad tantam claritatem lucis adiicere.Lōga mora.Ordo eſt,omnis mora,quæ differt nobis gaudia eſt.i.uideť,& reputatur longa,quantumuis breuis ſit. Vos modo &c.Artis eſt a ſexu argumentari,ne perſonam lædamus,& ideo pluraliter dicit uos.ſ.omnes uiri de more ponitis.i.tranſigitis modo.i.aliquādo uenando &c.Hora ſerior.i.tardior,uel ſi.i.etiam ſi minus acriter urar.i.licet non tam uehementer amem,quid aliud faciam q̄ amē,cum aliud facere nequeam.Quod ſupereſt facio.i.amo.

ANTO. ¶ AVT ego: cum chara: a Leandri mutatione, quid ipsa itidẽ agit, exponit. ¶ Susurro: clã & uoce pressa loquor. ¶ Corripio, animo cõuitia detestor. Grauis un. pcella. ¶ Sed te nolle uenire queror, ingerit pellicis suspitionẽ: de qua aperte post modũ loquetur. ¶ Amantia lumi. amãtis Herus oculos. Tremulo: senecii. ¶ Impositas notas impressa uestigia. ¶ Scribã tibi: tuæ epistolæ respondebo. ¶ Vestibus: Leandri, uestes Hero seruabat: quibus cum natasset, utebatur. ¶ Aqua: de super. ¶ Sic ubi nox facta est: describit tempus, ut commiserationem moueat. ¶ Amicior: gratior, quoniam hoc tempore te natãtem suscipere consueui. ¶ Exhibuit: mortalibus ostentauit. ¶ Signa notamq; uiç: incensam facẽ significat, quam in summa turre erigere consueuisse diximus, ut ad ea suum natatum Leãder dirigeret. ¶ Fallimus moras: temporis longitudinem superamus: ¶ Arte fœminea: filando, texendoq;. ¶ Quid loquar: sermocinatione utitur, ipsa. n. rogat, & respondet. ¶ Mea gaudia: maiori affectu enuntiatũ est, q̃ si meus Leander diceret. ¶ Oẽs: Abydeni. ¶ Suos: ne sui hoc facinus deprehendant. ¶ Pallade: oliuo cuius tutelã hẽt Pallas, natatores oleo diluunt, ne aquarũ frigiditate læsi nerui, aut iuncturæ cohærerent. ¶ Annuit: te iã natare capitis nutu cõcedere uidetur. ¶ Nõ nostra quod oscula curet, nõ. n. ex cura nostri amoris id cõcedit, sed somno delinitũ caput, dum natat nullis auditis uerbis annuere uidet. ¶ Mouet ad nutum impellit. ¶ Obrepens: nullo murmure serpens. ¶ Cõtracta terra: ab opere morę exiguitatẽ ostendit, cum produxi fi lã in terrã usq; ex quo incepisse natare diximus. ¶ Prospicimus e speculo mare longius spectamus. ¶ Captamus: subausculta mus. ¶ Voces: nocturna murmura, deceptæ quoniam tuo aduentu, ut putaram, priuata sum.

Oliuum in cuius tutela fuerat

Aut ego cum chara de te nutrice susurro,
Quæq; tuum, miror, causa moretur iter
Aut mare prospiciens, odioso concita uento
Corripio uerbis æquora pene tuis.
Aut ubi sæuitiæ paulum grauis unda remisit,
Posse quidem, sed te nolle uenire, queror.
Dumq; q̃ror, lachrymæ p amãria lumina manãt,
Pollice quas tremulo conscia siccat anus,
Sæpe tui specto si sint in littore passus,
Impositas tanquam seruet arena notas.
Vtq; rogem de te, & scribam tibi, siquis Abydo
Venerit, aut quæro, siquis Abydon eat.
Quid referã, quoties do uestibus oscula? quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aqua?
Sic ubi lux acta est, & noctis amicior hora,
Exhibuit pulsa sydera clara die.
Protinus in summa uigilantia lumina turre
Ponimus, assuetæ signa, notamq; uiæ.
Tortaq; uersato ducentes stamina fuso
Fœminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tam lõgo tempore quæris,
Nil, nisi Leandri nomen in ore meo est.
Iamne putas exisse domo mea gaudia nutrix?
An uigilant omnes? & timet ille suos.
Iamne suas humeris illum deponere uestes?
Tingere iam pingui pallade membra putas,
Annuit illa fere, non nostra quod oscula curet?
Sed mouet obrepens, somnus anile caput?
Postq; more minimum, iam certe nauigat, iquã,
Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.
Paucaq; cum tacta perfeci stamina terra,
An medio possis, quærimus, esse freto?
Et modo prospicimus, timida mõ uoce pcamur,
Vt tibi det faciles utilis aura uias.
Auribus interdum uoces captamus, & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.
Sic ubi deceptæ pars est mihi maxima noctis,
Acta subit furtim lumina fessa sopor.

HVBER. ¶ AVT ego: dicit, quid agat interea, dum durat tẽpestas, aut enim loquit de Leãdro cum nutrice, aut in mare inuehit sicut, & Leãder. ¶ Susurro: immurmuro: clã, demisseq; loquor. ¶ Moret: tardet. ¶ Corripio: incuso. ¶ Pene tuis: qbus tu quoq; corripis. ¶ Remisit: diminuit. ¶ Paulũ sæuitiæ. i. paulũ perturbationis. ¶ Conscia: quæ nouit amorẽ meũ. ¶ Tremulo: pp ætatem anilẽ. ¶ Notas: signa, uestigia pedũ. ¶ Rogẽ: interrogẽ. ¶ Ponis, p depõis. exuebat. n. se, cũ erat natatur°, & relinq̃bat uestes apd' Hero: quas dicit se sæpe osculari pp amorem eius. ¶ Lux: dies. ¶ Acta: pterita sic loquẽdo de te, & osculãdo uestes. ¶ Hora noctis amicior. i. gratior, ut supra alibi. Nox grata puellis. ¶ Quarũ suppositus colla lacertus hẽt. ¶ Exhibuit: ostẽdit. ¶ Signa notasq;: Ephexegesis est, nã nota idẽ est, qd' signũ, legẽdũ est aũt, signa, notasq; uiæ nõ signaq; nota uiæ, ut qdã male legit. ¶ Torta stam. fila, q̃ nẽdo torquetur. ¶ Falli pterimus: Penelope. Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctẽ. ¶ Fœminea arte: nendo q̃ ars fœminarũ pprie est. ¶ Quęris. i. rogas et uis scire. ¶ Iamne putas, uerba Heroos ad nutricẽ: qbus interrogat, qd de Leãdro putet. ¶ Mea gaudia: meã uoluptatẽ. s. Leandrũ. ¶ Oẽs: eius domestici. ¶ Timet suos: ne uideant eũ exeuntẽ domo. ¶ Deponere uestes: exuere se: ut natet. ¶ Tingere: unguere. ¶ Pallade pingui. i. oliuo: posuit aũt inuentricẽ pro inuento. Nã Pallas inuentrix fuit oliuæ: ut Virg. i. Geor. oleęq; Minerua inuentrix. Nã cũ Neptunus, & Minerua (ut fabulę ferũt) de imponẽdo noie Athenis cõtenderẽt placuit diis, ut eius noie ciuitas appellaretur: qui munus melius mortalibus obtulisset: Neptunus percusso littore equũ animal bellis aptum produxit: Minerua iacta hasta oliuã creauit: res est melior cõprobata & pacis insigne: unde Athenas a nomine suo dixit: nam ipsa græce Athenas dicit. ¶ Annuit nutu, & motu capitis significauit ita esse: ut petiueram. ¶ Fere: temperamentũ. i. fere annuit: & nutu affirmauit, quod interrogaui: melius autem fere, quam fore legitur: & ratione metri & ratione sensus: nam fore semper significat tempus futurum. ¶ Nostra oscula: nostram uoluptatem. ¶ Obrepens: latẽter adueniens Cice in Cato maiore de senectute: eam obrepere aiunt, citiusquam putassent. ¶ Mouet caput anile: facit eam annuere. dormientes enim aut iam declinantes ad somnum, ita solent mouere caput, ut uideãtur annuere loquẽtibus cũ eis. ¶ Post minimum moræ. i. post minimum spatium, postquã supradicta dixi. ¶ Terra tacta. i. stamina ita longa: ut fusus tãgat terram. ¶ Captamus uoces: idest auscultamus, an aliquam uocem audiamus. Strepitum: sonitum. ¶ Vbi: postquam. ¶ Maxima pars noctis est acta: idest pręterita sic cogitando: & interrogãdo de te. ¶ Furtim: latenter. ¶ Subit: ingreditur. ¶ Lumina fessa: oculos meos fatigatos nimium in uigilando.

Ephexegesis quid

Vrbis athenarum fabu. & uñ nom sortita est

ASCEN. ¶ QVID referam &c. Tota epistola id agit, ut se ardenter redamare significet, & ad mutuos cõplexus amatorem citius aduocet. Noctis amicior taceant ergo, inepte, q ab amico amicitior, ci geminato deduci præcipiũt. Quid loquar &c., subaudi, si ut si sit, quæris qd sit, quod loquar interea tam lõgo tẽpore. Nil nisi Leandri nomẽ in ore meo est. i. nil loquor, nisi de te dicendo. s. iã ne putas &c. Annuit illa fore. i. nutu capitis significat futurũ, non q; curet nostra oscula, sed qa sup. somnus obreptus mouet caput senile. i. anile. Postq; moræ minimũ. i. immediate post. Paucaq; contacta, quia nendo, ut filum longũ producant fusum in terram usq; demittunt, texẽdo autem pedibus terram contingunt, utroq; autẽ modo intelligi potest. Priora accipiendo stamina pro filis in fuso ad stamina conficienda. Forsitan inuitus mecum tamẽ improbe dormis. Improbus enim esset, & immitis, hoc est, si nollet amari. nam dormit cum ea per phantasiam.

¶ Inuitus

ANTO.

Prospicere quid proprie sit

¶INVITVS:quia licet non uenire decreueris:somnia te mihi reduxerunt.¶Humida:recenti natatione perfusa.¶Velamina:uestes,quibus tua foueres membra.¶Fouere aqua:rigore releuare.¶Multaque parte honestius,quæ præ pudore erant tacenda significauit.Hæc quæ somno captatur:idem locus in Sappho:cum dixit:Sed nõ longa satis gaudia somnus habet.¶Firmius:absque somniorũ uanitate.¶Cur ego tot uiduas:peracta demonstratione ad querelas redit,prima sumitur a temporis diuturnitate,unde Leandrum segnitiæ arguit,quod non natarit.¶Frigida:sine Leandro.¶Lente:deses in amore.¶Confiteor:diluit illud Lean.ipsa uides cœlũ pice nigrius.¶Lenior au.uentus sedatior.¶Ea præte.cur præteriit eius

Forsitam inultus,mecum tamẽ improbe dormis,
Et,quamuis non uis ipse uenire,uenis.
Nam modo te uideor prope iã spectare natantẽ.
Brachia nunc humeris humida ferre meis,
Nũc dare, quæ soleo,madidis uelamina mẽbris,
Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu,
Multaque præterea lingua reticenda modesta,
Quæ fecisse iuuat,facta referre pudet.
Me miseram,breuis est hæc,& nõ uera uoluptas,
Nam tu cum somno semper abire soles.
Firmius,o cupidi tandem coeamus amantes,
Ne careant uera gaudia nostra fide.
Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes?
Cur toties a me lente natator abes?
Est mare(confiteor)nondum tractabile nanti,
Nocte sed hesterna lenior aura fuit,
Cur ea ꝑterita est?cur non uentura timebas?
Tam bona cur periit?nec tibi capta uia est?
Protinus ut similis detur tibi copia cursus,
Hoc melior certe,quo prior illa fuit.
At cito mutata est iactati forma profundi,
Tempore,cum properas,sæpe minore uenis.
Hic puto deprehensus nil,qđ quereris,haberes.
Meque tibi amplexo nulla noceret hyems,
Certe ego tunc uentos audirem læta sonantes,
Et nunq̃ placidas esse precarer aquas.
Quid tamen euenit,cur sis metuentior undæ?
Contemptumque prius,nunc uereare fretum?
Nam(memini)cum te sæuum ueniente,minaxque
Non minus,aut multo nõ minus,æquor erat.
Cum tibi clamabam,sic tu temerarius esto,

temporis occasio,ut ad me nõ natares.¶Ventura:quæ poterãt esse deteriora.¶Tam bona.nox ad nauigãdũ cõmoda.¶Similis copia:eadẽ natãdi opportunitas.¶Melior:gratior.Nã si prima occasio ꝑtereatur,eadem minus habebit gratiæ,si redierit.¶At ci.mu.est:cum stomacho Leandri uerba obiectat.¶Tempore minore:quoniam ꝑterit temporis pars:quare assiduo natandum est:hec momenta quidem tpis perdenda.nam quotidie minus tp̃s relinquitur.¶Hic pu.de deprehen.hoc Leandri est:cum dixit,Cum tua contingam littora perstet hyems.¶Tum:cũ adesses.¶Quid tñ eue.locus est:qui dicitur ꝑter spem.Quid accidit,ut mare:quod contẽnebas:iã timeas:quod nunq̃ sperassem.¶Non multo minus sæuum:nõ erat minus procellosum q̃ nunc:cũ olim ad me nauigares:hæc oĩa sunt suspitionis seminat ne ob aliam fuerit destituta.¶Clama.tibi:te obiurgabam.

Locus præter spem

HVBER.

¶DORMIS me:scilicet,& in somnis uel cogitatiõe.¶Improbe:contumelia est apta amãtibus.¶Venis:qa somnio te uenire.¶Videor.s.mihi existimo ¶Velamina: uestes.¶Membris madidis:tuo corpori madido,sic.n.ipse Leander dixit:Deque tuis dẽptos humeris mihi tradis amictus.¶Nunc interdũ.¶Fouere: calefacere.¶Nostra pectora,ut ipse.¶Excipis amplexu.¶Reticenda modesta:non dicenda,ut ipse etiam Leander.Cætera & nox,&:turris cõscia nouit.¶Pudet referre facta.i.pudet me dicere ea esse facta a nobis:quæ tamẽ iuuat fecisse:& bene ostẽdit multa inter amantes fieri:quæ honeste referri non põt.¶Hæc uoluptas somnii:& breuis est:quia cito abit:& non uera,qa deludit me:somnia enim imitantur uoluptates,sed parum durant Biblis apud Oui.lib.viii.Metamor.Gaudia quãta tuli:q̃ me manifesta libido Contingit:ut iacui totis resoluta medullis.Vt meminisse iuuat:quamuis breuis illa uoluptas,Noxque fuit ꝑceps:& cœptis inuida nostris.¶O.i.utinã.¶Coeamus:coniungamur.¶Firmius:q̃ per somniũ.¶Vera fide:uero effectu,idest ut possint credi uera.¶Frigida:sola,ut Penelope.Non ego deserto iacuissem frigida lecto.¶Lente:tarde.¶Abes:es absens,& remotus.¶Est mare:ponit responsionẽ,quam posset facere Leãder:& quam iam fecit.¶Tractabile:asperũ,inaccessibile.¶Hesterna:herina.¶Lenior:mitior,q̃ nunc.¶Ea aura:leuis.¶Cur est ꝑterita,cur omissa:quare:nõ ea usus ea.s.nox:in qua fuit aura lenior.¶Ventura:tempora:quia posset dicere expectabam etiam meliora tempora : dicit quod timere debuisset : ne peiora uenirent.¶Via.cõmoditas uię.¶Cur periit:cur omissa est.¶Vt:quãuis.¶Copia:facultas.¶Similis cursus:similis natationis.¶Detur:contingat tibi illa cõmoditas ꝑterita.¶Fuit hoc.i.tanto,uel eo melior.¶Quo fuit prior.i.quo antecedebat:nã celeritatis uoluptatũ magna est gratia.¶At cito,alia obiectio:parũ inquis,durauit illa lenitas auræ,& maris:quæ fuit nocte ꝑterita:& cito mutata est.¶Tempore:respõsio Heroos ad hãc obiectionẽ:dicit,cũ tu uis cito uenire,sæpe uenis breuiori tempore:q̃ fuit illud:ita quod potuisse uenire per id spatiũ.quo durauit illa tranquillitas.¶Deprehensus:tẽpestate detentus,ne posses redire:nã dep̃hẽdi proprie dicunt nautæ tempestate impediti.Virg.in.v.Aene.Hunc ego getulis agerẽ si Syrtibus exul,Argolico ue mari dep̃hensus:& urbe Mycenę.¶Noceret:displiceret,eẽt ingrata ti.¶Tum:cũ esses hic mecum.¶Sonantes:stridentes murmurãtes.¶Aquas:maris nunq̃ esse placidas,nunquã esse tranquillas:ut nunquã posses a me discedere.¶Quid tamen:suspicat Hero:ne Leander metuerit natare:quia aut minus eã amet,aut alius amori fortasse indulgeat.¶Vndæ:maris.¶Contẽptũ:a te non formidatũ:Iuue,cõtempsit pelagus.¶Prius ante.cũ ad me sæpe natasti.¶Nam memini.dicit eum natasse alias ad se,cum mare nõ erat multo minus turbatũ,q̃ nunc.ordo est.¶Nam memini cũ te ueniente:idest natante ad me æquor erat nõ minus sæuum,& minax.s.q̃ nunc.¶Aut non multo.correctio est exornatio Rhetorica.i.si erat minus sæuum,non erat multo minus.¶Sic temerarius,sic audax.

Somniorũ uanitas

Deprehendere quid

Correctio quid

ASCEN.

¶COEAMVS.i.conueniamus,cõgrediamur.nã de coitu uenereo inhonestũ esset,& indecorũ puellæ loqui.uiduas noctes.i.quæ me faciunt uiduã i.sine amico,seu dilecto meo.Est mare,cõfiteor.Quia id in omni fere amore,uitiũ est,ut suspitiones,& zelotypiæ sese intermiscẽãt,facit poeta ẽt hanc zelotypiã,q̃si uero nouo amore captus imoretur.Cur ea ꝑterita.s.aura lenior.Cur non uẽtura timebas.i.ea,quæ euenire poterãt.¶Protinus,ut silis detur tibi copia cursus.i.ponamus casum,ut copia silis cursus detur tibi ꝑtinus certe illa.s.uia,& aura oblata hic.i.hac re,aut tanta fuit melior,quo prior.duplex argumẽtatio prior ex eo quod datã occasionẽ suscipere debemus,nescii,an silis unq̃ dabitur.Vñ est illud,Frõte capillata post hæc occasio calua ẽ.Et illud Lucani.Tolle moras,nocuit semp differre paratis.Altera,qa tametsi silis occasio redeat,tñ prior,eo quod prior melior est.Nã sicut in malis si euitari nequeunt,nõ nihil boni est,si differri põt,ita i bonis nõ nihil mali est,tametsi certo futura sunt,si differant Nil qđ q̃rereris,ita legẽdũ est, a q̃rer:q̃rereris:&c.Vt sis metuẽtior:uñ gtĩs ẽ rectus uirtute positiui.Nã sicut dicimus sum metuẽs undæ:ita dicimus sum metuentior undæ:& metuentissimus undæ.Non minus:ut multo,Ordo est.Aequor erat non minus sæuum:& minax:aut non multo minus sæuum:& minax.

ANTO. ¶ VIRTVS:natādi audacia. ¶ Vñ ad alienū amorem respicit. ¶ Timor:qa mei oblitus aliā amas. ¶ Ille ma. natator:admiratio hæc suspitionē alienati amoris auget. ¶ Hoc timidus:q̃ quod priusq̃ temerarius audax, adhortatio est ad salutem. ¶ Et facis iter:non natas nisi tranquillo mari. ¶ Sis idem:in amore persles. ¶ Flāma:amor pristinus. ¶ Frigidus cinis trāslatio a languescente igne qui in cinerē euanescit. ¶ Nō ego tam uentos:qcqd in occulta suspitiōe erat, aperit. ¶ Mea uota:qbus te natare opto. ¶ Erret:a me desistat. ¶ Ne sim tanti:apud te minoris sim, q̃ pericula. ¶ Causam:quę te ad natandum impellit. ¶ Merces:materia uilior uideatur, quā tua pericula. ¶ Patria:quoniam asiana sim, & barbara. ¶ Impar: indigna tuo cōiugio. ¶ Omnia:omnes, quæ te remorantur causæ. ¶ Nescio qua pellice:id mihi detestabile uidetur si alieno amore detētus negligis. ¶ Isto crimine:ut me deserta aliam ames. ¶ Fata:mors mea præcedat crudele hoc facinus. ¶ Venturi do. fatetur cōiecturam nullis signis probari posse:adeo ut rumore etiā careat. Sed tñ arguita consuetudine amantiū: qui timent omnia:quam a loco firmat. ¶ Securus:sine timore amat nemo. ¶ Locus, distantia nr̃a auget timorem. ¶ Felices illas clamatione pathos excitat. ¶ Præsentia:idē locus. ¶ Iuuat:monet. ¶ Vana:falsa. ¶ Iniuria:alieni amoris suspitio. ¶ Incitat', & mor. me mordet, & uexat. ¶ Error uterq;:meus ob uanā suspitionem, aut tuus propter mutuum amore. ¶ Hic in hac causa. ¶ Siquā sciero:si aliā amaueris. ¶ Si mea fata petis:si me mori coegeris. ¶ Sed neq; peccabis:cum anceps fluctuet:dilluit iam suspitiones referens causam desidiæ in tempestatem. ¶ Istis:his suspitionibus. ¶ Pugnat hyems:obstat tempestas.

Trāslatio pulcherrima

Amoris effectus

Ne miseræ uirtus sit tua flenda mihi.
Vnde nouus timor hic? quoq; illa audacia fugit?
Magnus ubi est spretis ille natator aquis?
Sis tamen hoc potius, q̃ quod prius esse solebas,
Et facias placidum per mare tutus iter.
Dūmodo sis idem, dum sic, ut scribis, amemur
Flammaq; non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam uentos timeo mea uota morantes,
Quam similis uento ne tuus erret amor.
Et ne sim tanti, superentq; pericula causam.
Et uideat merces esse labore minor.
Interdum metuo, patria ne lædar, & impar,
Dicar Abydeno sesta puella uiro.
Ferre tamen possum patientius omnia, quam si
Ocia, nescio qua pellice captus, agas.
In tua si ueniant alieni colla lacerti,
Sitq; nouus nostri finis amoris amor.
Ah potius peream, q̃ crimine uulnerer isto,
Fataq; sint culpa nostra priora tua.
Nec quia uenturi dederis mihi signa doloris,
Hæc loquor, aut fama sollicitata noua.
Omnia sed uereor, (quis enim securus amauit?)
Cogit & absentes multa timere locus.
Felices illas, sua quas præsentia nosse,
Crimina uera iuuat, falsa timere uetat.
Nos tam uana mouet, q̃ facta iniuria fallit,
Incitat & morsus error uterq; pares.
O utinam uenias, aut hic uentus, aut pater,
Causaq; sit tantæ fœmina nulla moræ.
Quod siquā sciero, moriar (mihi crede) dolendo,
Iandudum peccas, si mea fata petis.
Sed neq; peccabis, frustraq; ego terreor istis,
Quoq; minus uenias, inuida pugnat hyems.

HVBER. ¶ TVA uirtus. tua animositas. ¶ Vnde: ex q̃ causa. ¶ Nouus: insolitus. ¶ Quoq;:duæ dictiones sunt. i. & quo fugit illa audacia, quā antea habebas. ¶ Ille natator, ille Leandrr, qui nō timebat mari pericula. ¶ Sis tamen hoc. s. timidus. ¶ Quam quod sol. esse. s. audax. ¶ Placidum: trāquillum. ¶ Dummodo sis idē: dummodo perseueres in amore nostro: & sis idem amator meus, qui solebas esse. ¶ Illa flamma:ille ignis tui amoris. ¶ Nō fiat fri. cinis:non extinguatur, & est transiatio ab igni:qui extinctus fit cinis. ¶ Morantes, tardantes. ¶ Mea uota:meum desiderium aduentus tui. ¶ Similis uento, inconstans. ¶ Erret uagetur, & a me ad aliā transeat. ¶ Ne nunc sim tanti. sic legēdum est, idest timeo, ne nunc me tanti nō æstimes, ut putes p tāta pericula, superent causam. i. pluris facias pericula, q̃ me, quę sum causa periculorum, & ne uideat esse merces minor labore. i. pmium minus, q̃ sit labor tuus. i. ut non uidear tibi satis digna, quam tanto labore natandi petas. Ne lædat patria, idest ne noceat mihi imparitas patriæ. ¶ Ne ego Sesta, idest ex Sesto. ¶ Dicar:impar inæqualis. ¶ Viro Abydeno. i. tibi, qui es ex Abydeno, q̃ est clarior mea Sesta. ¶ Omnia, q̃ te morantur. ¶ Patiētius, melius. ¶ Quā si, tu captus. ¶ Nescio qua. i. aliqua. ¶ Pellice, cōcubina. ¶ Agas ocia. i. moreris, & cesses. ¶ In tua, subaudi quam. ¶ Si alieni lacerti. i. alius mulieris. ¶ Veniant in tua colla, te amplectantur. ¶ Nouus amor, alius puellæ. ¶ Sit finis nostri, idest expellat nostrum, idest ne incipiens aliam amare, me omittas. ¶ Vulneret, lædar, & accipiam dolorem, transiatio est, nam uulnus pro dolore ponitur. Vir. Seruās sub pectore uulnus. ¶ Isto crimine, ista tua culpa. ¶ Fata nostra. i. nostra mors. ¶ Sint priora tua culpa. i. antecedat culpam tuam, idest utinam moriar, prius q̃ hoc facias. ¶ Nec quia, dicit se hæc dicere, nō quia aliquid de eo intellexerit, sed propter amorē. ¶ Aut sollicitata, idest incitata. ¶ Noua fama, nouo nūcio, quod ames aliam. ¶ Securus sine cura, & timore, nam res est solliciti plena timoris amor. ¶ Locus, remotus. ¶ Felices, dicit felices illas esse, quæ sunt in eodem loco, ubi sunt amatores sui. ¶ Sua præsentia iuuat, adiuuat. ¶ Nosse uera crimina, idest cognoscere ueram culpam suorum amatorum. ¶ Et uetat, scilicet sua præsentia. ¶ Timere falsa, quia, quæ sunt præsentes non timent falsa crimina suorum amatorum, uident enim quotidie, quid agant. ¶ Nos, dicit se ita timere, quod fortasse non facit. ¶ Iniuria falsa, nō uera. ¶ Tam mouet, tam solicitat me, & turbat. ¶ Quam facta fallit, q̃ ea, quam fecisti, ignoratur a nobis. ¶ Vterq; error ignorantiæ, aut falsæ, aut ueræ iniuriæ. ¶ Pares morsus, pares curas, & cruciatus animo meo. ¶ Hic uentus, qui hoc mouet mare. ¶ Aut pater, tuus. ¶ Sit causa, quare non uenias. ¶ Quod siquam, scilicet aliquam mulierem esse causam tuæ moræ. ¶ Moriar dolendo, moriar dolore. ¶ Iandudum, ualde. Terentius, Iandudum illa te amat, uel iandudum. Iandiu, ex quo desinis ad me natare. ¶ Petis, queris. ¶ Mea fata, meam mortem. ¶ Sed neq; peccabis, dicit sperare eum permansurū in amore, tardareq; propter tempestatem maris.

Quoq; quot dictiones habeat

Trāslatio

Amor qd

ASCEN. ¶ QVOq; illa audacia fugit. Quoq; duæ sunt partes, & ita quo producitur significat, & quo fugit autem præteriti est tēporis, et ideo prior quoq; producitur. Ille natator, quasi diceret notissimus, & laudatissimus, aut audacissimus, flammaq;. i. & illa flagrantissima amoris flamma, non fiat cinis frigidus, idest non resoluatur in frigidum cinerem, hoc est intorporem, aut obliuionem. Et ne sim tanti. Ordo est. Et ego non timeo tam uentos, q̃ ne sim tanti, idest quantum timeo, quæ non reputabor tanti, & q pericula superant causam, idest minora uideantur, q̃ causa, hoc est, q̃ ego, pro qua ea debeas subire. Fata, idest, quæ & fata nostra, idest dies mortis meæ. Sint priora tua culpa, idest præcedant culpam tuam, quod optādo dicit. Nec quia uenturi. Amanter purgat, quæ obiecerat ne malam opinionem de Leandro suo concepisse credatur. Quis enim securus amauit, quasi diceret nemo, quia Res est solliciti plena timoris amor. Quoq; minus & quo minus, hoc est. Et ut non uenias, hyems, idest tempestas inuidia, scilicet amantibus, pugnat, idest contendit.

¶ Me miseram

¶ ME miserã:p cõquestionẽ firmat propositũ. ¶ Plangunt:feriunt, apud Sappho mea pectora planxi. ¶ Latet dies:obscurus ẽ sol:q diei est cã. ¶ Mater pia:Nephelẽ icel'igit Helle matrẽ, q̃ maris est nympha. ¶ Nata mer.submersa Helle. ¶ Fleatur:nec desunt phi, q dicũt pluuias esse deorũ lacrymas. ¶ Mersa nouerca:Ino Athamãtis uxor Helles nouerca:cũ se i mare p̃cipitasset, in maris numina trãsiit:a Græcis λευκοθέη nũcupata:latini Matutã appellant:q̃m matutino tẽpori p̃sit. ¶ Priuignæ:Helle, quã odit:dr̃ priuignus, & priuigna. ¶ Nõ fauet: sed aduersus est. ¶ Hac ego lædar, p̃sagio utit:nã cũ cadauer Leandri ad littus Sextũ deiectũ conspicaret:seipsam in mari p̃cipitauit. ¶ Flammarũ memori Neptune tuarũ apostrophe ad Neptunũ:qua incusat, q̃ amantes fauore nõ p̃sequat, cũ ipse amauerit. ¶ Taurũ:subeãt tui amores. ¶ Nullus erat uentis: si memoria colligeres:amãtes nõ i̇pedires. Amymone hęc filia fuit Danai:quã:gestãtẽ urnã:ut scribit Strabo ad fontẽ Amymonẽ: qui est iuxta paludẽ Lernã cõpressit:& ex ea Nauplum genuit. ¶ Laudatissima forma:Tyro, ut Home. scribit Salmonei filia fuit:Enypeũ fluuiũ amauit:in cuius ripis Neptunus in Enypeũ uersus cõpressit:Neleũq;, & Peliã ex illa filios uno partu suscepit. ¶ Lucidaq; Alcyone:Alcyone una est ex pleiadibus ex Atlãte nata:q̃ ex Neptuno Irũ pepit:ut scribit Hygi. ¶ Ceyce. & Eumone nata:Iphimediã sign̄at Circes: & Alimonis filiã: q̃ Aloeo nupsit:ut in Odissea scribit Home. iactauitq; se cũ Neptuno mi scuisse:& ex eo prolẽ inclytã Orum, & Ephialtẽ suscepisse. ¶ Medusam:Medusam Phorci filiã Neptunus in tẽplo Mineruæ stuprauit:indignata dea crines in serpẽts mutauit. ¶ Flauaq; Laodice, duas Laodices fuisse cõperio:Agamenonis filiã:altera Priami:quam Neptunus amauit Cyenũq; filium sustulit. postea Lycaoni Thraciæ regi nupsit. ¶ Cæleno:hæc est Atlantis filia Alcyones soror:una ex Pleiadibus:ex qua Neptunũ genuisse Hygi. scribit:Licon, & Nictea. ¶ Recepta cœlo: quoniam in cœlo ob stupri mercedem relata est.

ANTO. Pluuia sm nonnullorũ phorũ opinionem qd sit. Amymões historia. Tyro quę fuerit & ipsius fabula. Alcyõis fa. Iphimediæ fabula. Medusę fa. Laodices q̃ & quotfuere. Celænꝰ hi.

Me miseram quanto planguntur littora fluctu,
 Et latet obscura condita nube dies.,
Forsitan ad pontum mater pia uenerit Helles:
 Mersaq; roratis nata fleatur aquis.
Aut mare ab inuiso priuignæ nomine dictum
 Vexat in æquoream uersa nouerca deam.
Non fauet, ut nunc est, teneris locus ire puellis,
 Hac Helle periit hac ego lædor aqua.
At tibi flammarum memori Neptune tuarum,
 Nullus erat uentis impediendus amor.
Si neq; Amymone, nec laudatissima forma
 Criminis est Tyro fabula uana tui.
Lucidaq; Alcyone, Ceyceq;, & Antone nata:
 Et nondum nexis angue Medusa comis.
Flauaq; Laodice, cœloq; recepta Celæno,
 Et quarum memini nomina lecta mihi.

¶ ME miserã:narrat q̃ turbida sit tẽpestas. ¶ Plangunt:percutiunt. ¶ Dies:lux. ¶ Latet cõdita nube. ¶ Vir. Eripiũt subito nubes cœlũq;, diẽq; Teucrorũ ex oculis. ¶ Forsitan:dicit hãc tẽpestatẽ, forsitã motã esse a Nephele mr̃e Helles:q̃ uenerit ad mare:& fl:at filiã suã. ¶ Mater:Helles, Nephele:ut dictũ est in ep̃la Hipsiphyles ad Iasonẽ. ¶ Nata:Helle. ¶ Fleat: p fletur. ¶ Aquis roratis, i. effusis:allusit aũt ad fabulã:qa Nephele dr̃ esse mutata in nubẽ:quæ effudit pluuias. Aut alia cã: qd̃ Ino cõuersa in Deã maris noĩe Leucotoen:ut supra dictũ est: fortasse turbauit mare:qd̃ odit:qa noiat a noie priuignę Helles. ¶ Priuignæ:filiæ mariti sui:ex priore uxore. ¶ Nouerca:Ino. ¶ Iste locus:hic Hellespontus. ¶ Vt nunc est. i. ita tumidus:ut nũc est. ¶ Nõ fauet puellis:nõ ẽ puellis bonus. ¶ Hac Helle periit: p̃bat, quod nõ faueat puellis:qa prius nocuit Helle:nũc aũt nocet sibi. ¶ At tibi:cõuertit sermonẽ ad Neptunũ dicens:q̃ ipse memor amorũ suorũ:nõ deberet nũc aduersari amantibus:& uentis impedire iter Leãdro. ¶ Flammarũ:amorũ. ¶ Si neq;:cõmemorat multas puellas amatas a Neptuno. ¶ Si pro siquidẽ. ¶ Neq; Amymone ẽ uana fabula, i. falsa fama. ¶ Tui criminis:tui amoris, & cõcubitus. Amymone una fuit ex filiabus Danai fratris Aegypti:quã cum pater eius aquarũ misisset:& Satyrus uisam insequeret:& illa auxiliũ Neptuni implorauit:qui fugato Satyro eã cõpressit:ex qua genuit Naupliũ patrẽ Palamedis. ¶ Nec Tyro:formosissima fuit puella filia Salmonei:qui in Elyde imperauit:& quẽ Vir. in. vi. Aene. a Ioue fulminatũ dicit:q̃ Enipeum fluuiũ:qui Alpheum ingredit, uehementer amauit:ut poeta ait. Illa nimis flagrans dilexit Enipea diuum:hæc postea a Neptuno mutato in formã ipsius Enipei cõpressa est:ex qua genuit Neleum patrẽ Nestoris:& Peliam:qui regnauit in Thessalia:unde Proper. Non sic Hæmonio Salmonida mistus Enipeo Tenarius facili pressit amore deus:hæc postea nupsit Ericttheo filio Aeoli, ex quo filios procreauit. ¶ Alcyone:hæc non fuit filia Aeoli:de qua in p̃cedenti epistola dictũ est:sed, ut alibi diximus, una ex Pleiadibus filia Atlantis:ex qua Neptunus genuit Lycaona, & Hyricum patrem Orionis:licet de procreatione Orionis Seruius aliter dicat. ¶ Lucida:quia in stellã conuersa est. ¶ Ceycæ, & Antone nata:quæ puellæ hæ fuerint:fateor me nondum potuisse pcipere:nam textus apud alios habet Ceyne:apud alios Ceycę:& Antonœ:apud alios Auenone:apud alios Euemone:ita ut difficile sit iudicare uerũ. Euemonẽ quidẽ scribit Strabo filiũ fuisse Ormeni fratrẽ Amintoris:& ex Eumone natũ Euripilũ, sed eius filiam uitiatã a Neptuno nõ memini legere: neq; Oui. mentionẽ facit lib. vi. Meta. ubi multas amicas Neptuni cõmemorat:uidetur tñ fuisse eius filia, quã nunc a Neptuno amatã dicit, Ceyne uero non uiri, sed puellæ nomen est. ¶ Et nondũ nexis:& Medusã comis nondũ nexis. i. nondũ implicitis. ¶ Anguo:pro anguibꝰ:& Medusa nõ fuit uana fabula tui criminis, cũ nondũ hr̃et comas serpẽtinas:hæc aũt filia fuit Phorci, ex Cetho nympha, quę cum Euryalẽ, & Stemnio sorores pulchritudine superaret, Neptuno, & formæ & p̃cipuæ capillorũ spẽ placuit, dũ sola in littore spatiaret, quã fugiẽtẽ insecutus, tandẽ in templo Palladis dep̃hendit, & compressit. Pallas indignata capillos eius, quorũ pulchritudine Neptuno placuerat, in serpentes cõuertit, reliqua, quæ de Medusa dicunt, uide apud Oui. lib. xi. Meta. ¶ Laodice, duæ fuerũt hoc nomine dictæ una filia Agamẽnonis, & Clytęnestræ, altera filia Priami, de qua nunc puto poetã intelligere, quod a Neptuno amata sit. ¶ Cœloq; recepta Celæno, Celæno hoc noĩe appellata est una ex Arpyis, sed hoc, de qua nunc poeta loquitur, una etiam fuit ex Pleiadibus, ex qua Neptunus, ut in p̃cedenti epistola diximus, genuit Nicteum patrem Nictimenes, quæ cum patre commista est. ¶ Recepta cœlo, quia diximus has sorores in cœlum translatas sydus effecisse, quod nauigatiõis initium ortu suo ostẽdere solent:has latini appellant Virgilias. Et quarũ, subaudi, & aliæ quarũ noĩa memini esse lecta mihi, nam alias amauit Neptunus:& compressit, ut Libyam filiam Epaphi, ex qua genuit Busyrim, & Peribeam nympham Eurimedontis filiam, ex qua genuit Nausitheum patrẽ Alcynoi regis Phęacũ, amauit etiam Thosan Phorci filiam, ex qua Polyphemum genuisse dicitur, & alias plurimas, & ideo dicit. ¶ Poetæ canunt, narrant.

HVBER. Nepheles fabula. Amymone. Tyro. Alcyone. Eumon q fuerit. Medusa. Laodicæ duæ. Celæno. Neptuni amasiæ q̃ fuerint.

¶ PLANGVNTVR:idest feriuntur, seu percutiuntur. Forsitan ad pontum. Siscitatur causas turbationum, quæ fiebant in Hellesponto, quas duplices innuit, aut quia mater Helles, scilicet Nephele concubina Athamantis, & nympha filiã plorans lachrymas suas in pluuiam conuertit, aut quia nouerca:scilicet Helles, hoc est Ino coniux Athamantis uersa in deam æquoream, scilicet Matutam, aut Leucothoen, uexat mare dictũ a nomine priuignæ, & ita inuiso, idest Hellespontum dictum ab Helle in eo submersa. At tibi flammarum pulchre incusat Neptunum, q̃ qui tot amoribus olim arserit, in amãtes modo sæuiat. Amicæ autem Neptuni satis explicantur superiori commentario.

ASCEN.

ANTO. ¶PLVRES:ut Helopẽ:Cererẽ:Thoſan:Amphitritẽ:Melãto:Libyã:Perybeã. ¶Turbide:nõ turbine legas:tu,inqt,turbatus amãtes,uexare nõ deberes. ¶Lato mari:ubi mare ſpatioſum nõ in anguſtiis Helleſpontiacis. ¶Miſce: cõfunde inter turba. ¶Terras duas:Aſiã,& Europã. ¶Totis claſſib⁹:nauigiorũ multitudini. ¶Eſſe trucẽ,ſæuire,iram exercere. ¶Deo pelagi Neptuno:q ĩperiũ habet maris. ¶Terrere mergere. ¶Vlyſſe ſuſpecto:iuiſus Neptuno Vlyſſes fuit,ut apud Ho. in .i.Odyſſeæ Mineruæ Iuppiter exponit:qd' Polyphemi oculũ terebrauit:Neptuni ex,Thoſa Forcinis filii,nõ eſt,inquit,Neptune ex Vlyſſis gñe:ut tibi ſit Leãder inuiſus. ¶Interea:ex q̃rimonia ad demõſtrationẽ redit.Dũ,inqt,hæc q̃rimur. ¶Per ſtrepit:crepitat:qd futuri ſucceſſus dat p̃ſagia:& magicorũ obſeruatione aduẽtũ portẽdit. ¶Proſpera ſigna:qm̃ tuũ aduẽtũ portendi iudicabamus. ¶In fauſtos ignes:boni bona ominis gr̃a in ignẽ uina ii fundere cõſueuerũt. ¶Erimus plu.numerũ augebit Leãder. ¶In tua caſtra: trãſlatio a militibus , q ordinẽ deſeruerũt redi,inqt,ad cõſuetũ amorẽ. ¶Socii:paris. ¶Medio toro: id accidit ſi ſoli dormiamus. ¶Auſo:tuæ audaciæ. Tibul.dicit: Audẽdũ ẽ:fortes adiuuat ipſa Venus. ¶Sternet:leues faciet. ¶Tutius:qm̃ puellis ĩfenſum eſt. ¶Vectis Phryxo:exẽplo mõſtrat ſe uire in puellas Helleſpontũ cõſueuiſſe. ¶Fœmia:Helle. ¶Forſitan ad reditũ:ſoluit qd' Leãder faciliorẽ ſibi fore acceſſum,q̃ reditũ dixit. ¶Robora:natãdi uires. ¶Gemini labo. acceſſus , & reditus. ¶Diuerſi:e diuerſa p̃ria. ¶Illud:tuliſſe oſcula. ¶Cogit amare:amoris moleſtias ſentire:qm̃ ſperat ne,q̃ uiuat,u trũq; detegatur. ¶Timidus:honoris obſeruator. ¶Cedere famę: honorẽ contemnere. ¶Res pudor,& amor non ueniunt in idẽ:ut eſt apud Sappho.& in Meta.Nõ bene iunguntur:nec in una ſe demorantur Maieſtas,& amor. ¶Quid ſequar : quid eſt futurum an cadet pudor,uel amor. ¶Hoc:pudor,& reuerentia eſt intra decorum. ¶Ille iuuat:amor in delectatione eſt.

Neptuni odiũ i ulyſſem — *Præſagia* — *Antiquorũ ritus*

Has certe,pluresq; canunt Neptune poetæ,
Molle latus lateri conſeruiſſe tuo.
Cur igitur toties uires expertus amoris,
Aſſuetum nobis turbine claudis iter?
Parce ferox,latoq; mari tua prælia miſce,
Seducit terras hæc breuis unda duas.
Te decet,aut magnas magnum iactare carinas,
Aut etiam totis claſſibus eſſe trucem.
Turpe deo pelagi iuuenem terrere natantem,
Gloriaq; eſt ſtagno quolibet iſta minor.
Nobilis ille quidem eſt,& clarus origine , ſed non
A tibi ſuſpecto duxit Vlyſſe genus.
Da ueniam,ſeruaq; duos,natat ille,ſed iiſdem
Corpus Leandri,ſpes mea pendet aquis.
Interea lumen(poſito nam ſcribimus illo)
Sternuit,& nobis proſpera ſigna dedit,
Ecce merum nutrix fauſtos diſtillat in ignes,
Cras erimus plures,inquit,& ipſa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora lapſus,
O penitus toto corde recepte mihi.
In tua caſtra redi ſocii deſertor amoris,
Ponuntur uiduo cur mea membra toro?
Quod timeas non eſt:auſo Venus ipſa fauebit ;
Sternet & æquoreas æquore nata uias.
Ire libet medias ipſi mihi ſæpe per undas:
Sed ſolet hoc maribus tutius eſſe fretum.
Nam cur huc uectis Phryxo , Phryxiq; ſorore,
Sola dedit uaſtis fœmina nomen aquis?
Forſitan ad reditum metuis,ne robora deſint,
Ac nequeas gemini ferre laboris onus.
At nos diuerſi medium coeamus in æquor,
Obuiaq; in ſummis oſcula demus aquis.
Atq; ita quiſq; ſuas iterum redeamus in urbes,
Exiguum,ſed plus q̃ nihil, illud erit.
Vel pudor hic utinã,qui nos clam cogit amare:
Vel timidus famæ cedere uellet amor.
Nunc male res iũctæ:calor,& reuerentia pugnãt:
Quid ſequar in dubio eſt,hæc decet ille iuuat.

HVBER. ¶HAS:ſupra noiatas. ¶Et plures alias cõſeruiſſe latus lateri tuo,i.tecũ cõmiſtas eẽ:& concubuiſſe. ¶Turbine:ĩpetu uẽtorũ. Virg. Turbine corripuit ſcopuloq; infixit acuto. ¶Miſce tua p̃lia mari la.i.oſtẽde uires tuas in mari lato,& amplo : & nõ i hoc anguſto,& ſtricto mari. ¶Seducit:ſepat. ¶Duas terras:Aſiã,& Europã:ut diximus in argumẽto Ep̃ſæ. ¶Totis claſſibus:multis nauibus cõgregatis. ¶Deo pelagi:tibi magno,& potẽti. ¶Iuuenẽ:nã Leandrũ nõ naui:ſed brachiis p mare euntẽ. ¶Iſta gloria:quã q̃ris i hoc breui mari turbãdo. ¶Eſt minor quolibet ſtagno,i.ẽ minor,q̃ gloria:quã in quolibet ſtagno, & pua aqua poſſes hr̃e. ¶Ille:Leander. ¶Nobilis,& clarus origine.i.nobili gñe ortus. ¶Sed non traxit genus ab Vlyſſe ſuſpecto tibi.i.inimico, ppea qd' ſcelere Vlyſſis periit Palamedes nepos Neptuni:aut,ut alii uolunt:pp pergama Neptunia arte,& dolis Vlyſſis euerſa. ¶Duos : Leandrũ,& me. ¶Natat:mari ſe credit. ¶Sed corpus Leãdri,& ſpes mea pẽdet ex iiſdẽ aqs.i.ſunt in eodẽ piculo:legendũ aũt ẽ corpus Leãdri,& ſpes mea:ut illa copula addat'. ¶Strepuit & lumẽ.i.lucerna fecit crepitũ:& ſtridorẽ. ¶Poſito nã ſcribimus illo:parẽtheſis.i.ſcribimus ad lumẽ lucernę. ¶Ecce:dicit nutricẽ quaſi libaminis,& auſpicii cã inicere uinũ i ignẽ. ¶Fauſtos:bñ auſpicatos:felices,a fauẽdo dr̃ fauſtus. ¶Inſtillat : infundit. ¶Plures:ga accedet Leãder. ¶Lapſus,tu.celeriter progreſſus. ¶Per æquora euicta:tuis lacertis ſupata. ¶Effice nos plu. fac ut tu accedas nũero noſtrũ. ¶Recepte meo corde.i.ualde ĩfixe aĩo meo. ¶Deſertor:derelictor,defector, trãſlatio a militibus,q a ducibus ſuis,& ſociis deficiũt , q deſertores dñr. ¶Medio toro,qd' ſolet facere aliqs,cũ ẽ ſolus.nã q cũ alio dormit nõ i medio,ſed in pte lecti iacere ſolet. ¶Nõ eſt qd' timeas.i.nõ eſt timendũ. ¶Venus ipſa,Dea amoris ¶Auſo,uel tibi auſo natare,uel auſo.i.audaciæ tuę,ut Tibul.Audaces adiuuat ipſa Venus. ¶Nata ęq.ſ.Venus ¶Sternet,cõponet placabit.Virg. Et nũc oẽ tibi ſtratũ ſilet ęquor. ¶Ire libet,dicit qd' ſępe habet uoluntatẽ,& appetitũ natãdi ad Leãdrũ,niſi ſciret hoc mare nimis piculoſum puellis,qd' patuit ex Helle ſubmerſa. ¶Maribus,maſculis. ¶Nã cur,pbat exẽplo,qd' ſit tutius maſculis,q̃ fœminis,Cur.n.inqt,cũ Phryxus,& Helle p hoc mareueherent',ſola Helle cecidit,& Phryxus euaſit icolumis,ordo. ¶Sola fœ.cur dedit nomẽ. ¶Vaſtis aqs.i.mari. ¶Phryxo & Hel.ue.hoc.i.cum ueherent',ut,Et q̃ uectus Abas.i. uehebat'. nam latini participiũ p̃terit imperfecti tpis a paſſiuo nõ hñt,ſed utunt' participio p̃teriti pfecti. ¶Forſitã, obiectionẽ facit pro Leando. ¶Robora,uires. ¶Ad reditũ,ad reuertendũ in Abydon. ¶Gemini labo.eundi,& redeundi. ¶At nos,reſpõſio.q.d.ſi hoc times,natemus ambo,& in medio mari. ¶Coeamus,cõueniamus. ¶In ſum.aqs,in ſummitate aquarũ. ¶Ita, poſtq̃ coierimus & oſculati erimus. ¶Quiſq; ad ſu.ur.tu Abydon,& ego Seſton. ¶Illud,oſculari tm̃ in medis aquis. ¶Eſt ex,ẽſt paruum. ¶Sed erit pluſq̃ nihil.i.erit aliqd. ¶Vel pudor hic utinam,ſenſus eſt,Vtinam uel pudor,qui cogit nos amare,ſic ita uehementer,& occulte uellet cedere amori. ¶Vel amor timidus uellet cedere famæ.i.non timeret famam , neq; quod dicetur de nobis. ¶Calor,amor. ¶Et reuerentia,i.uerecundia. ¶Res male iunctæ,quia ſunt contrariæ. ¶Pugnãt ſunt inter ſe aduerſæ. ¶In dubio eſt,quid ſequar,dubito quid agam,an obſequar pudori,an amori. ¶Hæc reuerentia. ¶Decet,honeſta eſt,& affert laudem. ¶Ille.i.calor,& amor. ¶Iuuat,delectat.

Ouidiũ in Vlyſſem — *Fauſtus unde dictus ſit* — *Phryxi ſa.* — *Quo participio latini careant*

ASCEN. ASSVETVM nobis turbide.i.o tu turbide,ſed plures codices habent turbine.i.perturbatione claudis iter. Interea

lumen

lumen &c. Perstrepit & nobis, alii Stertuit & uobis legunt, depēdet autem ex pyromantia, sed solet hoc manibus Ingenio sa, & apta inuentio exemplis corroborata, Gemini laboris: scilicet eundi & redeundi.

CV T semel intrauit: ut maluit reuerētia deponere, exēplo inuitat. Tulit phasida celeri puppe: Arg o intelligit: quā a ce leritate nuncupatā scri. Higy. Medeā rapuit, ut diximus. Graue fit puppibus: uitāt nauigare ob tēpē statē. Sic sic: repe titione pathos mouet: ea, inquit, moderatione, ne minus timeas undas, q̄ contēnas. Merguntur: naue s. timorē exēplo au get. Metuunt: naufragiū passi natāt. Exitus hic: ut natēt post naufragiū. Quod hortor. i. ut nō nisi tranqllo freto se cōmittat Leander. Quid pauidū: id erat submersi Leādri psa gium. Imagine: hesternę noctis: deterret a somniis Leādrū: ne nataret. Placata: piata. Meis sa. mactatis nigris hostiis, q̄ in honorē Proserpinę, & Orci mactabant ad expiāda sōnia. Dor mitāte: extincta. Vera som. Lucretius ex curis, qbus fuimus in tenti fieri somnia existimauit. Hippocrates: q̄ extrema nocte, cō tingūt aliqd hūt psagii, ut asserere: qd̄ in Bruto notauit actius: apud quē Tarqnius supbus se regno pelli somniauit. Remis sis: lassatis sopore. Puluino: dicimus ēt puluinar: est. n. stragu lū, qd̄ capiti subiicimus. Nantē delphina: a delphino recte sum psit auspiciū: qm̄ homini amicus est Pli. quoq; tēpestatē psagire scribit: si tranquillo mari lasciuiant: si aquā spargunt: aut cō tur bant tranqllitatē. Illisit: cū offensa in littus detulit. Id quod somnia ptendunt. Si tibi nō parcis: si tuū contēnis periculū. Nunq̄ erit sospes: nō uiuet, nisi te uiuo. Vicinæ pacis: proxi mæ tranqllitatis. In undis fractis: uentis agitatis. Vias Placi das: nata cū tranqllitas uiam facilē tibi præbuerit. Non sunt nanti peruia: natare ob tempestatē nō suadent. Leniat: leuet. Moras inuisas: temporis dispendium: quod odisti.

ANTO. Argonauis unde dicta est

Somniorū rō & psa gia q̄ inde sequuntur

Puluinar quid sit

Tempesta tis futuræ præsagia

Vt semel intrauit Colchos pagasæus Iason,
Impositam celeri Phasida puppe tulit.
Vt semel Idæus Lacedæmona uenit adulter,
Cum præda rediit protinus ille sua.
Tu quam sæpe petis, qd̄ amas, tā sæpe relinquis,
Et quoties graue fit puppibus ire, natas.
Sic tamen o iuuenis tumidarū uictor aquarum,
Sic facito spernas, ut uereare, fretum.
Arte laboratæ merguntur in æquore puppes,
Tu tua plus remis brachia posse putas?
Quod cupis: hoc nautæ metuūt Leandre natare,
Exitus hic fractis puppibus esse solet.
Me miseram, cupio non persuadere, quod horror,
Sisq; (precor) monitis fortior ipse meis.
Dūmodo peruenias, excussaq; sæpe per undas,
Inicias humeris brachia lassa meis.
Sed mihi cœruleas quoties obuertor ad undas,
Nescio quid pauidum frigore pectus habet.
Nec minus hesternæ confundor imagine noctis,
Quamuis est sacris illa piata meis.
Namq; sub Aurora iam dormitante lucerna,
Somnia quo cerni tempore uera solent,
Stamina de digitis cecidere sopore remissis,
Collaq; puluino nostra ferenda dedi.
Hic ego uentosas nantem delphina per undas
Cernere non dubia sum mihi uisa fide.
Quem postq̄ bibulis illisit fluctus arenis:
Vnda simul miserum, uitaq; deseruit.
Quicquid idest timeo, nec tu mea somnia ride:
Nec, nisi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ
Quæ nunquam, nisi te sospite, sospes erit.
Spes tamen est fractis uicinæ pacis in undis,
Tu placidas toto pectore finde uias.
Interea quoniam nanti freta peruia non sunt,
Leniat inuisas littera missa moras.

CV T semel: dicit, qd̄ optaret fieri de se a Leandro: qd̄ factum est a Iasone de Medea: qui, ut i Colchos delatus est, eā obduxit. Pagaseus: a Pagase oppido Thessalię: ide sinus Pagaseus, unde Iason in Colchos nauigaturus nauē soluisse dr̄. Phasida, Me deam a Phaside Colchorum fluuio. Tulit: abstulit. Adulter Idæus, ponit aliud exēplum, Paris Troianus ab Ida mōte Phry gię. Cū sua præda, cum Helena, dictū est i prima epla. Q uā petis. i. me, ad quam sæpe uenis. Quod amas. i. quam amas. Quoties fit graue puppibus, quoties est piculosum nauibus. Ire, per mare. Sic tū, licet cōquesta sit, qd̄ eam nō abducat, hortatur tamen eū, ut ita ingrediatur mare, ut illud timeat. i. ut caute natet. Victor, superator natādo. Sic sic, cōduplicatio. Vt uereare, ut timeas. Arte laboratæ, arguit a maiori, dicit enim, qd̄ naues ualidissimæ, & artificio factę mergunt ab ęquo re ita turbato, quāto ergo magis hoies. Posse plus remis. i. ha bere maiorē uim superandi aquas: q̄ hūt remi. Q uod cupis. s. natare. Hic exitus. s. natandi p mare turbatū. Solet esse pup pibus fractibus. i. solet esse, qū necessitas cogit nauibus fractis. Me miserā, ostendit incōstantia amantis, iam. n. incipit horta ri, ut ueniat. Non psuadere tibi, qd̄ hortor. i. cupio, ut uerbis meis non credas, aut pareas, qbus te hortor, ne tali mari nates. Fortior animosior. Meis monitis, quæ dissuadent tibi nata tionem. Excussa, cōmota. Sed mihi, dicit se terreri, quoties aspicit mare ita turbatū. Obuersor, permaneo, conuetsor. sed cōuersor. apud idoneos in usu non reperi. Nescio qd pauidū, ordo est, pectus pauidū frigus habet nescio quid. i. timet. legitur etiam, Nescio qui pauidū pectora frigus hūt, & idem est sensus. nam ex timore sequitur frigus. Vir. Ex tēplo Aeneę soluūtur frigore mēbra. Nec minus, dicit se ēt terreri somnio qd̄ hesterna nocte somniauit. Imagine, specie, apparentia. nam somnia inania sunt, sed hūt imaginem rerum. Illa, nox. Piata, expiata, purgata. solebant enim somniantes aliqua tristia diis sacrificare, ut amouerent illa tristia. Namq; sub au rora, dicit nunc Hero, quod fuerit somnium suum. Existimauit enim in somnils circa Auroram se uidere delphina natantē per mare, ab undis ad littus expulsum, & illisum, & statim mortuū, uereretur igit, ne Leāder sit ille delphin. Sub Auro. i. circa Auroram. Iam dormitante, iam deficiente lumine, nā lucerna quæ tota nocte fuit accensa, aduenlente Aurora solet paulatim diminui, & deficere lumine. Somnia, quo cerni, eo enim tempore somnia solere cerni uera existimant, quia ui delicet stomachus non sit uino, ciboq; distentus, sed purgatus, tunc enim uera somniari putantur, unde Persi. Somnia pi tuita, qui purgatissima mittunt. & Dantes poeta, Ma sappressal matin del uer si sogna. Stamina, fila. Remissis, resolu tis. Sopore, somno. Ferenda, sustinēda. Puluino, ceruicali. Hic tunc. Ventosas, uento turbidas. Nō dubia fide .i. manifeste. Illisit, uiolenter immisit: & infixit. Bibulis arenis. i. littori. Vnda simul miserū, uitaq; deseruit, remansit in sicco, & mortuus est. Quicquid id est, idest quicquid hoc significat. Nec ride, nec cōtemne. Crede, committe. Si non parcis tibi, idest si non habes respectum tui. Dilectæ parce puellæ, idest a te.

HVBER. Iasonis hi storia

Pagaseus unde ueniat

Ritus anti quorum


Sōnia ue ra quę sint Dantes

CLACEDAEMONA, Lacedæmon ciuitas est Spartana, cuius accusatiuus est Lacedæmona. Lacedęmonii autē sunt incolæ illius ciuitatis. Puppibus ire. i. abire, quo uerbo arguit eum in abeundo quoq; facilem. Sic tamē o iuuenis tumida rum idest inflatarum aquarum uictor, quia uoti compos sæpe pernatauit. Q uamuis est sacris il'a piata, idest placata. Ma le aūt legeretur placata, quia tam placo, q̄ paco primam producunt. Somnia quo cerni, Horatianū quoq; est. Putant enim euaporato iam cerebro uisa non ex noxio humore, sed deorum dari dono. Cætera manifestaria sunt.

ASCEN.

In decimam nonam Epistolam Argumentum.


Rthemidorus scribit Ceam insulam unã ex Cycladibus in Aegæo esse:quã latini Ceam, Græci ὑδροῦσαν nũcu pant:ut author est Plini. hinc ꝓfectus Acõtius ad Dianæ sacra:quę Deli ex uirginũ cõuentu celebrant, in amorem uisæ Cydippes excaluit:nouã cõmentus fraudẽ in pomo:hæc, uel his silia, scripsit carmina: Me tibi nupturam, felix eat omen, Aconti Testor, quã colimus, numina magna Deæ. Id cũ sacra ministraret ante deæ simulachrum in sinũ puellæ proiecit:quæ fraudis inscia:cũ imprudens lras perlegeret:uisa est se uxorẽ Acontio pacisci. Nam quę ante Deos dicerẽtur in templo Deliæ Dianæ, rata esse debere lex erat:post paulo cũ pater:ut pactus erat: alii despõderet: in febrem ardẽtissimã incidit:ad eam scribit Acontius, id perieratione sibi accidere:quoniã non implesset: quæ Diana præsente promiserat:cum illa pactum cõiugium uisa sit concussa coma probare:perfidiamq́ deam ulcisci uelle. Suadet demũ pristinas uires resumere non posse: nisi, ut ex pomo est pollicita, nuptiæ celebrarentur.



ACONTIVS CYDIPPE.


Ccipe Cydippe despe
ẽti nomen Acõti
Illius, in primo qui
tibi uerba dedit.
Pone metũ, nihil hic
iterũ iurabis amã
ti:
Promissam satis est
te semel esse mihi.
Perlege, discedat sic corpore languor ab isto:
Qui meus est ulla parte dolente dolor.
Quid pudor ante subit? nam sicut in æde Dianæ
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium, pactãq́ fidem:non crimina posco,
Debitus ut coniux, non ut adulter, amo.
Verba licet repetas: q̃ demptus ab arbore fœtus
Pertulit ad castas me iaciente manus.
Inuenies illic id te spondere, quod opto,
Nil tibi cum uerbis excidit illa fides.

ANTO.

One metũ, nihil hic iterũ iurabis amanti: ut incipientes decet ab ea ordi tur parte:per quã maxime Cydippe hæsitare poterat: nam & alias captata fuerat:sic Virgiliana Dido:cum uidisset Troianos maxie uereri incipit: Soluite corde metus Teucri, secludite curas. ¶ Hic:i epistola nõ uereare de cõiugio, ut i pomo iurare: ¶ Promissam te: tuũ coniugiũ in Dianę æde promisisse. ¶ Lãguor:febris, ægritudo. ¶ Vlla parte dolente: siqua pars doleat tui, ego doleo. ¶ Quid pudor subit: curte pudet. ¶ Añq̃ legas epistolã. ¶ Erubuisse:id signũ est pudoris. ¶ Coniugium, pactamq́ fidem:suadet epistolam legi a pacto. ¶ Crimina stupra, aut adulteria:& furtiuos concubitus. ¶ Debitus. ex pacto legitimus. ¶ Demptus fœtus:pomi paraphrasis. ¶ Illic :his uerbis. ¶ Id quod opto coniugiũ significat. ¶ Quod:pomum. ¶ Pertulit. hic locus ante me legẽtibus maximas peperit cõtẽtiones: nec iniuria:nam mirandum est, quo pacto interpretari potuerunt: si ambigere interpretari est. in uetusto eni et carmine cõsumpto codice:quæ in omnibus exemplariis deerant, duo carmina hæc sunt: Nil tibi cum uerbis excidit illa fides. Id metui ut diuæ diffusa est ira decebat. ¶ Illa fides: quam de coniugio præsente Diana dare uisa es. ¶ Excidit:oblioni mandata est.

Locus emendatus

HVBER. Argumẽtũ epistolę de quo supra

One metũ:Ceos, ut Strabo scribit, insula fuit in mari Aegæo quaternas cõtinens urbes: inde Tetrapolis uocata est. Ex hac isula fuit Acõtius iuuenis amore Cydippes puellæ uehemẽter accensus, quã cum ob generis imparitatẽ non auderet aperte uxorem petere:inuenit uiã:qua illã sibi cõiugio obligaret. Nã in pulcherrimo pomo scripsit hos uersus: Iuro tibi sane per mystica sacra Dianæ: Me tibi uẽturã cõmitẽ:sponsamq́ futurã: & hoc pomũ in tẽplo Dianę ad pedes Cydippes proiecit:quo accepto illa legit uersus:& inscia iurauit:cum tñ propositũ, & intentionẽ nõ hr̃et iurandi, & promittendi Acontio:postea cũ p parentes inscios huius rei alii uiro desponsata esset, subita febre correpta est, quæ cũ uehemẽter uexaret: Acontius hac epl'a conat̃ ei persuadere hunc morbũ a Diana imissum esse pp periuriũ:& fidem nõ obseruatã, qua testata fuerat numẽ Dianæ se seruaturã. Adducit aũt ei in odium eum. cui postea desponsata fuerat:dicens oẽm ægritudinẽ & periculũ uitæ ei accidere illius cã, quem si dimiserit, dicit qđ liberabitur omni morbo:& ipse cõsecrabit in templo Dianæ pomum aureũ:cũ carmine, quod testabitur, quæ fuerant scripta in pomo lecto a Cydippe omnia fuisse rata, & habuisse effectum. Sed ne dubitet, ut iterũ decipiatur epistola sicut decepta fuerat pomo, amouet ei metum:dicens ne timeat legere, qm̃ nulla est hic fraus, neq́ iuramentũ. ¶ Pone metum:noli timere legere hanc epistolã. ¶ Iterũ, secundo, ut semel iurasti lectis uersibus pomi. ¶ Satis est, sufficit te semel mihi promisisse Iurando. ¶ Discedat, sic adiuuat eam, ut legat sic. s. si legeris. ¶ Languor:morbus. ¶ Isto, tuo. ¶ Qui dolor est meus: me tangit. s. te ulla parte. i. te habere dolorẽ in aliqua parte corporis. ¶ Quid pu. ante su. i. cur pudet te. ¶ Subit, occurrit. ¶ Nam suspicor. i. puto. ¶ Genas ingenuas. s. tuas, quæ es ingenua, & uerecunda. ¶ Erubuisse, ruborem habuisse. ¶ Sicut i æde Dianæ. s. erubuerunt. ¶ Ede. i. templo. ¶ Non cri. non adulterium, & dedecus tuum. ¶ Licet, licitum est tibi. ¶ Referas, repetas fætus demptus ab arbore. i. pomum, quod est fœtus. i. fructus arboris. ¶ Illic in pomo.

ASCEN.

One metum. Bene a principio monet metum ponat. i. deponat. quia uerosimile est omnia eius dona illi suspecta, ita ut amplius lectura non sit eius litteras, cuius se legendo deceptam nouit. Discedat sic corpore, diximus alibi sic aptam esse precationi particulam. Debitus un coniux, id summopere astruit, q̃ illa inficias eat, si amari nolit. Quæ demptus ab arbore fœtus, idest pomum ab arbore decerptum.

ℂ I D metui:ne & fidem datā:& uerba obliuiſceris. ⁋ Diffuſa eſt ira : Diana indignata eſt:qm̄ ex lege pacta ſeruare cōtē pſiſti.inciderat.n.in febrem Cydippe. ⁋ Decebat te potius meminiſſe:q̄ memor pacti cuius oblita es:te febris ueluti periu ram uexat.idem timeo ne oblita uerboꝝ pacta ſeruare cōtemnas. ⁋ Illud idem:mei coniugii cōtemptus eſt timor. ⁋ Spe quā de.ſpes in cā eſt præcipua:ut amemus. ⁋ Teſte Dea:Dianā ſignificat:in cuius æde in pomo plecta ſunt carmina. ⁋ No tauit:prætерire nō pmiſit. ⁋ Tuliſſe:hauſiſſe dicta de cōiugio plegiſti. ⁋ Licebit:diluit crimen a cā:quā in amorē trāsfert. ⁋ Cōciliare:qm̄ honeſta peto:uñ tibi nullus querēdi locus relinqtur. ⁋ Non ego natura:recte naturā addidit:ut & uerſu tiā, & calliditatē excluderet:illa.n.a natura eſt:hęc ab uſu:iō Ci. uerſutos.appellari tradit:quoꝝ celeriter mens uerſat. Callidos uero quoꝝ tāq̄ manus opere:ſic animus uſu cōcalluit. ⁋ Soler tē:induſtriū, & ingenioſum. Propert. Ingeniū nobis ipſa puella fuit. ⁋ Compoſitis:apte iunctis.eſt cōpoſitio uerboꝝ conſtru ctio æqualiter perpolita. ⁋ Arte:dolo.dolos habebāt uerba in pomo perſcripta. ⁋ Feci ſpō.te mihi deſpōdi: nā uerba dicebā tur in nuptiis:qbus noui ſpōſi iūgebant:quæ cū obliquæ pnū ciaſſet eques romanus multatus eſt.ut ſcri. Gel. ⁋ Iuris amore uafer:amor ſuo iure me uafrū fecit. Vafros dicimus callidos: & quaſi ualde afros:qa ut ſcri. Pli. doloſi ſunt : unde idē in pcone Pōponius:tergum,iqt,uariū linguā uafrā. ⁋ Sic fraus huic fa. no.crimē diluit ex loco : quē uiolentam diffinitionem dicimus. ⁋ Velle tenere:nō eſt fraus uelle aſſequi,qđ amaſti. ⁋ Sine fine qa amabo ſemp. ⁋ Petam:ero procus. ⁋ Per gladios alii: a ma iori cām ſuā honeſtā facit. Alii bello uxores ſibi pepererūt,ego uero literis id tēto. ⁋ Plures nodos: laqueos.metaphora a ue nationibus:qui feras laqueis captant. ⁋ Mille modi: ad faciēdū uitæ mille ſuperſunt. ⁋ In iſto cliuo:elaboramus ad te fallendū: tranſlatio ad auriga:qui montem conſequi nititur.

ANTO.

Verſuti q ſint

Modus dicēdi uerba in cōiuiis & q̄ pœna pperā pnūciātes multabantur

Id metui,ut diuæ diffuſa eſt ira, decebat
 Te potius uirgo, q̄ meminiſſe Deam.
Nunc quoq; idē timeo, ſed idem tū acrius illud
 Aſſumpſit uires, auctaq; flamma mora eſt.
Quiq; fuit nunquam paruus, uel tempore lōgo,
 Et ſpe, quam dederas tu mihi, creſcit amor.
Spē mihi tu dederas, meus his tibi credidit ardor,
 Non potes hoc factum teſte negare Dea.
Me tibi nupturam, felix eat omen, Aconti
 Iuro, quam colimus, numina magna Deæ.
Adfuit, & præſens ut erat, tua uerba notauit :
 Et uiſa eſt mota dicta tuliſſe coma.
Deceptam dicas noſtra te fraude licebit,
 Dum fraudis noſtræ cauſa feratur amor.
Fraus mea quid petiit, niſi q; tibi iungerer uni?
 Id me quod quereris, conciliare poteſt.
Non ego natura, nec ſum tam callidus uſu,
 Solertem tu me crede puella facis.
Te mihi compoſitis, ſiquid tamen egimus arte,
 Aſtrinxit uerbis ingenioſus amor.
Dictatis ab eo feci ſponſalia uerbis,
 Conſultoq; fui iuris amore uafer.
Sit fraus huic facto nomen, dicarq; doloſus,
 Si tamen eſt, quod ames uelle tenere, dolus
En iterum ſcribo, mittoq; rogantia uerba :
 Altera fraus hæc eſt, quodq; queraris, habes.
Si noceo, q; amo, fateor, ſine fine nocebo:
 Teq; petam, caueas tu licet, ipſe petam.
Per gladios alii placitas rapuere puellas:
 Scripta mihi caute littera crimen erit?
Di faciant poſſim plures imponere nodos :
 Vt tua ſit nulla libera parte fides.
Mille modi reſtant: cliuo ſudamus in uno:
 Ardor inexpertum nil ſinet eſſe meus.

ℂ I D quod opto:te potius memin iſſe.ſ.te futurā ſpōſam meā qđ uelim te potius memin iſſe:q̄ deā.ſ.Dianā:q̄ memor illius p miſſiōis:quā nō præſtas, immittit tibi morbū. ⁋ Timeo idē:ne Dea meminerit pmiſſiōis tuæ. ⁋ Acrius:uehemētius. ⁋ Aſſum pſit uires:auctū eſt idē illud, qđ timeo. ⁋ Flāma : amor meus : amor, qui fuit paruus in principio. ⁋ Non longo.i.breui tēpo re creuit ex ſpe, quā tu dederas.ſ.iurādo te futurā ſpōſam meā ⁋ Meus ar.cre.hoc.i.amor fecit me tibi hoc credere:qđ promi ſiſti. ⁋ Hoc factū:iuramētum. ⁋ Dea teſte.i.Diana pręſente, & ſciēte hoc. ⁋ Notauit:attēdit. ⁋ Tuliſſe:accepiſſe. ⁋ Coma mo ta:capite moto in ſignū conſentientis. ⁋ Licebit:erit tibi licitū & permittetur. ⁋ Feratur:dicatur.i.dūmodo dicat tantummo do propter amorē te accepiſſe. ⁋ Quid petiit:quid uoluit.q.d. nihil aliud, niſi, quod iungerer tibi uni, niſi, ut eſſem coniux tui ſolius. ⁋ Conciliare:cōiūgere, & cōcordes reddere, qđ q̄reris. ⁋ Quā rem:tu q̄reris.i.hæc fraus, de qua tu quereris. ⁋ Poteſt nos conciliare, quia poteſt intelligere, quod fuit ſolum ex amo re. Poteſt, legēdum eſt, non potes. ⁋ Callidus:aſtutus. ⁋ Vſu:ex perietia, ſed propter amorem tuum:ideo dicit. ⁋ Tu facis me ſolertem.i.induſtrium, & ingenioſum. ⁋ Te mihi:dicit quod ſi aliquo artificio uiſus eſt uti ad eam decipiendam, illud artificiū fuit amoris, qui dictauit ſibi. ⁋ Cōpoſitis.i.artificioſis. ⁋ Inge nioſus:ab effectu. ⁋ Sponſalia:ſolēnia uerba nuptiaꝝ, nam ſm iuriſconſultos : Spōſalia ſunt mentio, & repromiſſio futu rarū nuptiarū. ⁋ Ab eo:ab amatore. ⁋ Vafer:callidus, aſtutus, quaſi ualde afer, ut Nonio placet. ⁋ Cōſulto : interrogato: mihi dante conſilium.nam conſultus dicitur, qui conſulitur, conſultor, qui cōſulit. ⁋ Sit fraus : ordo eſt fraus ſit nomen huic facto.i.hoc factū nominetur fraus. ⁋ Si tn:quaſi correctio.q.d.cum potius ſit uirtus, q̄ dolus, uelle tenere qđ amas. ⁋ Iterum:ſecundo. ⁋ Quod amo.i.quia amo te:uel quod.i.quia. ⁋ Sine fine:perpetuo: & ſemper : quia nunq̄ deſinam te amare. ⁋ Petā te:te optabo. ⁋ Licet caueas : uites, ne te petam. ⁋ Per gladios:arguit a maiori ad minus : ſi enim licet aliis rapere puellas bello: & pugnare armis, ut eas habeant:dicit ſibi non fore crimē:ſi ſcriptis uoluerit puellam habere. ⁋ Pla citas puellas.i.amatas, & quæ ſibi placuerint ⁋ Plures nodos:plura uincula ad ligādum te mihi. ⁋ Libera:ſoluta:ſine ob ligatione. ⁋ Nulla parte:ut non poſſis effugere: quin ſis mea. ⁋ Mille modi.ſ.capiendi. ⁋ Cliuo ſudamus in uno.i.in uno tantummodo labore.eſt autem tranſlatio:nam cliuus dicitur aſcenſus, ſiue monticulus aliquis.ergo nos ſudamus.i.labo ramus:in uno cliuo:in una difficultate. ⁋ Ardor &c.amor meus faciet me omnia experiri.

HVBER.

Sponſalia det mēte iuriſconſulto rum q̄ ſint

Cliuus qui ſit

ℂ T E potius:ordo eſt,O uirgo potius.i.melius ſup.foret te meminiſſe.i.executione operis memorem oſtēdere, q̄ deā.i. q̄, q; dea te puniendo meminit. Si tamen:illi uerſus, quos cōmentarius ſuperior ſe inueniſſe dicit, addendi ſunt, ordo mani feſtarius eſt. O uirgo decebat potius te meminiſſe, q̄ deam.ſ.Dianam iratam:auctaq; flamma, mora eſt. Tranſlatio ab incen dio.ſic Hora. Et neglecta ſolent incendia ſumere uires. Licebit, ſic etiā Hora. Locutus eſt, unde patet licet natura eſſe uer bum, licet in coniunctionem, aut aduerbium transferatur, ut ſit licebit.i.licitum erit : hoc eſt q̄uis forſan in futuro dicas te deceptam &c. Id me.q; quereris, conciliare poteſt.i.quia per fraudem meam, non aliud petii, q̄ ut tibi uni iungerer, & fi delis coniux eſſem, quod perfecti amoris indicium eſt, id, quod quereris, poteſt me cōciliare tibi.i.propterea debeas me te damare, quia te uehementer amo. Teq; petam. Ordo eſt:licet tu caueas, ne ſup.petam(ſed ut docet Perottus, caueo plenū eſt ſine ira, ut caue faxis, caue dicas)te ipſe.i.ego petā te. Per gladios alii. Docet ſi quid peccauit clementius, & humanius cum amica egiſſe, quam amatores ſoleant, ut nullum querelæ locum amicæ relinquat.

ASCEN.

ANTO. [Exitus qui sint & cui spectent] ℭPOSSIS nec capi:meis fraudibus decipi.Plau.in Amphitryōe:Cur me captas carnifex.& in eadem fabula: Tu me si impudentia captas,nō potes capere.⁋Exitus est in diis:soli dii rerum euentum nouerūt.⁋Non oīa retia:paratos dolos. ⁋Artes:doli.⁋Nō sum,q soleam:exemplo audatiā suam cōmendat.⁋Sed taceo:occupatione uoluntas eius uehemētior effecta est.Gratior,inqt,rapinæ tuæ gratia mors erit,q̄ sine te uiuere.⁋Tu facis hoc:describit Cydippes formam,qđ dictionis genus affectionē Cice.appellat.⁋Eburnea:cādore,& leuitate eboris.⁋Sine ru.ea est:quæ nihil intuetur.⁋Thetidis pedes:ex Home.hoc est:qui argenteis pedibus Thetidem cōmendat.⁋Cætera: quæ latent: nec est cōmunis iudicii. ⁋Pignus tuæ uocis: fidē.& sponsionē a te factam.⁋Inuidiam patiar:oderint me ob hanc fraudē.⁋Passo sua præmia,nō magni facio aliorum inuidiā:dūmodo illius fructum feram.⁋Hesionem Telamon:exemplo suum factum tuetur:quod cōuenire nō uidetur:nam illi uirtutis:hic fraudis præmium ceperunt. [Hesione q̄ sit] Hesione Laomedontis filia Telamoni data est:quoniā primus pergama conscendit.⁋Tenuabimus:minuemus.

Sit dubium possis ne capi,captaber certe,
Exitus in diis est:tu capiere tamen.
Vt partem effugias,non omnia retia falles:
Quæ tibi,q̄ credis,plura tetendit amor.
Si non proficient artes:ueniemus ad arma:
Inq; tui cupido rapta ferere sinu.
Non sum,qui soleā Paridis reprehendere factum:
Nec quenquam,qui uir posset ut esse,fuit.
Nos quoq;,sed taceo,mors huius pœna rapinæ
Vt sit,erit,q̄ te non habuisse,minor.
Aut esses formosa minus:peterere modeste:
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc,oculiq; tui:quibus ignea cedunt
Sydera:qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines,& eburnea ceruix:
Quæq; precor ueniant in mea colla manus.
Et decor,& uultus sine rusticitate pudentes:
Et Thetidis quales uix reor esse pedes.
Cætera si possem laudare,beatior essem:
Nec dubito,totum quin tua pars sit opus.
Hac ego compulsus,non est mirabile,forma:
Si pignus uolui uocis habere tuæ.
Deniq; dum captam tute cogare fateri,
Insidiis esto capta puella meis.
Inuidiam patiar,passo sua præmia dentur,
Cur suus a tanto crimine fructus abest?
Hesionem Telamon,Briseida cepit Achilles,
Vtraq; uictorem nempe secuta suum.
Quamlibet accuses,& sis irata licebit:
Irata liceat dum mihi posse frui.
Idem qui facimus,factam tenuabimus iram:
Sit modo placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat consistere uultus:
Et liceat lachrymis addere uerba meis.

HVBER. ℭSIT dubiū.i.etiam,si sit dubiū.⁋Exitus:finis.⁋Est in diis: .i.Dii sciunt finē.⁋Partem:retium:quæ ibi tendam.⁋Plura: retia.⁋Artes,doli.⁋Ad arma, ad uim.⁋Rapta, abducta p uim. ⁋Non sum,dicit sibi placere eos qui ausi sunt rapere eas:quas amauerunt.⁋Factū Paridis,qui Helenam rapuit.⁋Nec quenquam,nec aliquē aliū.⁋Qui fuit uir, q fortis, & audax fuit,ut posset eē uir.⁋Nos quo.deest uerbū.q.d.rapiemus te.⁋Mors huius,occurrit obiectioni,qa posset dici fortasse interficieris,si me rapueris,dicit ergo, Mors,ut.i.quis sit pœna huius rapinæ .s.de te.⁋Erit minor.s.pœna,q̄ non habuisset te,qa plus pœnæ mihi esset nō habere te,q̄ mori pp rapinā tui.⁋Aut esses formosa minus,i.si esses minus pulchra,modeste te peterē, non aūt ita ardenter,& audacter.⁋Facie, forma. ⁋Tu facis,cōmemorat partes pulchritudinis ipsius Cydippes. [Sydera q̄ re ignea dicantur] ⁋Ignea,aut splendida, aut quæ fm quosdā philosophos dicunt esse ignea. ⁋Cedunt, sunt inferiora.⁋Flammæ,amoris. ⁋Flaui crines,pulchri. [Flauus color qui sit] Flauus aūt color(ut Aulus Gellius scribit) cōstat ex albo,uiridi, & ruffo,uñ dicimus flauas segetes,quādo maturescūt.⁋Eburnea candidissima,quale est ebur.⁋Manus formosę,quas pręcor ueniant.⁋In mea colla.i.quas precor,ut me amplectantur. ⁋Pudentes,sine rusticitate.i.qui habent pudorem nō rusticum : sed ingenuum. Iuuenalis. Ingenui uultus puer,ingenuiq; pudoris. [Thetis q̄ sit & quantā habeat primam] ⁋Quales uix reor esse pedes Thetidis.i.candidissimos, nam cū sit dea maris & assidue moretur in aquis,merito debet habere pedes albissimos,fuit autem filia Nerei mater Achillis,nam pro uxore Oceani Tethis sic scribit,& Tethyos facit,& habet primam longam.⁋Cætera,quæ latent sub uestibus. Ouidius primo Metamorpho.Si qua latēt,meliora putat.⁋Possem laudare,utpote me uisa,uel tacta.⁋Nec dubito.i.nō dubito,qui pulchritudo,quæ est in una parte corporis sit in toto.⁋Tua pars nō intelligamus obscœne dictum de pudendis,ut quidam male putant,sed sic intelligendum,non dubito,quin totum opus tui corporis sit una pars.i.tale,qualis est pars tua,quę apparet,uel oculi,uel manus &c.uel sic, quia tua pars sit totum opus , idest perfectum opus.i.nō dubito quin pars respondeat toti operi. ⁋Pignus,obligationē.⁋Quamlibet,quātumuis.⁋Frui te irata.i.habere te ita iratam mihi.⁋Tenuabimus,minuemus, si concedatur mihi p te.⁋Copia,facultas.⁋Liceat,pmittatur,ut ueniam ad conspectum tuū.& possim flendo te rogare.

ASCEN. ℭPOSSIS ne capi.i.an possis capi,captabere certe.Exitus in diis est.i.dii sciunt,an cōmodo meo te capiam,sed utcunq; erit capiam te.Ferere,in futuro indicatiui uerbi passiui.i.transfereris.Non sum.Ordo est,Nō sum,qui soleam reprehendere factum Paridis.i.raptū Helenes a Paride factum.nec q soleam reprehendere quemquam fuit uir,idest utilis,& animosus,ut posset esse,idest persistere,idest qui sentiens amore se perire,rapuit amatam,ut superuiuat.Vt mors sit pœna huius rapinæ,idest licet mori cogat ob raptum tui,tamen minor erit.s.hæc pœna,q̄ nos te non habuisse,idest grauius erit te nō habita uiuere q̄ habita per raptum,ob raptum mori.Aut esses,quia nihil gratius mulieri nouit laudat eam a forma. Aut uidetur positum pro si,ut sit:Si esses,& ita scriptum suspicor a poeta, sed qui nō intellexerunt monosyllaba a uocalibus sequentibus nō absumi,mutauerunt si in aut.Siue rusticitate pudentes,quia minus pudor rusticitatem patere solet.Thetidis pedes secundum Homerum argentei sunt.secundum Statiū in Achilleide niuei,dicentem Niueas ferunt uada Thessala plantas,quod ideo fingitur,quia cū sit dea marina semper in aquis uersatur.Est autem mater Achillis uxor Pelei. Cætera si possem muliebria.i.& pudenda,quæ ille nondum uiderat,nec contigerat.Nec dubito,t otū quin tua pars sit opus idest quin totum sit tui simile,immo sui simile,& tale,quod nō uidetur.quale quod uidetur.aut quin totum opus sit tua pars,idest teipsam effinxeris.aut lege,quin tibi par sit opus,idest non dubito,quin totum opus,idest tota factura corporis tui,sit par tibi,idest ei parti,quam uidemus.Has ego compulsus,purgat factum suum ex eo,q amore captus id perpetrauerit,quod & fortes uiri,sed queritur se infeliciorem, q non potiatur ea ob quam facinus commisit, sicut Telamon Hesione Laomedontis filia,& Priami sorore,& Achilles Briseide,de qua suo loco uisum est. Quamlibet.i.quantumlibet accuses,& sis irata licebit idest licitum erit,& permittetur tibi,dummodo liceat mihi frui supple te irata.Nos iidem,qui facinus iram factam,idest placabimus te amicabili commertio:& dulci attrectatione.Placandæ tui,elegantius,q̄ placandi te. Est ergo hic tui primitiuum a tu,quod omnis generis est,hic fœminini.

ℭVtq;

ANTO. ¶VT q; solēt:suasio est sumpta ex loco,q dicit,ut a cōditione:nō.n.seruū,sed seruo similē se agere demōstrat. ¶Ignoras: nescis quātū imperii in me habeas. ¶Meo corpore:cū incusserit plagas. ¶Sed neq; cōpedibus:q̄ sunt i seruo in cōmoda ex cludit,hoc,inqt,in me cōmo i habebis q absq; cōpedibus,& cathenis tibi fidē seruabo. ¶Satiauerit:ultionem sumpserit. ¶Tā bñ q seruit,patiēs adeo suitiū. ¶Reus agor absens:accusās me absentē. ¶Optima:qm̄ p cōiugio pugnabat. ¶Nullo tuēte:absq; alicuius prēcīnio. ¶Hoc qd amor iussit:cōmorat in eodē loco,& fatet crimē,qd in amore reiicit,scripsimus in pomo amoris iussu. ¶Iniuria nr̄a:hęc iniuria solū mihi imputat,& amor absoluit. ¶De me solo:q tibi iniuriā intuli,sed Diana nō est i culpa. ¶Delia:q̄ in te nihil cōmisit:recte eā absoluit psonā,i quā oē eius facti cōfert,& eius cā rē qrit parci,qd & Virgiliana Dido facit,cū ait:Nō ego cū Danais troianā excindere gētē Aulide iuraui,classemq; ad pgama misi. ¶Decepta: uerbis i pomo scriptis capta. ¶Omina re careant. falsa sint omina: sim falsus uates. ¶Nihil est uiolētius illa,suasio a Dianę authoritate. ¶Numina lęsa uidet:siqua pte suā maiestatē imutari cōspici. ¶Testis erit Calydonis aper:Dianæ irā exēplo mōstrat,diximus aprū Calydonios uastasse agros a Diana missum, diximus cōbusto stipite Altheæ indignatione Meleagrū interiisse. ¶Testis & Actæō:ex Aristęo Cyrenes,& Apollinis filio & Autonoe Cadmi natū eē Actæonē,Diodorus scri. Dianæ opa a suis est discerptus canibus,cā uaria tradit,uel q nudā Deā se in fonte lauantē uiderit,uel q illi in uenatu se pponeret:uel q in mōtibus uirginis cōcubitū ausus est petere. ¶Illis,canes itelligit, qbus ipse multas feras trucidarat. ¶Quæq; supba parēs:Niobē significat Tātali filiā,q̄ cū ex Amphiōe Iouis,& Anthiopes filios liberos duodecim:uel,ut alii malūt,quatuordecim genuisset,se Latonæ fœcunditate ppo suit,Diana,& Apollo Latonæ filii ira pci ti liberorū multitudinē sagittis cōfecerunt. Nioben, & Amphionem lachrymantes uerterunt in saxum,& ad Sipilum Mygdoniæ montem pueris,& puellis trucidatis,cum septem annos sepultura carerent:Iuppiter ut scrib. Home. in saxum uertit.

Meleagri fabula

Actæonis fabula

Niobes & filiorū fab.

Vtq; solent famuli,cum uerbera sæua uerentur,
  Tendere submissas sub tua crura manus,
Ignoras tua iura,uoca,cur arguor absens?
  Iandudum dominæ more uenire iube.
Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos:
  Oraq; sint digitis liuida nostra tuis,
Omnia perpetiar,tantum fortasse timebo,
  Corpore lædatur ne manus ista meo,
Sed neq; compedibus:nec me cōpesce cathenis,
  Seruabor firmo uinctus amore tui.
Cum bene se,quantumq; uolet satiauerit ira,
  Ipsa tibi dices,q̄ patienter amat.
Ipsa tibi dices,ubi uideris omnia ferre,
  Tam bene qui seruit,seruiat iste mihi.
Cur reus infelix absens agor?& mea cum sit
  Optima,non ullo causa tuente,perit.
Hoc,quod amor iussit,scriptū est,iniuria nostra,
  Quod de me solum nempe queraris,habes.
Non meruit falli mecum quoq; Delia,si non
  Vis mihi promissum reddere,redde Deæ.
Affuit,& uidit,cum tu decepta rubebas:
  Et uocem memori condidit aure tuam.
Omina re careant,nihil est uiolentius illa,
  Cum sua,quæ non uult numina læsa uidet.
Testis erit Calydonis aper:nam scimus,ut illo
  Sit magis in natum sæua reperta parens.
Testis & actæon,quondam fera creditus illis,
  Ipse dedit leto cum quibus ante feras.
Quæq; superba parens saxo per corpus aborto,

HVBER. ¶VTq; solēt:ordo est,& liceat mihi tēdere manus submissas.i. humiles. ¶Sub tua cru.i.ad tua genua:qd faciūt supplicantes. ¶Vt famuli cū uerent.i.timēt. ¶Verbera sæua,rigida.s. dñorū minātiū eis. ¶Ignoras tua iu.i.nescis,qd tibi liceat i me. ¶Voca me:qa nō debes dānare,nisi citata pte. ¶More dñæ:sicut dña iperat famulo,qa tibi parebo,ut famulus dñæ paret. ¶Scindas: laceres,licet,iqt,i me sęuias,& oīa aspa facias,oīa patiar. ¶Tm̄: solūmodo. ¶Ne manus ista.i.tua lædat meo corpore.i.ne fortasse noceas tibi,& lædas tuas manus me uerberando. ¶Cōpedibus,uinculis pedū. ¶Vinctus,ligatus.q.d.tuus amor satis tenebit me. ¶Cū bene,hęc oīa dicit Acontius,ut flectat eius animū. ¶Ipsa t.q seruit,q pi at seruitutē tā patienter. ¶Agor reus,utit signate uerbis iuris,nā reus dr̄ cōtra quē agit.et si nihil admiserit. ¶Nō ullo.i.nullo. ¶Est iniuria nostri,dicit esse iniuria,quā tibi intuli. ¶Delia,Diana a Delo insula:in qua & nata est & colebat præcipue. ¶Redde deæ:quā testē adduxisti. ¶Rubebas:cū rubore præ pudore uultū ostendebas. ¶Vocē tuā uerba:p quæ iurasti. ¶Omina re careāt:terret eā commemorās ei Dianæ sæuitiā in uindicando se. ¶Omina: auguria de eius uiolētia. ¶Careant re.i.effectu.i.utinam nihil mali tibi diuinem:melius legitur omina:q̄ omnia. ¶Violētius: sæuius. ¶Illa:Diana. ¶Quod nolim.i.uidere:quod tu læseris eam. ¶Testis erit:adducit exempla. ¶Aper Calydonis:aper:quē illa irata Oeneo ad uastandū Calydonē immisit:qa Oeneus cum sacrificasset aliis Diis:sola Diana omissa:ut alibi plenius dixim⁹ illa Aprū:qui totā regionē uastaret:imisit:q fuit causa mortis Meleagri:ut in epistola Deianirę dixi. ¶Parēs:Althęa mater Meleagri. ¶Sit reperta magis sæua in natū:qa consumpto torre:in quo eius uita fataliter cōsistebat:eū interemit:uel eius uitam diris imprecatiōibus execrata est. Hāc fabulam diximus plene in epistola Briseidis sup eum locum: Fratribus orba Deuouit nati:spēq;:caputq; parens. ¶Testis & Actæon in filius fuit Aristei:& Autonoes filiæ Cadmi:qui cum uenatione delectaret:ea fessus cū syluam qetis gratia ingressus esset:forte uidit Dianam nudā cum nymphis suis se lauantem,quæ audacia eius irata,ne id unquā eloq posset,in Ceruū eum mutauit,q postea a canibus suis,eū uerum Ceruū credentibus dilaceratus est. scribitur hæc fabula plene ab Ouid.lib.iii.Metamorpho. ¶Creditus fera,creditus Ceruus. ¶Illis.s.canib⁹, uel sociis suis. ¶Cū quibus ante dedit leto feras.i.cū quibus ante interfecerat feras. ¶Quæq; superba parens, aliud exemplū Niobes,quæ Tātali,& Taygetes Pleiados filia,septem filiorum,totidēq; filiarum mater ex Amphione Thebano marito suo,cū ob alia,tum ob fœcunditatem filiorum insolens,Latonæ,quæ duos tantū peperisset,numen aspernata est,& populū sacrificare uolētem imp is uerbis deterrere ausa est. Quare Apollo,& Diana Latonæ matris iniuria moti,& eius p ecibus incitati nube tecti Thebas uenerunt,& Nioben uniuersa prole sagittis suis confossa priuauerit,quæ dolore materno ob stupefacta in saxum conuersa dicitur,& scribit Ouidius libro sexto Metamorpho. In patriam rapta est, ubi fixa acumine montis Liquitur,& lachrymis etiam nunc marmora manant.

Re⁹ qs sit

Diana uñ dicta est

Aper calydonius qd

Actęōis fa.

Niobes & filiorū fab, de q̄ supra

ASCEN. ¶IGNORAS.i.si ignoras,aut qa ignoras tua iura.i. q sum tui,uiris,& tibi deditītius. Facta liuida.i.fere plūbei coloris qui fit ex uerbere,aut compressione corporū. Ne ista.i.tua manus quā patienter figurate.i.o quam,idest quantum patienter amat. Omina re careant.i.uō habeant effectum,quæ ominor de te.s.Deam de te uindictam sumpturam, sicut sumpsit de cæteris sui contēptoribus.s.Calydoniis,Actæonæ,& Niobe.de Calydonii dicitur Aeneid.vii.Concessit in iras Ipse deū antiquam genitor Calydona Dianæ,Testis & Actæon. Ordo est,& Actæon est testis,quoniam ipse creditus,supple est esse fera illis.s.canibus suis,qui ipsum credentes feram esse dicerpserunt. Cum quibus:scilicet canibus sociis uenationis, ipse ante,idest prius dedit leto,idest morti,feras,scilicet bestias.

ANTO. ¶ AD stat flebilis: flet etiam nunc in saxum uersa: nam ex eo saxo in memoriam lachrymarũ adhuc aqua scaturire traditur. ¶ Falsa monere: suasionẽ hanc habere. ¶ Nubendi tempore: quoties alii nubere tentas. ¶ Neu sis periura, ut promissa serues: quæ iureiurando in eius æde firmasti. ¶ Parce monere feros: apostrophe ad Dianam. ¶ Virginis animosę: quoniam tuæ uoluntati audet obsistere. ¶ Facies: Cydippes forma. ¶ Hostibus & siquis: ita se habeant hostes Dianę, ut ego sum te cum uideo morbo cruciari. ¶ Inualida te: cum tu non uales. ¶ Te nubente: cum paras me relicto alii nubere. ¶ Quod minus esse uelim: uel quod ægrotes: uel quod nubes: utrunq; est mihi æque molestum. ¶ Dominæ periuria: pœna, quam pro perfidia dat. ¶ Ne tamen ignorem: demonstrat sollicitudinẽ suã: unde molestiam arguat. ¶ Ministro: se dominæ aliptam desideratne medicorum iussa præteriret. ¶ Effingo: non adstringo legas: nam aliptæ non adstringere est, sed effingere. Adstringere enim ad medicos attinet: cum uenam deprehendunt. Effingere est componere, & tractare: optat enim posse assistere, & manus tractare. ¶ Quem minime uellem: illũ uidetur suspicari: cui Cydippe erat nuptura. ¶ Assidet ægræ: Aliptæ officium prębet: utitur notatione: scribit signis certis amatorem salientem uenam: quæ febris calore nimia agitatione impellitur. ¶ Per causam: deprehendendæ uenæratione.

Alipta qd sit

Eff ngo qd proprie

Nunc quoq; Mygdonia flebilis adstat humo.
Hei mihi Cydippe, timeo tibi dicere uerum,
Ne uideat causa falsa monere mea.
Dicendum tñ est: hoc est (mihi crede) quod ægra
Ipso nubendi tempore sæpe iaces.
Consulit ipsa tibi: neu sis periura laborat,
Et saluam salua te cupit esse fide.
Inde fit, ut quoties resistere perfida tentas,
Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animosæ uirginis arcus,
Mitis adhuc fieri, si patiare, potest.
Parce precor teneros corrumpere febribus artus,
Seruetur facies ista fruenda mihi:
Seruentur uultus ad nostra incendia nati,
Quiq; subest niueo lenis in ore rubor.
Hostibus, & siquis ne fias nostra, repugnat,
Sic sit, inualida te solet esse mihi.
Torqueor ex æquo uel te nubente, uel ægra,
Dicere non possum, quod minus esse uelim.
Maceror interdum, q sum tibi causa doloris,
Teq; mea lædi calliditate puto.
Inq; caput nostrum dominæ periuria quæso
Eueniant pœna tuta sit illa mea.
Ne tamen ignorem, quid agas, ad limina crebro,
Anxius huc, illuc dissimulanter eo.
Subsequor ancillam furtim, famulumq; requiro,
Profuerint somni quid tibi, quid ue cibi?
Me miserum, quod non medicorũ iussa ministro:
Effingoq; manus, insideoq; toro.
Et rursus miserum, quod me procul inde remoui:
Quem minime uellem, forsitan alter adest.
Ille manus istas effingit: & assidet ægræ
Inuisus superis, cum superisq; mihi.
Dumq; suo tentat salientem pollice uenam,
Candida per causam brachia sæpe tenet.
Contractatq; sinus, & forsitan oscula iungit.

HVBER. ¶ MYGDONIA: regio est minoris Asiæ: quæ & Bithynia dicitur. ¶ Nunc quoq; flebilis: quia, ut in Metamorphosi scriptũ diximus: Lachrymis etiam nunc marmora manant. ¶ Monere falsa: dicere nō uera. ¶ Mea causa: mea utilitate, ut facias, quod peto. ¶ Hoc tu mihi crede: quod ægra: ordo est, O Cydippe, qđ tu iaces sæpe ægra ipso tempore nubendi, ipsa Dea consulit tibi. i. facit utilitatẽ tuam. ¶ Et laborat, idest curat, ne sis periura ne uioles fidem, quam promisisti: quia per istam ægritudinem monet, ut serues promissa. ¶ Saluam: incolumem. ¶ Inde fit: inde accidit. ¶ Obsistere: idest negare promissa. ¶ Toties corrigat peccatum: quia quando uis negare te nō promisisse mihi, & uis alii nubere: tunc facit te grauis ægrotare. ¶ Parce: hortatur, ut nō irritet deam. ¶ Parce: serua, noli irritare arcus, quibus se ulcisci solet. ¶ Mitis: placata. ¶ Teneros artus: mēbra tua. ¶ Fruẽda: utenda mihi, idest seruentur ad usum meum. ¶ Lenis: modicus. ¶ Hostibus: ostẽdit quantum eam amet. Imprecatur enim talem dolorem, & angorem animi hostibus suis: qui impedisset, ne nubat ipsi Acontio, qualem dolorem dicit se experiri ipsa Cydippe ægrotantæ. Ordo. ¶ Sic sit, idest sic eueniat hostibus: siqs repugnat, ne fias nostra, ut sicut solet esse mihi te inualida, idest te infirma. ¶ Torqueor, dicit, quod parem habet animi cruciatum, siue nubat alii: siue ægrotet, nec satis sciret dicere, utrum horum mallet: quia neutrum uellet. ¶ Maceror: affligor. ¶ Mea calliditate: mea fraude: qua te decepi. ¶ Inq; caput: rogo, inquit ut pœnæ: quas tu ex periuriis pati debes, in me transferantur, & tu sis libera. ¶ Ne tamẽ: dicit se sæpe uenire domũ eius, ut intelligat, qd agat. ¶ Dissimulanter: occulte: ne uideat uenire ob hanc causam. ¶ Requirens: interrogans ancillam, uel famulum tuum. ¶ Profuerint ne tibi somni. i. an potueris dormire, & comedere. ¶ Me miserum: dolet, quod nō sit minister eius, ut posset ad eam ire, & eam tangere, & eius toro assidere, ut ministri faciunt. ¶ Iussa: præcepta. ¶ Alter quæ minime uellem: qui fortasse quærit habere te uxorem. ¶ Adest: assistit tibi. ¶ Inuisus superis: quia uult a te, quod est contra fidem tuam. ¶ Tentat: tangit. ¶ Pollice: digito, ut medici solent uenam salientem mobilem: qualis solet esse in febricitãte. ¶ Tenet: manu sua. ¶ Per causam: simulans se tangere uenam. ¶ Contractat: sæpe tangit. ¶ Sinus: pectus. ¶ Ista merces. s. iungendi oscula.

Vena in febricitantibus q̃lis sit

ASCEN. ¶ HEI mihi Cydippe. Argute ad id, quod tota epistola prætendit: peruenit, ut scilicet persuadeat ea de causa infirmitate tactam, quia iusiurandum in conspectu Deæ præstitum non obseruat. Ipsa scilicet dea consulit tibi, idest saluti tuę: non est autem legendum consuluit, sed consulit. Et ut Valla docet, sæpius dicimus de rebus externis, quam de consilio dando consulem, & est quasi prospicere, & prouidere, aut commodum ferre, ut consule honori meo, ut cōsului rebus tuis Neu, idest neue, idest uel laborat, ne sis periura, idest ne peieres alteri nubendo. dicimus autem periurium, & periurus periura periurum. Non autem periuro, sed peiero. Parce monere, & cætera. Vult superior esse apostrophen ad Dianam, sicut Iuuenalis ad Apollinem: Parce precor Pæan & cætera. Vt sit o Diana precor parce monere feros artus, idest in domina membra uirginis animosæ, idest perstantis pertinaciter in opinione sua, quia potest adhuc fieri mitis, & patiare, & scilicet superuiuere, quæ causa cur, & dei, & homines maleficis parcant, & ita legendum est feros artus. Alii habent ferox & arcus: ut sit: parce o Cydippe ferox, monere arcus uirginis: animos, scilicet Dianæ, quia si patiare: idest nisi periurie obstes: dea potest fieri adhuc mitis, idest placabilis tibi, & hoc modo potius legendum puto, quia semper ad Cydippen loquitur dicens. Hostibus & siquis. Vbi ordo est. Et siquis supple ex hostibus repugnat, ne scilicet facies tua sit nostra, sic sit, supple illi, ut solet esse mihi te existente inualida: hoc est ægerrima. Quod minus orator diceret, utrum minus esse uelim quia de duobus tantum loquitur. Interdum maceror. Sulpitius legit maceror interdum, & ita plurimi codices habent, sed maceror primam corripere solet sicut macies, & macer.

¶ Merces

ANTO.

¶ MERCES plenior: maior, q̄ ſuus labor mereatur. ¶ Præcerpere: tranſlatio ab iis: qui immatura poma legunt. ¶ Pręripis, inquit, alienos amores. ¶ Turpiter: per adulterium. ¶ Poſtmodo: deinceps meis admonitus uerbis. ¶ De uacuis: nō pactis. ¶ Vendicet: promiſſo coniugio ſuam dicat. ¶ Nō uacat: uiro non caret. ¶ Pacti humani refellit aduerſarii iura per contentionē, inqt, pactū: quo arguis Cydippen eſſe tuam: homines fecerūt: meū uero diuinū eſt. ¶ Iccirco: quod a pacto arguas. ¶ Par: qm̄ tuum humanum eſt pactum: meū uero diuinū. ¶ Hæc mihi ſe pepigit: firmat cauſam a cognatione. ¶ Primus ab illa: cuius ius ſecundū eſt: cum illa in cognatiōe ſibi prima ſit: cuiq; natura de ſe, quod uiuit, liberū eſt facere. ¶ Homines: habuit teſtes. ¶ Teſtificata deam: Dianā adhibuit teſtē. ¶ Mendax: qui fallit, hoīem mendacem appellamus: periurium uero: qui Diis immortalibus fidem nō ſeruauit. ¶ Hęc cubat. febre uerſatur Cydippe. ¶ Ille: pater: qui filiam alii deſpondit uiro. ¶ Diſſimili mente: arguit ab iniquitate facti: unde monſtret Dianæ iram non fore iniuſtam cum humana diuinis præpoſita uideant. ¶ Tu petis ex tuto: es uoti compos. ¶ Nunc quoniā ferus hic: in odium aduerſariū trahit: cuius facta crudeliter recenſet. ¶ Cauſa iniqua: quoniā nō is: ſed ego tibi maritus eſſe deberē. ¶ Hic: culpa admiſſi uiri. ¶ Hoc faciente: peccato huius. Qui mouent: in te Dianæ iram concitat. ¶ Et tu continuo: ſuaſio ab utili Valebis quamprimū, ſi repuleris admiſſum uirū. ¶ Templa conſcia: Dianæ ſacrifices. ¶ Et ſine teſte fides: non tātum boues mactati: uerum uitæ integritas litat.

Audi pulcherrimū dictum

Periur⁹ qs dicatur

Modus loquēdi pulcherrimus

Officio merces plenior iſta ſuo eſt.
Quis tibi permiſit noſtras præcerpere meſſes?
Ad ſpes alterius quis tibi fecit iter?
Iſte ſinus meus eſt: mea turpiter oſcula ſumis:
A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe tolle manus, quā tangis nr̄a futura eſt:
Poſtmodo, ſi facies iſtud, adulter eris,
Elige de uacuis, quam non ſibi uendicet alter,
Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.
Nec mihi crediderìs, recitetur formula pacti:
Neu falſam dicas eſſe: face ipſa legat.
Alterius thalamo tibi nos, tibi dicimus, exi:
Quid facis? hinc exi. non uacat iſte torus.
Nam qđ habes: & tu humani uerba altera pacti:
Non erit iccirco par tua cauſa meæ.
Hæc mihi ſe pepigit, patet hāc tibi, primus ab illa
Sed propior certe, q̄ pater, ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hanc: hæc adiurauit amanti,
Ille homines: hæc eſt teſtificata Deam.
Hic metuit mendax: ſed & hæc periura uocari,
Num dubitas hic ſit maior: an ille metus?
Denicq; ut amborum conferre pericula poſſis,
Reſpice ad euentus, hæc cubat, ille ualet.
Nos quoq; diſſimili certamina mente ſubimus,
Nec ſpes par nobis, nec timor æquus adeſt.
Tu petis ex tuto: grauior mihi morte repulſa eſt,
Idq; ego, quod iam tu forſan amabis, amo.
Si tibi iuſtitiæ, ſi recti cura fuiſſet,
Cedere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc quoniam ferus hic pro cā pugnat iniqua,
Ad quid Cydippe littera noſtra redit?
Hic facit, ut iaceas, & ſis ſuſpecta Dianæ:
Hunc tu, ſi ſapias, limen adire uetes.
Hoc faciente ſubis tam ſæua pericula uitæ:
Atq; utinam pro te, qui mouet, ille cadat.
Quē ſi reppuleris: nec quē dea damnat, amaris:
Et tu, continuo certe ego ſaluus ero.
Siſte metum uirgo: ſtabili potiere ſalute:
Fac modo polliciti conſcia templa colas.
Non boue mactato cœleſtia numina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte, fide.

HVBER.

¶ EST plenior ſuo officio, i. eſt ultra ſuum officiū: quia cum ſit medicus: hęc non ſunt eius officii. ¶ Quis tibi: apoſtropham facit ad illum medicum: q hęc faciat apud Cydippē: dicens eum nō hr̄e ius in eā, quæ ſibi ante ſit promiſſa. ¶ Pręcerpere: pripe. ¶ Poſtmodo: poſt hac. ¶ Si facies iſtud: ſi eam tetigeris, & oſculatus fueris. ¶ Eris adulter: qa contractabis alienā uxorē. ¶ De uacuis: de iis puellis: quę nondum ſunt obligatæ alicui. ¶ Vindicet: aſſerat. ¶ Aſſumat dominū ſuum: eſt ſub dominio alterius, eſt trāſlatio a poſſeſſiōibus, quę dicuntur eſſe dominii alicuius. ¶ Recitetur: relegatur. ¶ Formula pacti: uerba formalia, qbus mihi pmiſit. ¶ Alterius thalamo increpat illū, ut ab amica ſua diſcedat. ¶ Nō uacat: nō eſt uacuus. ¶ Nam quod: reſpōdet obiectioni: quia poſſet dicere eam ſibi p patrem eius deſpōſatam: dicit plus ualere promiſſionem factam per ſe de ſeipſa teſte dea quam promiſſionē factam per eius patrē. ¶ Primus ab illa: primus poſt illam. ¶ Propior ſibi: q̄ patri: quia quiſq; ſibi eſt proximus. ¶ Iurauit: quod plus eſt, q̄ ſimpliciter pmittere. ¶ Ille: pater. ¶ Homines: ſcilicet eſt teſtificatus. i. promiſit in præſentia hominū. ¶ Maior metus. ſ. mendacii, uel periurii. ¶ Euētus: exitus. ¶ Hęc: Cydippe. ¶ Cubat: ægrotat. Horatius: Cubat hic in ualle. Quirini. ¶ Valet: ſanus eſt. ¶ Nos: ego, & tu ſubimus certamina, ideſt certamus de Cydippe habenda uxore: diſſimili mēte, ideſt diſſimili propoſito, & intentione. ¶ Ex tuto, quia ſi nō habueris eam, nihil periculi tibi erit. ¶ Repulſa eſt grauior mihi morte, ideſt mihi erit grauius eam non habere, q̄ſi morerer. ¶ Cedere ignibus meis: non occupare meos amores, q fuerunt priores tuis. ¶ Iniqua, in qua ius nullum habet. ¶ Ad quod redit. q. d. ad malum tuum hic facit: nititur adducere illum in odium Cydippe. ¶ Hoc faciente, ideſt hoc exiſtente cauſa. ¶ Qui mouet, ſcilicet pericula. ¶ Cadat, moriatur. ¶ Quem Dea damnat, quem Dea habet inuiſum. ¶ Et tu cōtinuo, ideſt ſtatim ſubaudi eris ſalua. ¶ Potiere ſtabili ſalute, ideſt habebis ſanitatem ſtabilem, ſi ſeruaueris fidem. ¶ Colas, uenereris. ¶ Nō boue, & quia poſſet dicere ſe facere ſacrificia multa: dicit Deos inſpicere fidem, & non ſacrificia, ut Eſaiæ capitulo primo, Quid mihi in multitudine uictimarum ueſtrarum, quia multiplicaſti mihi ſacrificium de arietibus: & carnibus hircorum: ego enim contempſi ſanguinem uitulorum &c. ¶ Et ſine teſte: ideſt etiam ſi nullus ſciret aliquid eſſe promiſſum.

Audi pulcherrimū Eſaię dictū

ASCEN.

¶ ESSE fac ipſa legat. Sæpe apud hunc legit̄ fac corripi: ſed alii face legunt. nihil eſt autem toto cōtextu facilius. Tu petis ex tuto: quia repulſus nō morieris: ut ego. Nunc quoniam ferus hic &c. Omne crimen reiicit in aduerſarium ſuum: docens eius gratia amicam: quicquid patitur: pati: cum is eam ſolicitet ad periurium a quo: ut dea eam arceat: febribus torquet. Ad quid littera noſtra redit. Sunt q intelligunt ſit: ad quid remittit literas noſtras uolens eas legere: cū illi omnis culpa imputanda ſit. Sed ſi hoc opinaretur: fruſtra id: niſi in principio ſcriberet. Eſt ergo ſenſus: attende Cydippe Ad quid litera noſtra redit. i. quid ſibi uelit: qd pretēdat: quia uult hoc ſignificare: ꝙ hic facit: ut iaceas: & ſis ſuſpecta Dianæ. Reppuleris: gemino p ſcribitur: quia te corriperetur alioquin. Amaris pro amaueris. Siſte. i. retine: ne augeatur metus. Nō boue & cætera. bona: & ſancta ſententia forte non in non ſancto ore. Qualis illa: Thure deum placa uitulum ſine creſcat aratro. & illa: Dicite pontifices in templo quid facit aurum? & quæ ſequuntur. Sed quæ pręſtanda eſt &. i. etiam ſine teſte fide: ut ſit ordo: ſed gaudent fide quæ &c. Alii tamen: ut ornatus expoſtulat: legunt fides: ut ſit: ſed ſup. fide: quæ fides præſtanda eſt etiam ſine teſte, unde de uiro fideli dicit Cice. ꝙ cum eo etiam in tenebris mices.

Vt ualeant aliæ:ferrum patiuntur, & ignes:
　Fert aliis tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis:tantum periuria uita:
　Teq; simul serua,meq;,datamq; fidem.
Præteritæ ueniam dabit ignorantia culpæ:
　Exciderant animo fœdera lecto tuo.
Admonita es modo uoce mea,cum casibus istis,
　Quos quoties tentas fallere fere soles.
His quoq; uitatis in partu nempe rogabis:
　Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audet hæc,repetens, quæ sunt audita,requiret
　Ipsa tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes uotum:scit te promittere falso:
　Iurabis,scit te fallere posse Deos.
Non agitur de me: cura maiore laboro:
　Anxia sunt uitæ pectora nostra tuæ.
Cur modo te dubii pauidam fleuere parentes?
　Ignaros culpæ quos facis esse tuæ?
Et cur ignorant?matri licet omnia narres,
　Nil tua Cydippe facta pudoris habent.
Ordine fac referas,ut sis mihi cognita primum,
　Sacra pharetratæ dum facis ipsa Deæ.
Vt te conspecta,subito,si forte notasti,
　Restitimus fixis in tua membra genis.
Et te dum nimium miror,nota certa furoris,
　Deciderint humero pallia lapsa meo.
Postmodo,nescio qua,uenisse uolubile malum
　Verba ferens doctis insidiosa notis.
Quod quia sit lectum sancta præsente Diana:
　Esse tuam uinctam numine teste fidem:
Ne tamen ignoret, scripti sententia quæ sit,
　Lecta tibi quondam nunc quoq; uerba refer.
Nube,precor,dicet,cui te bona numina iungunt,
　Quem fore iurasti,sit gener ille mihi.
Quisquis is est,placeat:quoniā placet antē Dianæ,
　Talis erit mater,si modo mater erit.
Si tamen & quærat,quis sim,qualisq;,uideto:
　Inueniet nobis consuluisse Deam.

ANTO. ¶ FERRVM patiuntur,& ignes:morbi alii ferro:alii igne curant.¶ Succus amarus:triste poculū:qd̄ græci φάρμακον appellant.¶ Istis:aut igne,aut ferro,aut poculo.¶ Vita periuria:nō sis Dianę piura.¶ Pręteritę ueniā:status est, q uen ialis dicit̄ sumptus ab ignorātia poteris,q̄ ante hac facta sunt,ignorātia excusare:& ueniā mereri:deinceps admōita eris piurii rea.¶ Voce mea:meis lr̄is in memoriā illa tibi reduxi.¶ Casibus:malis,quæ urgēt.¶ Ferre:aduersa pati.¶ His quoq; uitatis:esto,ut pñtes casus uites.¶ Luciferas:Diana,& Lucina nūcupata est:quę parturientibus pęst,ut scribit Varro.¶ Hęc audi,tuas implorationes.¶ De quo:Acōtio:an alio.¶ Votū:in ptu ages uota.¶ Scit nouit te diis pmissa nō seruare.¶ Nō agit̄ de me:meas molestias cōtemno.¶ Cura maiore:ea erat de amicæ salute.¶ Dubii:de tua salute ancipites.¶ Ignotos culpę:q cām tui mali ignorāt.¶ Nil ruboris:est æqua tua cā:& nil nisi honestū habet.¶ Ordine fac referas: per causam breuiter enarrat:ut acta res est in Dianæ,æde.¶ Cognita:ad coniugiū prouocata.¶ Deæ pharetratæ:Dianæ,cuius arma sunt arcus & pharetrata.¶ Fixis genis:idest amātis signū.¶ Deciderūt palia:stuporis indicium est.¶ Doctis notis: literis callide scriptis.¶ Iunctam fidem:mihi præstitā de cōiugio.¶ Iungunt:cōiugem promittunt.¶ Talis:in hac sententia præstiterit.

Diana & Lucina q̄ sit

HVBER. ¶ VT ualeāt:arguit a maiori ad minus.¶ Succus amarus: medicina ex succo amarū herbarū.¶ Istis:succis amaris.¶ Tātū:solūmodo.¶ Ignorātia:qa tu nesciuisti te offendisse Dianā & ideo hęc tibi accidere.¶ Exciderant aio.i.memoria.¶ Admonita:reducta in memoriā.¶ Cum istis casibus:istis infelicitatibus ægritudinis.¶ His quoq;:magis ēt terret eā: ut caueat lędere Dianā qa si etiā nunc uitaret casus febris:tñ adhuc egeret eius auxilio in partu:qa inuocabat̄ a parientibus.¶ Luciferas:adiutrices: q̄ fœtum in lucē ferāt.¶ Requiret,de quo cōiuge partus eat tibi .i.uolet scire,ex quo marito pepereris: qa si ex alio paries, q̄ ex me:dicet te esse periuriā:& ideo nō esse iuuādā.¶ Promittes uotū:qa posset dicere se facturā uotū dicit,facies uotū falso: sicut falso p eā iurasti te futurā uxorē meā.¶ Iurabis.i.si iurabis,posse fallere deos:sicut semel fefellisti eā.¶ Laboro: angor maiore cura,q̄ de me.¶ Cur mō:querit̄,qd̄ fuerit in periculo mortis:& nō dixerit parentibus suis causam: qa nihil sciebant de illo pomo.Pudebat.n.eā dicere hoc parentibus.unde hortat̄,ut dicat: qa hoc factū nullā habet turpitudinē.¶ Dubiam:positā in periculo mortis. Iuuenalis. Curent̄ dubii medicis maioribus ægri. ¶ Licet:fas est.¶ Matri:puellæ.n.solent audacius matri, q̄ patri secreta sua dicere.¶ Ordine:pręponit ei omnia,quę uult,ut narret matri.¶ Restiterim: prosteterim.¶ Genis: oculis.¶ Pallia: uestes.¶ Deciderint humero:ceciderint ex corpore meo.¶ Nota certa furoris:certū signum uehementis amoris: quando aliquis est ita abstractus aspiciēdo amicam: quod nō sentit uestes cadere ex humeris suis.¶ Postmodo.s.referas.¶ Malū uolubile:pomum rotundum.¶ Nescio qua.s.parte templi.¶ Ferēs:habens scripta.¶ Quod:pomū.¶ Vinctam:obligatā mihi.¶ Refer uerba:dic ei uerba formalia iuramenti.¶ Dicet: mater tua.¶ Cui.s.mihi.¶ Quisquis est:etiam si esset mihi ignotus, debet placere mihi:quia placet Dianæ.¶ Talis:quæ ita tibi suadebit.¶ Si modo mater erit: si uere te materno affectu amabit.¶ Si rem,inquiret:si uolet scire,quis sim:inueniet Deā cōsuluisse nobis.i.nobis puidisse:& nō dedisse tibi maritum indignum.

ASCEN. ¶ VT ualeant aliæ &c.Et hæc sancta adhortatio,quia admonemur,ut corpus ualeat, animā sanare,& uitia mentis fugere. Tantum,idest tantummodo.uita.i.deuita, & fugæ piuria. His quoq; uitatis.i.posito,q etiam hæc mala euaseris,& alteri incolumis nupseris,adhuc opus erit,tibi opera Dianę, qa ipsa est Lucina,quæ præest parturiētibus,& in lucē uenietibus,ut in Bucco.Casta faue Lucina tuus iā regnat Apollo,sed & Iuno Lucina dicitur,unde Comicus,Iuno Lucina fer opē &c.Cū ergo Dianam inuocabis,q̄ret e quo & ita si ex alio,q̄ ex me fiet,memor periurii tui,& opē negabit.Nō agit̄ de me.s.causa mea aut de piculo meo,& id amatorie,& callide dicit.amatorie qdē,qa se plus illi,q̄ sibi timere significat.callide autē,qa nō sibi soli p illud cōsuluere uidetur,ut plenior sit dictis fides.Cur modo &c.uult,ut parentes sciant,quid iurauerit,ut & illi metu mortis filiæ suæ inducti consentiant.Nota certa furoris.i.quæ res est certa nota.i.certū indicium furoris.i.amoris nimii concepti.Et est per parēthesim insertū: & relatiuū sicut sæpe apud Maronem subauditur.Deciderunt:quidā textus habent deciderint,ut sit modus subiūctiuus pro indicatiuo,quia deciderunt penultimam legitime producit.uerum poetæ uolentes rem subitam significare,sæpe in ea psona syllabam longam corripiunt,ut in Buccolicis:Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Vbi tamen qdam tulerint legunt & in Geor.Miscueruntq; herbas,& nō innoxia uerba.& in Aenei.Obstupui,steteruntq; comæ, & uox faucibus hæsit,hic ergo subito casum significat.Sicut & is,q dicit:Non eodem cursu respondent ultima primis:postmodo.i.postmodum,nescio qua.i.per quā uiā.Lecta ubi quondā nunc quoq; uerba refer.Id callidissime monet,ut denuo etiam matre teste se iureiurando astringat.Si modo mater erit:si materno uolet officio fungi.Si tñ & quærat.Docuit iustum,& utile esse,ut seruata fide sibi nubat Cydippe,nunc idem docet & decens,& utile,utile quidem prius docuit, qa sic mortem euadat, nunc autem,quia generosum uirum,& sui amantissimum obtineat.Cum uero genus suū laudare uix audeat,patriam laudat.

¶ Insula

¶INSVLA Corycis.cõmendatio a patriæ præstantia:quam dicit cultam a musis:quoniam ex Cæa insula fuere: Simonides poeta: ut author est Stra.& ex fratre filius Bachilides:Corycinas nymphas:non,ut inscite aliq putauerunt, dicimus a Corycio insula Dianæ sacra,sed de Corycio antro in Parnasso musis sacrato:ideo in Metamorphosi est,cum Deucaliõ, & Pyrrha Parnasium conscendunt:Corycidas nymphas,& numina montis adorant.¶ Cæa:cæam insulam in ægæo esse diximus:ubi lex erat:ut Menander notauit:ut sexagenarii interimerentur.¶ Aquis:in insula.¶ Nihil:nec patriæ prestãtia: nec antiquum genus esto non probes,solus amor me tibi conciliare deberet.¶ Hæc tibi me in somnis: colligit epistolam.

ANTO. Qui pclari ex Cæa insu la fuere Corycinæ nymphæ q & uñ dictę Cæa insula q & uñ & truculẽti lma lex quę ibi uiguerat

Insula corycis quondam celeberrima nymphis
Cingitur Aegeo nomine Cæa mari.
Illa mihi patria est,nec,si generosa probaris
Nomina:despectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis:sunt & sine crimine mores:
Amplius ut nihil est,me tibi iungit amor.
Appeteres talem,uel non iurata maritum,
Iuratæ uel non talis habendus erat.
Hæc tibi me ĩ somnis iaculatrix scribere Phoebe.
Hæc tibi me uigilans scribere iussit amor.
E quibus alterius mihi iam nocuere sagittæ,
Alterius noceant ne tibi tela,caue.
Iuncta salus nostra est:miserere meiq,tuiq,
Quid dubitas unam ferre duobus opem?
Quod si contigerit, cũ iam data signa sonabunt,
Tinctaq uotiuo sanguine Delos erit.
Aurea ponetur mali felicis imago,
Causaq uersiculis scripta duobus erit.
Effigie pomi testatur Acontius huius,
Quæ fuerint in eo scripta fuisse rata.
Longior infirmum ne lasset epistola corpus,
Clausaq consueto sit tibi fine,uale.

quam commendat ab authoritate deorum,a somnis uerisimili tudinem afferens:& Diana,& amor hanc,ut tibi scriberem epistolam,iusserunt.¶ Alterius:Cupidinem intelligit: cuius uiolentia uexabatur.¶ Alterius:Dianę,cuius ira Cydippe uexabatur.¶ Iuncta: quoniam neuter sine salute alterius ualere poterat.¶ Talem iura.maritum:cum mihi matrimonio eris iuncta.¶ Sanguine uotiuo:mactatæ erunt hostiæ:quas pro te,& tuo coniugio uoui.¶ Ponetur imago:aureum malum in æde Dianæ suspensum.¶ Causa:sacrati mali.¶ Effigie pomi: huius pomi dedicatio testimonium exhibebit.¶ Fuisse rata:ad uota suc cessisse.¶ Consueto fine:uale non modo in fine:sed in principiis ueteres ponere consueuisse scribit Seneca.

Vale uerabũ quo loco cõsueuit ab authoribus poni.

¶INSVLA:dicit esse ex Cæa insula quę est in Aegęo mari:ut supra in argumẽto dixit:quæ probatur nõ ignobilis:quia olim celebrata fuit a nymphis Coryciis:cauendũ ne legatur Corynthiis:quia nec sensus:nec metri ratio patitur:sed Corycis ita dictis a Coryco antro in Parnasso:de quo Strabo sic inquit, Vniuersus Parnassus consecratus existit:& antra & alia loca sanctitate digna continens:ex quibus celeberrimũ,& formosissimum extat Corycium nympharum antrum eodem:quo & Cilicium nomine nũcupatum:dicit ergo in Cæo olim fuisse nymphas Corycias:de quibus Ouidius lib.i.Metamorpho.Corycidas nymphas:& numina montis adorant:ubi male quidam legunt Corciridas.¶ Insula Cęa:adiectiue dixit sicut isula Chia: pro chios.¶ Illa:insula.¶ Nec si generosa probaris nomina: idest si etiam placet nobilitas tibi.¶ Nec arguor:non pbor ortus auis despectis.i.non sum natus uilibus,& contemptis maioribus.¶ Sunt & opes: laudat se a reliquis: quibus amantes solent se laudare.

HVBER. Cæa insula Corycíæ nymphæ Corycium antrum a quo & Cilicium qui & ubi locor sit

¶ Vtq nihil:Vt:idest quis nihil iungat me tibi amplius. ¶ Amor est mihi.i.certe amo te. ¶ Appeteres.i.appetere deberes.¶ Vel.i.etiam.¶ Non iurata:sine iuramento.¶ Hæc tibi:dat authoritatem suis scriptis dicens se scripsisse monitu Dianæ, & amoris.¶ E quibus:Diana,& amore.¶ Sagittæ alterius:scilicet amoris.¶ Nocuere mihi:quia percusserunt me.¶ Tela alterius:scilicet Dianæ.¶ Iuncta salus nostra:idest mea uita est coniuncta cum tua:ita,ut te periclitãte ego etiam sim periclitaturus.¶ Duobus:tibi,& mihi.¶ Quod si contigerit:ut feras opem ambobus.i.ut mihi nubas.¶ Cum iam data signa sonabunt:dicit quando celebrabuntur festa Dianæ in Delo,& offerentur ei sacrificia uotiua,tunc Acontius suspendet in templo Deæ effigiem pomi aurei,in quo duobus uersiculis testificabitur Cydippen seruasse,quę in eo pomo scripta legerat,& iurauerat.¶ Cum data signa so.quia sonitu turbaꝝ uocabantur ad sacrificia.¶ Delos,insula ubi colitur Diana.¶ Erit tincta:idest maculata.¶ Sanguine uotiuo sanguine uictimaꝝ ex uoto interfectarum.¶ Rata:ualida:habuisse effectum.¶ Longior:dicit se nolle plura scribere:ne prolixitate fatiget:& afficiat molestia ipsam Cydippen ægrotantẽ,& infirmam:ordo est uale o Cydippe epistola longior lacesset corpus tuum infirmum.¶ Et ut sit clausa:idest conclusa.¶ Fine solito: quia finis epistolarum solet esse,Vale.

Vbi Diana colebatur

¶AMPLIVS utq nihil.i.& ut nihil amplius sup.sit mihi,quod cõmendes,me tibi iungit amor.E quibus alterius, ordo est,e qbus.s.dictis duobus nominibus Diana,quæ & Phœbe,& Luna,& Proserpina,& Hecate, & Luna dicitur, sicut & Triuia,& Delia,& aliis epithetis,& Amore.i.Cupidine,sagittę alterius.s.Amoris nocuere iam mihi,qa Amore lãgueo, & uulneratus sum sagittis Cupidinis,& caue tibi ne tela alterius.s.Phœbes,quæ est soror Phœbi hoc est Dianæ noceant tibi.Clausaq consueto sit.i.ut sit clausa fine consueto,quia in fine solet scribi,Vale.

ASCEN.

¶In uigesimam Epistolam Argumentum.

DElos insula in Aegæo eminet:quæ eam circundant insulæ Cyclades appellant:urbem habet in planitie sitam & Apollinis Latonæq templum.instabilis olim fuit,sed appropinquante Latonæ partu,ut scribit Pindarus, immobilis stetit & quatuor adamãtinis columnis nixa.magno in honore est habita ab heroicis temporibus ab omnibus oris in hanc insulam ad sacra publica conueniebant, cœtusq uirginum sacra ministrabat: qbus cum adesset Cydippe accepto insidioso pomo:uisa est se Acontio uxorem paciscí:eius pater alii desponsauerat:sub nuptiarum tempus febre correpta est cum excepisset id sibi Dianæ indignatione contigisse.concessura in Aconti uota respondit sed seculorum in curia q̃tum ex uetustis codicibus obseruare potuimus præter uersus duodecim epistola tota desideratur.Reliqui quicquid legitur:adulterium est.

Argumẽtũ epistolæ

ANTO.

Hippolyti fabula



Ertimui:ne quid doli tuæ apportarent literæ. ¶ Scriptum:epistolam. ¶ Sine murmure:nemine audiẽte. ¶ In scia:imprudens: & quæ tuas insidias non norat. ¶ Caprasses iterũ:rursus me capere tentasses. ¶ Dura inexorabilis,ut tuas literas non legissem. ¶ Omnia:& uota sacra. ¶ In Hippolyto suo: quem Aesculapius Dianæ precibus ad uitam deduxit:postq̃ ab eqs distractus est,appellatusq; Vrbius:in Aricino nemore seruandum nymphæ Aegeriæ cõmisit:ideo cautum est:ut equi Aricinum nemus non intrarent,quoniam Hippolytũ distraxerint. ¶ At melius uirgo,ab ætate,& sexu pathos est,uirgo,inquit,uirgini fauere debuisset. ¶ Paucos:nam diuturna febre uexata de salute desperarat.

HVBER.



Ertimui:licet quidam addiderint multa carmina, quæ in multis codicibus reperiebant̃ : puto tñ illa carmina nõ esse Ouidii, nã ex eadem officina exisse nõ uident̃,& ægrotantem puellã uerisile est breuiter rñdisse:itaq; nõ interpretabor ea, quæ dicta sunt,quæ tñ si qs uelit uidere,nõ hñt multũ difficultatis,& qm sunt responsiua:ad præcedentẽ epistolã facile intelligant̃. Rñdet aũt Cydippe se præ timore non ausam fuisse legere epistolã Acontii uerbis clare ꝓlatis: ne iterũ iuraret,sicut, qñ legit pomũ & dicit se fuisse in uolũtate nõ legendi,nisi, qđ dubitauit, ne Diana magis irasceret̃: quá dicit nimiũ fauere ipsi Acontio,cũ æquius esset,quod sibi faueret,qa uirgo deberet fauere uirgini. ¶ Pertimui: cũ mihi reddita est epistola tua. ¶ Sine murmure:sine probatione uerborum,sed tantum oculis & animo percurrẽs. ¶ Captasses:decepisses. ¶ Vt ipse fateris: nam dicit ꝓmissam satis est te semel esse mihi. ¶ Dura: aspra iu non legendo scriptum tuum. ¶ Sæuæ: iratæ. ¶ Cũ faciam oĩa: in honorem Dianæ,& propter ipsam. ¶ Dem pia thura.i.faciã ei sacrificia thure. ¶ Fauet tibi plus iusta parte.i.plus æquo tuetur partes tuas. ¶ Vindicat te: facit uindictã pro te. ¶ Vt cupis credi:quia tu dicis mihi,quod hæc est cã,quare ægroto.dixit.n. ipse Dicendum tñ est,hoc tu mihi crede,quod ægra Ipso nubẽdi tpe sæpe iaces.Consulit ipsa tibi. ¶ Talis in Hippoly.non tm̃ fauit Hippolyto suo,quem etiam ẽm quosdam per Aesculapiũ, a morte ad uitã reuocauit.ut Virgi.scripsit:licet Horatius aliter dicat. ¶ Talis:tam fauorabilis. ¶ In suo Hippolyto: pro in suũ Hippolytum, Archaismos,sic Virgilius. Talis in hoste fuit Priamo. ¶ Melius iustius. ¶ Virgo:ipsa Diana uirgo. ¶ Fauisset annis uirginis,mei Cydippes,quę etiã sum uirgo. ¶ Quos:annos. ¶ Vereor:timeo. ¶ Ne uelit esse paucos mihi,quia timeo,ne uelit me cito mori. Sed nequis putet me prætermisisse eoꝝ, quæ sequuntur explanationem propter difficultatem,aut ignorãtiã locoꝝ exponam locũ, qui omniũ difficillimus putatur, de quo a multis rogatus sum:qui se uiros doctos frustra cõsuluisse dicerent,quibus iam uiua uoce dixi,qd sentirem. Is locus est. Miror & innumeris strictam de cornibus Aram, Et de qua pariens arbore nixa dea est. Aram structam de cornibus, Aram Dianæ intellexit,quę ita erat structa,quoniam ipsa est dea uenationis,cuius indicia sunt cornua ferarum,aut de cornibus tãtũmodo ceruorum factam intelligit,qui sunt in tutela Dianę. Arbor de qua dea pariens est nixa,quæ sit ipse Ouidius aperte declarat lib.vi. Metamorpho.his uersibus. Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ Edidit inuita geminos Latona nouerca:arborem igitur palmæ,& oliuæ significat,cui incumbens Latona Dianã,& Apollinem peperit,hoc autem in Delo fuit.

Hippolyti fabula

Locus enodatus

Latonæ fabula



CYDIPPE ACONTIO.



Ertimui, scriptumq; tuum
sine murmure legi:
Iuraret nequos inscia lingua deos.
Et puto captasses iterum nisi,ut ipse fateris,
Promissam scires me satis esse semel.
Nec lectura fui, sed si tibi dura fuissem.
Aucta foret sæuæ forsitan ira deæ.
Omnia cum faciam, cum dem pia thuræ Dianæ:
Illa tamen iusta plus tibi parte fauet.
Vtq; cupis credi,memori te uindicat ira,
Talis in Hippolyto uix fuit illa suo.
At melius uirgo fauisset uirginis annis,
Quos uereor paucos ne uelit esse mihi.
Languor enim causis non apparentibus hæret,
Adiuuor & nulla fessa medentis ope.
Quam tibi nũc gracilẽ uix hæc rescribere? quáq;
Pallada uix cupito membra leuare putas?
Nunc timor accedit,nequis,nisi conscia nutrix
Colloquii nobis sentiat esse uices.
Ante fores sedet hæc,qd agamq; rogãtibus inter,
Vt possim tuto scribere,dormit,ait,
Mox ubi secreti longe causa optima somnus
Credibilis tarda desinit esse mora
Iamq; uenire uidet, quos non admittere duꝝ est,
Excreat,& ficta dat mihi signa nota.
Sicut eram, ꝓperans uerba imperfecta relinquo:
Et tegitur trepido litera cauta sinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:

ASCEN.



Ertimui: breuis est hæc epistola: aut quia residuum periit: aut quia plura ægrotantem scribere non decuit. Sine murmure: idest sine uoce iuraret nequos inscia lingua deos. Aucta foret sæuæ &c.hoc dicto consentit in sententiam Acontii. Nã sibi persuasum significat febrem illam a dea irata illatã. Illa tamen iusta: honestatis gratia dicit se coactam:ut consentiant Acontio cõtra uoluntatem paternam. Memori ira:sic Maro memorem Iunonis ob iram. Talis in Hippolyto uix fuit. Bene dubitat. Nã Virg.dicit eum reuocatum a morte pœonis herbis. Horatius autẽ inquit. Neq; enim Diana pudicum Liberat Hippolytũ. Quos uereor paucos ne uelit &c, ergo quasi plura scribere nequiens:sic artificiose epistolam clausisse potuit.

Quantus sit nobis, aspicis ipse, labor.
Quæ peream, si dignus eras: ut uera loquamur,
Sed melior iusto quamq; mereris ero.
Ergo te propter toties incerta salutis
Commentis pœnas doq;, dediq; tuis.
Hæc nobis formæ te laudatore superbæ
Continget merces: & placuisse nocet.
Si tibi deformis, quod mallem, uisa fuissem:
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo, nunc me certamine uestro
Proditis & proprio uulneror ipsa bono,
Dum neq; tu cedis: nec se putat ille secundum
Tu uotis optas illius, ille tuis.
Ipsa uelut nauis iactor quam certus in altum
Propellit Boreas, æstus, & unda refert.
Cumq; dies caris optata parentibus instat:
Immodicus pariter corporis ardor inest.
Nec mihi coniugii tempus crudelis ad ipsum
Persephone nostras pulsat acerba fores.
Iam pudet, & timeo, quãuis mihi conscia nõ sim,
Offensos uidear ne meruisse Deos.
Accidere hoc aliquis casu contendit, & alter
Acceptum superis hunc negat esse uirum.
Ne ue mihi credas in te quoq; dicere famam:
Facta ueneficiis pars putat ista meis.
Causa latet: mala nostra patẽt: uos pace mouetis
Aspera sum mota prælia, plector ego.
Dicam nunc solitoq; tibi me despice more:
Quid facies odio? sic ubi amore noces.
Si lædis, quod amas: hostem sapienter amabis:

¶In heroidas hæc habuimus: ut ad te q̃ emendatissima mitteremus: quæ ut in academicis Varro: quoniã indoctis: doctiq; non forent ꝓbaturi: edere nõ dubitauimus. Cupimus enim inuidi: beneuoliq;: qualescunq; legãt, illi, ut aliena ex merito, siqua est laude rumpãtur. Hi uero tecum meis uigilis, & laboribus gratulentur.

Me precor, ut serues: perdere uelle, uelis.
Aut tibi iam nulla est speratæ cura puellæ:
Quam ferus indigna labe perire sinis.
Aut dea si frustra pro me tibi sæua rogatur:
Quid mihi te iactas? gratia nulla tua est.
Elige, quid fingas: non uis placare Dianam:
Immemor es nostri: non potes, illa tui est.
Vel nunquam mallem: u.l non mihi tempore in illo
Esset in ægæis cognita Delos aquis.
Tunc mea difficilis deducta est æquore nauis:
Et fuit ad cœptas hora sinistra uias.
Quo pede processi? quo me pede lumine moui?
Picta meæ tetigi quo pede texta ratis?
His tamen aduerso redierunt carbasa uento:
Mentior ah demens: ille secundus erat.
Ille secundus erat: qui me referebat euntem:
Quiq; parum felix impediebat iter.
Atq; utinam constans contra mea uela fuisset:
Sed stultum est uenti de leuitate queri.
Mota loci fama properabam uisere Delon:
Et facere ignaua puppe uidebar iter.
Quam sæpe, ut tardis, feci conuitia remis:
Questa sum uento lintea parca dare.
Et iam transieram Myconem: iam Tenon, & Andron:
Inq; meis oculis candida Delos erat.
Quam procul, ut uidi, quid me fugis insula dixi?
Laberis magno nunquid, ut ante mari?
Institeram terræ cum iam pene luce peracta
Demere purpureis Sol iuga uellet equis.
Quos idem solitos postq̃ reuocauit ad ortus,
Comuntur nostræ matre iubente comæ.
Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum:
Et uestes humeris induit ipsa meis.
Protinus egressæ superis: quibus insula sacra est:
Flaua salutatis thura: merumq; damus.
Dumq; parens aras uotiuo sanguine tingit:
Festaq; fumosis ingerit exta focis.
Sedula me nutrix alias quoq; ducit in ædes:
Erramusq; uago per loca sacra pede.
Et modo porticibus spatior, modo munera regum
Miror: & in cunctis stantia signa locis.
Miror & innumeris structam de cornibus aram:
Et de qua pariens arbore nixa Dea est.
Et quæ præterea (neq; enim memini ue, libet ue,
Quicquid ibi uidi, dicere) Delos habet.
Forsitan hæc spectans: a te spectabar Aconti:
Visa simplicitas est mea posse capi.
In templum redeo gradibus sublime Dianæ:
Tutior hoc ecquis debuit esse locus?
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali:
Hei mihi iuraui nunc quoq; pene tibi.
Sustulit hoc coniux: mirataq; perlege dixit:
Insidias legi magne poeta tuas.
Nomine coniugii dicto confusa pudore:
Sensi me totis erubuisse genis.
Luminaq; in gremio ueluti defixa tenebam:
Lumina propositi facta ministra tui.
Improbe quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta est?
Quid ue uir elusa uirgine laudis habes?
Non ego constiteram sumpta peltata secure:
Qualis in iliaco Penthesilea solo.
Nullus amazonio cælatus baltheus auro:
Sicut ab Hippolyto præda relata tibi est:
Verba quid exultas? tua si mihi uerba dederunt?
Sumq; parum prudens capta puella dolis.
Cydippen pomum: pomum Schœneida cepit:
Tu nunc Hippomenes scilicet alter eris.
At fuerat melius: si te puer iste tenebat:
Quem tu: nescio quas: dicis habere faces:
More boni solito spem non corrumpere fraude:
Exoranda tibi: non capienda fui.
Cur cum me peteres: ea non proferenda putabas?
Propter quæ nobis ipse petendus eras?
Cogere cur potius: q̃ persuadere uolebas?
Si poteram audita conditione capi.
Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris?
Linguaq; præsentem testificata deam?
Quæ iurat mens est: nil coniurauimus illa:
Illa fidem dictis addere sola potest.
Consilium: prudensq; animi sententia iurat:
Et nisi iudicii uincula nulla ualent.
Si tibi coniugium uolui promittere nostrum:
Exige polliciti debita iura tori.
Sed si nil dedimus præter sine pectore uocem:
Verba suis frustra uiribus orba tenes.
Non ego iuraui: legi iurantia uerba:
Vir mihi non isto more legendus eris.
Decipe sic alios: succedat epistola pomo:
Si ualet hoc magnas diuitis aufer opes
Fac iurent reges sua se tibi regna daturos:

Sitq; tuum toto quicquid in orbe placet.
Maiores hac ipsa multo(mihi crede)Diana,
Si tua tam præsens littera numen habet.
Cum tamen hæc dixi,cum me tibi firma negaui,
Cum bene promisti causa peracta mei est.
Confiteor,timeo sæuæ Latoidos iram,
Et corpus lædi suspicor inde meum.
Nam quare quoties socialia sacra parantur,
Nupturæ toties languida membra cadunt:
Ter mihi iam ueniēs positas Hymenęus ad aures
Fugit,& e thalami limine terga dedit.
Vixq; manu pigra toties infusa resurgunt
Lumina,uix moto corripit igne faces.
Sæpe coronatis stillant unguenta capillis,
Et trahitur multo splendida palla croco.
Cum tetigit limen lachrymas,mortisq; timorem
Cernit,& a cultu multa remota suo.
Proiicit ipse suas deducta fronte coronas,
Spissaq; de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in tristi lætum consurgere turba,
Quiq; erat in palla,transit in ora rubor.
At mihi uæ miseræ torrentur febribus artus
Et grauius iusto pallia pondus habent.
Nostraq; plorantes uideo super ora parentes,
Et face pro thalami,fax mihi mortis adest.
Parce laboranti picta Dea læta pharetra,
Daq; salutiferam iam mihi fratris opem.
Turpe tibi est illum causas depellere leti,
Te contra titulum mortis habere meæ.
Nunquid umbroso cum uelles fonte lauari:
Imprudens uultus ad tua labra tuli?
Præterii ne tuas de tot cœlestibus aras?
Atq; tua est nostra spreta parente parens?
Nil ego peccaui,nisi q; periuria legi:
Inq; parum fausto carmine docta fui.
Tu quoq; pro nobis:si non mentiris amorem:
Thura feras,prosint,quæ nocuere,manus.
Cur,quæ succenset:q; adhuc tibi pacta puella
Non tua fit?fieri:ne tua possit,agit?
Omnia de uiua tibi sunt speranda:quid aufert:
Sæua mihi uitam:spem tibi Diua mei.
Nec tu credideris:illum cui destinor uxor
Aegra superposita membra fouere manu.
Assidet ille quidem,quantum præmittitur ipsi:
Sed meminit nostrum uirginis esse torum.
Et quoq;(nescio quid)de me sensisse uidetur:
Nam lachrymæ causa sæpe latente cadunt.
Et minus audacter blanditur:& oscula rara
Accipit:& timido me uocat ore suam.
Nec miror sensisse notis cum prodar apertis:
In dextrum uersor,cum uenit ille latus.
Nec loquor:& tacto simulatur lumine somnus:
Captantem tactus,eiicioq; manum.
Ingemit:& tacite suspirat pectore:meq;
Offensam,quamuis non mereatur,habet.
Si mihi,quod gaudes:& te iuuat ista uoluptas:
Si mihi q; sensus sum tibi fassa meos.
Si mihi lingua foret:tu nostra iustus ira:
Qui mihi tendebas retia,dignus eras.
Scribis,ut inualidum liceat tibi uisere corpus:
Es procul a nobis:& tamen inde noces.
Mirabar,quare tibi nomen Acontius esset:
Quod faciat longe uulnus,acumen habes.
Certe ego conualui nondum de uulnere tali:
Vt iaculo scriptis eminus icta tuis.
Quid tamen huc uenias:sanē miserabile corpus:
Ingenii uideas bina trophæa tui.
Concedimus macie:color est sine sanguine:qualem
In pomo refero mente fuisse tuo.
Candida nec misto sublucent ora rubore:
Forma noui talis marmoris esse solet.
Argenti color est inter conuiuia talis:
Quod tactum gelidæ frigoræ pallet aquæ.
Si me nunc uideas:uisam prius esse negabis:
Arte nec est,dices,ista petenda mea.
Promissaq; fidem,ne sim tibi uicta,remittes:
Et cupies illud non meminisse Deam.
Forsitan & facies,iurem,ut contraria rursus:
Quæq; legam,mittes altera uerba mihi.
Sed tamen aspiceres,uellem:prout ipse rogabas:
Et discas sponsæ languida membra tuæ.
Durius & ferro cum sit tibi pectus Aconti:
Tu ueniam nostris uocibus ipse petas.
Ne tamen ignores,ope qua reualescere possim:
Quæritur a Delphis fata canente Deo.
Et quoq; nescio quantum nunc uaga fama susurrat:
Neglectam queritur tectis habere fidem.
Hoc Deus,& Vates:hoc & mea carmina dicunt:
At desunt uoto carmina nulla tuo.
Vnde tibi fauor hic:nisi quod noua forte reperta est:
Quæ capiat magnos littera lecta Deos.
Teq; tenente Deo numen sequor ipsa Deorum:
Doque libens uictas in tua uota manus.
Fassaq; sum matri deceptæ fœdera linguæ:
Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cætera cura tua est:plus hoc quoq; uirgine factum:
Non timui:tecum quod mea charta loqui.
Iam satis inualidos calamo lassauimus artus:
At manus officium longius ægra negat.
Quid nisi,quod cupio me iam coniungere tecum,
Restat?ut ascribat littera nostra?uale.

FINIS.

AD FRANCISCVM ARAGONIVM FERDINANDI REGIS NEAP.F. DOMITIVS CALDERINVS SAL.



Irificum est studium meum Francisce,& uoluntas quædam egregia in eos,qui de spem aliquam probitatis,& indolem præbent:neq; ullum finem facio cogitandi de iis,quæ ad eos uel iuuando,uel ornandos pertinere arbitror.Quod cum de omnibus facere soleo:tamen me id in primis debere existimo iis,qui uel populis aliquā do præ futuri sunt:uel natationum clientalas habituri.Video enim Platonem philosophorum,ut ille ait,Deū: cum de ciuium suorum educatione multa sapienter,eloquentissimeq; præcepisset.Vnumq; iuuentutis moderatorem com pluribus satis esse monuisset:in filiis regis quatuor educationis magistros requisiuisse:moribus,& doctrina insignes. Nimirum maiore cura censuit Plato formandum:quod multorum oculis aliquando exhibiturus erat:nam bonus princepatam omnibus communis est,q̄ lex sanctissima,& æquabili ciuium societati accōmodata. Incredibilem tu regis potentissimi filius de te expectationē concitasti:& cum ista ætate ueluti in tenellis arboribus:floribus contenti esse soleamus,tu nobis iam formatos uirtutem fructus produxisti.In quo plane declaras te paternæ gloriæ magnitudinem,& splendorem: nulla omnino ex parte ignorare:cum ad eam uel esse quedam:quod optabile est:uel superandam:id quod ipse fortasse cupiat:nos certe uix sperare audemus:tantis iam famæ,laudumq; præsidiis te compares,& contendas.Hæc cum ex aliis accipio:tum ex Corelio,multisq; amplissimi,diuiniq; principis Cardinalis tui neapolitani necessariis.Hi enim,siue quod domi te sæpe audiant:siue quod in te præcipuam,immortalemq; obseruantiam contulerunt:de te mecum & frequenter, & honorifice

Adagium Platonis

honorifice loquuntur:in primisq; de literarum studio. Quo in genere cum ab ineunte ætate uersatus sim, statui esse cum instituti mei:quod initio proposui:tum susceptæ de te opiniōis aliquid mittere:quod per æstatem in tua ista felici campania aliquando leges. Non tam quidem quod hęc boni principis animum formare possint:q̃ relaxare. Scio enim placare iis: quos tecum habes:ut uel lusibus animum interdum:grauiorumq; studiorum curam remittas. Vbi uero tu:aut libentius uelis conquiescere:aut honestius possis,q̃ in literis,habes nihil. Quod ut neq; hoc tempore alienum uideatur : neq; ætate tua efficere studui:ita accipies a Domitio tuo hanc elucubratiunculam in Sappho Ouidii:obscurioraq; Propertii loca : in quibus siquid præterea desiderabis : dabis operam : ut sciam. Ergo enim tam libenter perficiam : q̃ studiose incepi. Simul agnosces ciuem tuum Papinium Poetam : quem proximis uigiliis omnibus pristinæ dignitatis,famæq; ornamentis restituendum curaui. Vale ex Vrbe.

DOMITIVS IN SAPPHO OVIDII.



Callias Methymneus nulla lucubratione nobilior fuit,q̃ interpretatione poematum Alcæi,& Sapphus,tanta erant æstimatione eius mulieris scripta:quod Papi in patris Epicœdio satis testatus est: cum eam locauerit inter antiquos uates.& Strabo rem mirabilem eam appellat:nullamq; in poetice cum ea conferri posse arbitratur:dederunt quidem operam poeticæ præter hanc tres Corynnæ:de quibus in syluarum cōmentariis scripsimus : Erynna quæ concubina Sapphus fuit:ut Eustachius scribit,ea Lesbia:ut alii putant , Rhodia: uel Teia poema composuit lingua Dorica:tercentorum uersibus opus absoluit:quorum dignitas cum homero cōtendit: in eam illud epigramma græcum editum est : ἐννέα τὰς μούσας φασί τινες ὡς ὀλιγώρως ἠνὶ δὲ καὶ σαπφὼ λεσβόθεν ἡ δεκάτη. Theano præterea mulier locris lyrica fuit,& Mœro:quę hymnum in Neptunum composuit:& Charixena,& Praxila.de Sappho hæc Suidas apud græcos:Sappho Symonis:ut alii putāt Eumenii:ut alii Erygii:ut alii Ecrypti: ut alii Semi:alii Camonis:Et archi:alii nōnulli Scamandronymi:quibus astipulatur Herodotus matre Cleide:Lesbia ex Eresso: Lyrica nata quadragesima secunda olympiade:quo tēpore & Alcæus & Stesi:orus & Pythacus:tris fratres habuit:larycum:Charaxum:Eurygiū Cercylle uiro Andrio ditissimo nupsit:cui filiā peperit:Cleida nomine amicas tris:Attidem:Telesippam & Megaram habuit:qbus ad libidinem usa dicitur. Discipulas:Anagoram:Milesiam:Congyllam:Colophoniā:Eunicā Salaminam:scripsit libros lyricos nouem:prima plectrū reperit:scripsit Epigrāmata:Elegias:Iambos:& Nænias. Sappho Lesbia ex Mytilene Psaltria:hæc amore Phaonis Mytilenei ex Leucade se deiecit: nonnulli huic carmen lyricum tribuunt. hæc Suidas gręce. huius poemata lasciua fuisse indicat Ouidius:Lesbia quid docuit Sappho,nisi amare puellas.& in arte amandi. Nota sit & Sappho:quid enim lasciuius illa. Horatius:Viuuntq; cōmissi calores Aeoliæ fidibus puellæ uiro: Cercylla mortuo & Cleide filia superstite relicta in amorem Phaonis incidit:quod Plinius herbæ tribuit.xxii.naturalis historiæ:ubi decentum cadita ita scribit portentosum:quod de ea traditur:radicem eius alterutrius sexus similitudinē referre, rara inuentu:&'si uiris cōtigerit mas:amabiles etiam fieri:ob hoc & Phaonem Lesbiū dilectum a Sappho:multæq; circa hanc non magnorum solum uanitates:sed etiam Pythagoricorum:hęc Plinius. q̄uis mēdose in nōnullis codicibus ita scriptum sit. ob hoc Phaonem & Lesbium dilectos Sappho:sed ita legenda sunt uerba Plinii:ut nos recitauimus. iteq; enim dilexit Phaonem mortuo uiro:ut etiam Plautus ait in milite. Nulli mortali scio obtigisse hoc:nisi duobus tibi Phaoni Lesbio græco deniq; epigrammate ab Antipatro sydonio:tanq̄ decima musa ornatur:poemata illius extant nulla. Epistola hæc Ouid. est. aliis Heroidum inserta:quod in Corynna sua testatur ad Macrum scribens:cum Heroidum nomine: sed ad uiros scribere ait: Quodq; tenens strictum Dido miserabilis ensem dictat & Aoniæ Lesbis amica lyre:& cum nomine uirorum epistolas finxit Sabinus poeta : Phaonis quoq; nomine scripsit ad Sappho:de quo Ouid. Quam cito de toto rediit celer orbe Sabinus: Scriptaq; diuersis rettulit ille locis.& paulopost: Tristis ad Hypsiphylem ab Iasone litera uenit: Dat uotam Phœbo Lesbis amica lyram.i.accipit literas a Phaone Sappho eum non rediturū:quare se de Leucade deiecit:atq; ita amore liberata lyram dicauit Phœbo:quam uouerat:nam ita scripsit:Inde Chelya Phœbo cōmuni munera ponam, Et sub ea uersus unus,& alter erit. hæc autem epistola ab Ouidio composita affectus:qui mitiores sunt,copiosius exprimit:q̃ ulla alia:nam eam locupletauit poeta ex poematis Sapphus: quæ mollissima sunt:ut etiam de Homero multa transtulit.& ex Odyssea in Penelope,& ex Iliade in Briseide. tantum autem abest:ut hanc epistolam putem a Sappho scriptā: ut etiam statuam inseri oportere epistolis Ouid.& statim locandā post Didonem:nam eo ordine poeta scripsit: siquidem eius uersibus credimus paulo ante a nobis recitatis:sed cum aliis mollior esset:uarietateq; blandiretur:dum seorsum a nōnullis edis:itur:scribiturq;,sola libelli nomen meruit,& authoris fidem inuenit mulieris lugētis cum lachrymas:& amantis deorum omni ex parte impleat:de huius saltu ad Leucade:de Charaxi amore in Rhodopem:suis locis dicemus. Interea illud obseruandum est:partes lasciuiores & impudica uerba huic attribui:nam supra muliebrem cōditionem in amores ardebat:cum non modo uirum perdite amauerit,sed aliarum quoq; mulierum tribas fuerit,hoc est insultādo illas fricaret. nam τρίβειν fricare est,quod apud Iuuenalem , & Martialem diximus,& ab Horatio mascula Sappho appellatur: ea de causa,quis Porphyrio eum locum interpretans ambigendo scribat masculam dici , uel q̄ operam poeticæ dederit, quod est uiri,uel quod & tribas fuerit,quod & ipsa ingenue fatetur:quamuis mutatis amicarum nominibus : nam quas amauit præcipue:tres fuerunt, Athis, Telesippa,& megara, sed de his suo loco. Phaon in Siciliā discesserat:puella amoris ignibus incensa,sed plene ardēs,cum ab illo se sperni uereretur,statuit etiam capitis periculo furorem lenire demisso corpore ex Leucade,sed antequam illuc accedat per inconstantiam muliebrem tentans,quod desperauerat,hac epistola eum reuocare studet,faciens absenti inuidiam suæ conditionis,& calamitatis,quam omnibus incommodis miserabilem ostendit:dum & uoluptates omnes se abiecisse scribit Phaonis causa:in tanto dolore carmen non succurrere se ludibrio esse fratri filiam paruam superstitem , deniq; omnes misericordiæ articulos excutit,non sexus,non fortunæ mutatio , non habitus,non rerum omnium desperatio:non quicquid mite est:& mouet:pretermittitur.

Epistolę argumētum

Sapphus uita

Sabin⁹ poeta quas edidit eplās



SAPPHO PHAONI.

N Vnqd ubi aſpectã eſt ſtudioſæ lrã dextræ:
Protinus ẽ oculis cognita noſtra tuis?
An, niſi legiſſes authoris noĩa Sappho,
Hoc breue ne ſcires, unde moueť, opus.

DOMI. Qua de cã interrogam⁹:& quo nã pacto iterrogatio fiat.

N Vngd ubi aſpecta eſt. Pricipiũ aũt epł̃ę iterrogationẽ hẽt:& qdẽ figuratã:nã iſtãdi aliqñ grã iterrogamus;ut quouſq tãdẽ abutere patiẽtia nr̃a Catilina? nõ.n.illic Cic.iterrogat,ut ſciat:ſed ut ita acrius urgeat,iterrogamus ẽt qđ negari nõ poſſit:aut ubi rñdẽdi difficilis eſt rõ:aut iuidię grã:ut illud Medeæ apud Senecã. Quas.peti terras iubes? aut miſeratiõis:ut illud Sinõis: Heu q̃ me tellus, inqt, quæ me æquora põt Accipe? Deniq multis figuris iterrogam⁹: hęc aũt Sapphus iterrogatio ironiã quãdã ſuboſtẽdit:& infenſa Phaonis crudelitati ſui obliuionẽ expoſtulat : atq accuſat. nihil eni aliud ſignificãt q̃tuor primi uerſus,niſi ſe iã deſeri:dũ ambigũt:an ſtatim ille agnouerit lr̃am? an neſcierit,niſi legiſſet nomẽ: qđ.ſ.exciderat. ⁋ Lr̃a ſtu.dex.doctrinã ſuã indicat: cũ,inqt uidentes characteres tã ſtudioſe:& docte formatos:an cognouiſti eẽ epłam a me. Studioſæ:ſtudioſi bõi dñr,& lr̃is eruditi: mihi adeo late patere ur̃:ut diligẽtẽ in ſuo gñe artificẽ ſignificet ſtudioſum:librariũ pictorẽ:atq id gen⁹. ⁋ Sapphus au.i.niſi legiſſes me eſſe eã q̃ mitteret epłam:nã ita ſcripta erat, Sappho Phaoni:penitus ignorabas,a quo mittereť

Author qs nam ſit

Author non eſt, q tm̃ facit:ſed q princeps eſt:& primus iubet,ut aliqd fiat:multaq fieri põt ab aliquo alio tñ actore:q nihil in his agat: ide illud apđ Liuiũ,frequẽter ut p̃res fiãt authores:ut pinde accipiãt:ac ſi ipſi iuſſiſſent:& ad militiã trãſlatũ authorare format: qđ eſt eligere in militiã:ex eo tractũ:q niſi impatores ſenatu authore bellũ gererẽt:triũphũ nõ merebanť: cũ aũt illis authoribus bellũ gerebãt:q̃ſi authoratu ab illis nauabãt operã:& miles authoratus ab ipatore ei operã p̃ſtabat:recept⁹.ſ.in munera militaria:& impatoris fide. Inde ex authorare diminuere eſt:& authoramẽtũ ſignat illã aſcriptionẽ ſimplr̃ D.ibũt

Miles authorat⁹ qs
Authoramẽtum qd
Locus euo datus

ueniã manes Laurẽtii:nõ.n.uideo q̃re ille authoramẽtũ p ſtipẽdio accipiat:& ne auide h̃ agere uidear:nõ refellã oĩa illi⁹ teſtimonia:unũ illud ſatis nõ mõ infirmũ eſt p illo:ſed p nobis firmiſſimũ:qđ ex Quintiliani declama.affert.nec difficilẽ ſane ſub illo p̃ertim authoramẽto miſſionẽ habuiſſe.ſed uoluit gladiator uiuere:dicat obſecro an authoramẽtũ illic p ſtipẽdio accipiat:nõ enim gladiator illic faciebat ſtipẽdiũ : ſed p̃ſtás operã uicariã obiiciebať arenæ.habuiſſet,inqt,miſſionẽ ſub illo p̃ertim authoramẽto.i.cũ ita eẽt aſcriptus in gladiaturã:nã p altero eũ accepat munerarius:ut parua ei uidereť futura iactura,ſi iuueni miſſionẽ dediſſet. Authorat ergo ipator militẽ cũ eũ aſcribit:nã qcqd deinceps agit miles authoratus ad imperatorẽ referť:cui uictoriã parat. Ita qcqd ex Liuio ille affert ex Sene.ad hãc ſniam nr̃am deduciť:ut in lib.noſtrarũ obſeruationũ oſtẽdimus. Sapphus genitiuus græcus eſt. Fabius qdẽ in.i.inſtitutio.ita ſcribit. Nunc recẽtiores inſtituerũt græcis

Latinã declinationẽ ſequi debemus quo ad decor patiatur.

noibus græcas declinatiões potius dare:qđ tñ ipſum nõ ſemp fieri põt:mihi aũt placet latinã rõnẽ ſequi,quouſq patiť decor. Neq.n.iam Calipſonẽ dixerim:ut Iunonẽ:q̃q̃ apud antiquos Cęſar utiť hac rõne declinãdi:ſed authoritatẽ cõſuetudo ſupauit. In cæteris quæ poterũt utroq mõ nõ indecẽter efferri:qui græcã figurã ſeq mallet:nõ latine qdẽ : ſed citra reprehẽſionẽ loqueť:qbus ex uerbis dicimus Cæſarem fuiſſe dicturum Sapphonis potius,q̃ Sapphus:ſed tñ hoc nõ indecenter efferri ſentit Quinti.ut Iouem legis apud Plau. quod grammatici quoq noſtri obſeruatunt.

ASCEN.

N Vnqd ubi aſpecta ẽ. Q uia oĩa ad unguẽ,& p quã graphice a Calderino declaranť fruſtra lõgus ſim:ne tñ nihil dicã:ſcies hãc epłam,ut cęteras ab Oui.cõpoſitã:nec uerſã ſeu trãſlatã:ſed excogitatã:licet Sappho multa carmina ſcripſerit:nec ei⁹ gñis ſolũ,qđ ab ea Sapphicũ dr̃:ſed & alia mlta,uerũ ga gręce,nõ latine ſcripſit : iſaniũt q hãc epłam:ut ẽ ab ea cõpoſitã ſomniãt. Nũqd.q.d.puto,q nõ,cũ tñ dẽat:ubi.i.ſtati poſtq̃ lr̃a metri cã ſinglr̃ p epła poniť:ſicut cõtra noia,p eo qđ eſt nomẽ põit Authoris Sapphus. Ergo author ab authoritate cõis eſt gñis. Vñ lu no apud Virg. Author ego audẽdi. Sapphus:gręcus gtũs:quo libẽtius utat,q̃ latino in cõſilr̃ dictiõe gręca. Habem⁹ aũt:ut Ser.docet ad illud.vii.Aenei. Luctific ã Alecto:tris caſus in uſu:gtũm in us:& accuſatiuũ,& uocatiuũ noĩatiuo ſiles in o.

⁋ Carmina

¶CARMINA mea Alterna: elegiaca.nã alternis numeris ſuccedunt heroicis:in qbus claruerũt apud Græcos Callimachus Philetas:Alexander:Aetholus:Antimachus:Calinus Mimnermus.Tyrtheus Lacædemonius inſtituti elegi Primum deflendo deſiderio mortuorũ.mox ad amores traducti:ſed nomẽ tñ retinerunt a miſerabili cantu:quẽ olim fundebant nã ἐλεεῖν eſt miſerari lyricis modis:nã & ſi elegiã attigerat aliqñ Sapho : tñ lyricis numeris pſtabat.De lyricis aũt poetis,& carmine regre,quæ elucubrauimus pauloante in ultimo Syluarum.¶ Flendus amor:ratione affert,quare a lyricis ad elegos tranſierit:ait enim argumento operis ſe impelli Poſſem,inquit,lyricis amores etiam includere: ſed lachrimis non cõuenit:quibus elegia manare ſolet.¶ Elegia flebile carmẽ: ambitus ẽ recurrentis in ſe ſyllogiſmi.Tu,inquit,fortaſſe qris,quare ſcribã elegos:amor meus deflendus eſt Elegia eſt carmẽ flebile,propterea nũc mihi magis cõuenit,q̃ lyricum:elegi uerbũ nõ placet frigidũ.n.eſt elegia,rõne ſyllabæ nõ oſtẽditur: cum eodẽ iure alibi defendatur.Ouid.in Corynna.Venit odoratus elegia nexa capillos.& alibi.Flebilis indignos elegia ſolue capillos. ¶ Nõ facit:nõ ſatis eſt,nec conuenit.¶ Barbitos:Eſchynus uerborum Græcorum interpres docet Barbiton eſſe genus cytharæ lyricæ:uel ipſam lyram Pollux locat eã inter inſtrumẽta,q̃ manu pulſantur.Stra.uero author eſt nomen eſſe barbarũ : nã qui Helicona muſis conſecrarunt,Thraces fuerũt: & antiquates:Ephorus:Orpheus:Muſæus: Thamyris : qui Baccho item Aſiam conſecrarunt in Indiam uſq; barbari:unde multa muſica inſtrumẽta barbaris noibus deſignantur:ut nablia:ſambuca magades:barbitos.¶ Barbitos.i.ullum carmen lyricum.uario autem genere profertur:maſculino ab Hora.Age.dic latinum barbite carmen Lesbio primum modulate ciui.Fœminino ab Ouidio hic:neutro ab aliis:multis chordis fuiſſe incidat Theocritus:q eam πολύχορδον appellat.¶ Ager fer.plenus ſegete.¶ Ardet:ardere ſolet.¶ Exercentibus:diuerſas in partes iactantibus.¶ Phaon:nomen liberti Neroniani:cuius meminit Tranquil.Phaon Lesbius inſignis forma.delitiæ Saphus : carmine tantum amicæ nobilis.¶ Celebrat:tenet , & colit. ¶ Aetnæ: Aetna mons Siciliæ notiſſimus:ſortitus nomen ab Aetna heroe:ut Caſtor ſcribit numine loci.cuius filiũ Lucius quidam temporibus Tibe.ſe profeſſus loca finitima latrociniis infeſtauit:ſed Romã ductus pænas dedit : Cataneiem oppidum Siciliæ,Aetna olim dicebatur:qđ nomen incolis expulſis Hieron rex dedit:de monte nunc intelligit: ſub quo Typhoeũ fulmine ictum eſſe poetæ fabulantur.Virg. illic dixit eſſe Enceladum ſyluis:Thyphoeum ſub Inarine inſula campaniæ ponit,non ardenter ſortita Typhoeum inarine.Luca.Conditus inarines æterna mole Typheus.Idem Ho.ſed libet hoc loco ambigere de noſtris ſcriptoribus : qui ubi Homerus dixit ἀρίμοις.i.in rimis arimos pronuncians:noſtri coniunctum præpoſitione flexerunt inarimen uſurpantes.Homerum uero de inſula campaniæ intellexiſſe:uel ille locus Plinii indicat.Ho.Inarime dicta a Græcis πυθηκοῦσα : non a ſimiarum multitudine:ut aliqui exiſtimauere,ſed a figulis doliorum nimirum id deſignans.qđ Stra.ſcri.his uerbis de Typhoeo loquẽs ex armis,ubi ſtratum dicunt eſſe Typhoea.Quidam hanc fabulam in Sicil.a fingunt:quidam Pythecuſis:præſertim,qui ſimias dicunt arimos ab Hetruſcis uocitari,Pindarus certe in Sicilia,ut etiam Oui.ſcri.Typhoeum excruciari ait his uerſibus:illũ Aetna uinculis fortiſſimis arctat Immenſum pater:centimanũq; Typhoeum:Tiphõ uero pater Harpyarum fuit,ut eſt apud Valer.flac.¶ Typhoidos.forma patronymica eſt a uoce græca deducta.τυφῶν unde typhonides,& typhonis formatur.¶ Euris indomi.uehementibus,& ferocibus.¶ Arua diuerſa:remota,& procul poſita.¶ Nec mihi di.ne.concinnate cytharæ , in qua olim quatuor erant nerui. Sed Terpander Lesbius ſeptẽ cõpoſuit:octauã Simonides,nouã Timotheus:inde diſtichõ in Terpandrum:Hos tibi mutari chordarũ quatuor nuluã:Nouaq; per ſeptẽ modulamur carmina neruos.¶ Iungã:iungam cũ ſono cytharæ.Amphiõ aũt primus cũ cantu cythara uſus dicitur:antea Thamyras ſine uoce qui aũt ſimul canũt cũ cythara pſallo cythariſtę dicuntur.¶ Nec mihi ple.hunc locum multi negligenter fortaſſe legunt:cum tñ enarratione indigeat: hunc aũt ſenſum ego eſſe arbitror:cũ Sappho oſtẽdere uelit ſe ad carmen nõ moueri ulla ex his cauſis:qbus olim ſolebat:triplicem canendi cauſam ait ſibi fuiſſe:aut cum furore poetico ageretur:aut cum relaxans aium in ſyluis ſine curis uagaret inter Dryadas , & Hamadryades:aut cum puellis,quas amabat blandiretur:quæ ſibi Teſpiadum,& muſarũ inſtar erant:nũc,ingt,Nec pierides ſubeũt.i.furor poeticus.¶ Nec Dryades.i.nec relaxatio animi in ſyluis inter Dryades prouocat me ad carmẽ.¶ Nec cæte.turba theſpiadum:nec amicæ quæ tertia,& reliqua carminis cã mihi erant,iam exhilarãt:aut delectãt:atq; ita oĩs canendi ratio mihi periit.¶ Pierides:græci fabuloſiora quædã de hoc noie tradiderunt.Strabo uero hiſtoriã ſecutus ita ſcribit:nã id planũ ex locis:in quibus cultæ ſunt muſæ:Piera.n.& Olympus,& Pipla:& Lebetrũ quondã loca fuere Thracię, & montes,quos nunc Macedones poſſidẽt:quiq; muſis Helicona cõſecrarũt: Thraces fuerũt.¶ Theſp.addũ. Theſpias prius,ingt,Stra.nobilitauit Cupido Praxitelis opus ab eo ſculptũ dono uero cõſecrauit Theſpienſibus Glycerũ meretrix: in quo plus apud me ualere Pauſaniæ authoritas:qui Phryne id dediſſe affirmat,ut in cõmenta. ſyluarũ recitauimus,cũ præſertim uerſu græ.uulgatum φρύνη τὸν πτερόεντα, τὸν εὐτέχνητον ἔρωτα μισθὸν ὑπὲρ τέκνων ἀνθετο θεσπίασι de quo Pli.ita ſcribit.xxxvi.natu.hiſto.de Praxitele tradẽs eiuſdẽ eſt cupido obiectus a Cicerone Verri illi:propter quẽ Theſpiæ uiſebantur:nunc Octauię ſcholis poſitus:tres aũt fuiſſe muſas tñ ſcribunt nonnulli:qbus Varro aſſentitis.n.tradit eaꝝ ſit ſimulachra multiplicata fuiſſe:qđ in ancilibus accepimus:atq; ita habitas eſſe nouẽ.Homerus certe,& Heſiodns huic numero adſtipulanť.Home.numerũ tñ nouẽ pferens:Heſiodus uero addens ſingularũ noia.Alcmeon poeta cœli & terræ filias putauit:alii Iouis,& memoriæ:nobili certe pictura:fluuius nobilior Romam eas tranſtulit ex Ambracia.

Forſitan,& quare mea ſint alterna requiris
Carmina,cum lyricis ſim magis apta modis.
Flendus amor meus eſt,elegia flebile carmen,
Non facit ad lachrimas Barbitos ulla meas.
Vror,ut indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.
Arua Phaon celebrat diuerſa Typhoidos Aetnæ
Me calor æthneo non minor igne tenet.
Nec mihi,diſpoſitis quæ iungam carmina neruis
Proueniunt,uacuæ carmina mentis opus.
Nec mihi Pyrriades :Methymniades ue puellæ.
Nec me Lesbiadum cætera turba iuuat.

¶CARMINA alterna.i.hexametra cũ pẽtametris.Elegia:alii legũt,elegiaq;:alii elegia.nã duæ primę ſyllabæ corripiũtur.Vror ut indomitis:docet cur barbito.i.plectro,aut inſtrũ quouis muſico,nõ,inqt,leuer a curis,& lachrymis:qa,inqt, uror ut ager fertilis.i.q dẽſas pfert ſegetes:ardet meſſibus.i.ariſtis,& ſegetibus ad meſſem pductis accẽſus,&hoc.Euris.i. uentis illis indomitis.i.quaſi furentibus:exercentibus ignẽ.i.flãmã,ut.ii.Aeneid.In ſegetem ueluti cum flãma furẽtibus euris Incidit.Phaon celebrat arua diuerſa.i.ab aruis noſtris:quia arua Aetnæ Typhoidos.i.in qua Typhoeus ſepultus dr̃ ſed calor nõ minor ætnæo igne tenet me.i.q̃uis nõ ſim in Aetna,nõ minus tñ ardeo,ſed amoris igne.loquitur aũt quaſi de abſente:cũ tamen ad Phaonem ſcribat,& ſiquis dicat cum cantatrix ſit optima:nihilq; animum magis leniat: q̃ cãtica:cur non occupet ſeſe carminibus.Reſpondet carmina non amplius prouenire,quia neq; Pierides.i.poetici furores:ſubeunt.i. latenter ſubintrant pectora:nec puellæ Dryades.i.deæ nemorum:quæ nos ad cantum pronæ &c.

DOMI. Qui apud grecos ſele gia clarueř & uñ nomen traxere elegi Locus eno datus

Barbitõ qd ſit & cuius generis Qui ſacrarũt Helicona ipſis muſis Phaones alii q fuerit Aetna mõs q ubi & uñ nom traxit Locus eno datus Aetna oppidu; q & ubi fuerit Inarime ſiue pythecuſa q ſit & ubi locorũ Typhon q fuerit Qui cytharæ neruos cõpoſuere Quis prius cythara uſus fuerit Pſallo citharistę q ſint Pierides q̃ & uñ dictę Olympus Pipla & Lebetrę q̃ ſint & ubi locorum Theſpias qui fuerit Locus eno datus

ASCEN.

DOMI. Musęquot fuere Tribades quæ sint

CVILIS Amythone:ingenue hic fatetur se tribadē fuisse, & impudice amasse nonnullas, de quorum numero dissentit ab eo, quod scribit Suidas: ille.n.tres fuisse scribit: quibus ad libidinē usa dicit Sappho: Thelesippā: Megarā. Atthidē, sed duarum nõia mutantur: quas hæc appellat Amythonē, & Cydno: ille Thelesippā: & Megarā: de tertia cõuenit. Nā ab utroque Atthis dicitur: quãuis per mēdam sit inuersum: nos uero emēdãtes ita legimus. Nec grata est oculis Atthis, ut anĩ, meis. nã si ita leges: Nec grata est oculis Atthi os anĩ meis, & nomē puellæ deprauas, & nullũ colligis sensum. ¶ Aliæ cētũ: mille: cētũ, & sexcenta sæpe pro infinito numero accipiuntur. Cicero ad Atticũ scribēs sexcēta accepit ꝓ infinito mille: alii scriptores poetæ ꝓsertim, cētũ hoc loco Sappho: nã nõ cētum, sed multas habuit puellas lesbias: qbus nõ ad libidinem utebat, sed eas erudiebat cythara: ex qbus tres claruerũt in primis eius discipulæ, Anaxagora Milesia: Gongyla Colophonia: Eunica Salaminia, ut ex Suidę monumentis ante recitauimus, aut eas in quotidianam consuetudinem, & familiaritatē acceperat. Horatius Et popularibus gaudente Sappho puellis omnino ita intelligendũ est

Vilis Amythone, uilis mihi candida Cydno
Non oculis grata est Atthis, ut ante, meis.
Atque aliæ centum, quas non sine crimina amaui
Improbe, multarum quod fuit, unus habes.
Est in te facies, sunt apti lusibus anni:
O facies oculis insidiosa meis.
Sume fidem, & pharetra, fies manifestus Apollo,
Accedant capiti cornua, Bacchus eris.
Et phœb⁹ Daphnē, & Gnosida Bacchus amauit:
Nec norat lyricos illa, uel illa modos.

Sapph⁹ discipulæ q̃ fuerint
Improbus quid sit

ante nominatas cõcubinas fuisse Sapphus: quas uero nũc designat fuisse discipulas, & sine infamia fuisse amatas. ¶ Sine crimine: sine criminatione. & reprehēsiõe: qua nõ caruit i illis tribus: hic ostendit de se popularibus suis intellexisse. ¶ Improbe: dicimus improbum nõ tãtũ malum, sed nimis auidum: nec contentum ēt re immodica. ¶ Improbe: qui nõ contentus es tãto amore meo. ¶ Vnus habes: solus possides. ¶ Quod fuit multarũ i. affectus meos amatorios: quos in multas puellas dispensauerã: pudice alias: alia ipudice amãdo: in te unũ cõtuli, & qđ multis satis erat: tibi uni esse nõ potuit. ¶ Est in te fa. ætate, & forma amabilis qspiã esse põt: qđ utrũque cum in Phaone sit lasciua Sappho, formã, & faciē tm suspirat. ¶ Anni apti lusibus: ludos publicos dicimus numero multitudinis, & spectacula, ludus numero unius ꝓ exercitatiõe gymnastica, ut ludus palæstræ. ludus pilę: denique ludus dicitur cũ multorũ conuentus ab uno erudit̃ ꝑceptore, ut ludus gladiatorius: ludus literarius. lusus uero ad uoluptatē cõparati sunt sine ulla arte, & puerorũ ꝓpria dicuntur: contra ubi ars est, & ꝑmiũ ludus appellat̃: ut ludus aleæ: quasi in ludo a ꝑceptor traditus certa disciplina Fabius: Nec me offenderit lusus in pueris: est & hoc signũ alacritatis, ut inquit, & formosus es, & ea ætate, qua lusus nõ aspernat̃, ut propterea sis ēt iucundior. ¶ O facies: cũ duo ꝓposuerit iocũdia i Phaone. alterũ, quo magis eliciebat̃, repetit, & ingemiscēdo auget. alibi Ouid. O facies oculos nata tenere meos. In arte aũt amandi lusus inesse oportere ostendit. Ludēdo sæpe paratur amor.

Ludi multiplex significatũ

Fides qd Proprie
Fidicula quid

¶ Fidē, i cytharã: fides aũt proprie cytharæ neruos significat, sed pro cythara accipit̃, ut etiam a Papi. Tētat audaci fide mantuanę gaudia famæ. fidicula item neruus est sed proprie, quo ad tormenta utebant̃: pro neruo simpliciter Tranquillus in Tiberio: Veteris diligatis fidiculatũ simul, urinę tormento distenderet: eam.n. colligationē Tiberius ad supplicii acerbitatē excogitauerat. Apollo aũt lyram a Mercurio accepit: unde ēt ad Amphionē peruenit. Horati. Mercurii: Nã te docilis magistro Mouit Amphion lapides canēdo. ¶ Et pharetrã, nã hæc duo insignia sunt Apollinis.

Cur cornua Bacchus gestauerit
Bacche q̃re cornigeræ sint dictæ

¶ Accedãt capiti cornua, Bacchus eris, cur Bacchus cornua gestaret, & cũ his pingeretur unus Diodo. ex omnibus scriptoribus, quos legi, probabiliorē ex historia tradidit rõnem, ita.n. in quarto historiarũ scribit. Traditur Hamon galea in bellis usus, cuius insigne fuerit Arietis caput, sunt q ipsum dicãt in tēporibus paruula habuisse cornua, ꝓpterea filius ei⁹ Bacchus eodem fuisse aspectu, posterisque traditum deum hunc cornua gestare, unde & bacche, κεράτωδες: idest cornigeræ dicuntur: quod numinis personam imitantes cornua sumebant. ¶ Et Phœbus Daphnē, & si, inquit, formę dignitate accedis ad Bacchum, & Apollinem: tũ nõ sum a te spernenda. Nam uterque Deus puellam amauit me inferiorē.

Daphnis fabula
Daphne oppidum
Daphnis alterius historia

Daphnen Ladonis ut Amphonius scribit filiã, ut nostri aiunt Penei: ut Parthenius in uolumine: qđ de amãtibus cõpositũ est. Amyclesi filia fuit. Sed ne per uim Deus stupraret, Iuppiter in laurũ conuertit: quæ arbor idcirco Apolloni grata esse existimatur: qm ut scribit Pli. in Parnasso mõte spectatissime uireat: unde Apollo Daphnites apud Syracusanos colebat̃, ut Esychius refert. Daphne oppidum Syriæ, ut refert Strabo. Daphnen ꝑterea amauit Leucippus Denomai filius, ut scri. Pausanias: quã cũ habitu muliebri cognitus in uenatione sequeretur: proditus est sexu ad Ladonē: dum lauaretur, & necatus a uirginibus.

Gnosus urbs
& qd ipsi⁹ emporiuz
Locus Plutarchi enodatus
Ariadnes historia

¶ Et gnosida: Gnosus urbs Cretæ in plano sita, ambitu triginta stadiorum emporium habuit Heraclium: Ceratusque antea appellabatur a prælabentis fluuii nomine: regia Minois patris Ariadnes, quę rapta est a Theseo: cui Inopionē & Staphylum peperit: ut nonnulli scribunt, & ne fabulosa diu consecter. locum tantum Plutarchi: male in latinum conuersum emēdabimus: ne aliquis literarum græcarum ignoratione testimonium ex eo scripto accipiens: falsa aliquando, & ridicula ꝓnunciet: quod multis accidisse uideo: ubi in Theseo, & Ariadna omnem græcorum scriptorum turbam citat: atque ita ait: τὴν δὲ διάμχξεν ἔρως ἤδλυς πανοπηίδος αἴγλης: quem locum ita latinum facere potes, Graius enim eum domabat amor Panopeidos ægles. Hunc autem uersum ex Hesio. Pisistratum exemisse ait. Nereas Megarēsis quemadmodum cõtra euocationi manium homericæ idem inseruit: Perithoum: Theseum ꝗ deorum iustissimã prolem, ut id gratificaretur Atheniēsibus: cum aũt hæc ipsa uerba quidam transtulerit: plane cognosces: si aliqñ Thesei uitam in manibus sumes: ubi ita scriptum reperies: grauiter enim amores Aeglidis Theseus excutiebatur: hoc uerbum ut Nerea Megarensis refert, ab Hesiodo Pisistratus remouit. quemadmodum alias Homeri funeralia inuadens Theseum: Pirithoumque deorũ generosam prolem exemit, ut Atheniensibus rem gratam conficeret: mitto hiantem compositionem: uerba inculta, nonne sensum totum inuertit: quo contraria transtulerit: omitto infinitos pene illius errores cum in hac uita Thesei, tum in aliis, nõ enim eum accusabo, quem nolo nominare, tu authorē agnosces, si inspexeris inuicem, a quo Thesei uita traducta sit sed ut ad amorem Bacchi, & Ariadnæ redeamus, omittamusque multa, quæ Plutarchus scribit, Diodorus tradit Theseum eã reliquisse in Naxo admonitum per somnum, & quidem nimis a Baccho, ut ea dimissa inde abiret: Bacchũque eam tulisse in montem, qui appellatur Dryos: Naxon insulam prius Strongylem dixerunt: antea Diam dictam cum ducentum annis tenuissent Thraces, Cares deinde occuparunt ex Lamia aduecti, qbus Naxus Polemonis filius imperans pro Dia a se Naxon nũcupauit. Strabo Diam appellat. Ouid. Diæ telluris ad oras. alibi, Qua breuia æquoreis Dia refertur aquis. ¶ Modos lyricos, formæ damna doctrina emendat, qua potissimum gloriatur.

Drios mõs ubi
Naxos isũla qb⁹ noĩbus appellata fuerit & q eã tenuere

ASCEN.

CVILIS mihi cãdida. i. licet cãdida Cydno. & declinat̃ hæc Cydno huius Cydnus, sicut Sappho Sapphus. Atque alię cētũ quas hic sine crimine amaui, ergo priores cum crimine, nisi sit Amythone, Cydno, Atthis atque aliæ centũ, quas oēs sine crimine amaui, mihi uiles sunt. O facies, Comicus dicit, O faciem pulchram, tribus enim casibus iungitur o. Cætera constãt dummodo norit puer, Gnosia, est patronymicum a patria, quod declinatur hæc gnosis huius gnosidos &c.

¶Pegasides

¶ PEGASIDES: de Pegaso, & musis lege, q̄ luculētissime dictauimus in eū uersum Oui. Pegasis Oenone Phrygiis celeberrima syluis: cū superiori anno heroidas pr̄eteremur. ¶ Dictant: nam musae mihi scribēti dictare carmina uident. dictare aūt est enunciare, quod alius excipiat: unde dictat a non in literis tantum, sed in aliis quoq; artibus appellamus: ut illud: Peragit dictata magistri: & Gladiatores meditant dictata lanistae: frequētatiuum aūt est a dico: nā quae doceamus, saepe inculcamus: ut penitus excipiant, & ediscant. ¶ Nec plus Al. Alcęus Omphales, & Herculis filius: Alcęus Atheniēsis tragicus Alcaeus comoediae ueteris scriptor: a quo editae sunt decē fabulae. Alcaeus Mitylenaeus fratrē Antimenidē habuit, quē a uirtute bellica laudat: oppressa aūt patria a tyrannis poemata lyrica aduersus eos edidit: quae στασιωτικὰ, i. cōtinentia seditionis inscribunt: ppterea aureo plectro dignus cēsetur: elocutione magnificus, & diligēs: sed ad lusus, & amores descēdit: cum tñ esset maioribus aptior: haec ex diuersis scriptoribus graecis ex Fabio accepimus. Hora. Et te sonantem plenius aureo Alcaee plectro. ¶ Cōsors pa. nā & ipse Mitylenaeus fuit. ¶ Cōsors ly. & ipse lyricus: hūc, ille ait. Naeuius delectauit in facie Pueri. ¶ Grandius nā, ut diximus, ex Fabio magnificus est eloquentia: & grādiloquus: Sapho se inferiorē esse negat: q. d. tantum assequat suauitate carminis: q̄ tum ille grāditate. ¶ Si mihi difficilis: oīa singulatim diluit: quae obiici poterant: ut nō amaret: aliaq; exēplis defendit: alia ratione contraria. Incipit ab eo, quod firmissimū est in aduersario: q; formosa nō sit: quod diluit: & transferendo crimen in naturam: quae sibi formam negarit: & opponendo ingenii laudē: q̄ plus amari potest: q̄ ipsa forma. ¶ Nec me despicias: hic ostendit qūo rependit, & reparat. nam breuitatem formae, famae (ut ait) celebritate extēdit. q̄q̄ allusio uideri pōt nō debuisse maius corpus formari sub bisyllabo nomine: & tā breui: ut qđ certa ratione excusare nō potest: ingenua quadam urbanitate eleuet. ¶ Cādida si nō sum: Andromede Cephei Aethiopū regis filia a Perseo, notissima fabula, amata ē & ipsa liberata nullis precibus parentem potuit retinere (ut scrib. Hygi.) quo minus Perseum liberatorem sequeretur: relata in coelū Mineruae beneficio: uestigia uinculorū, quibus exposita fuit monstro aetate sua permansisse scri. Pli. in Iope portu: ubi illud mōstrum fabulosum celebratur: cuius ossa Romam relata fuisse idem est author. Alibi Ouid. Andromedam nigris Perseus portauit ab indis. Andromede praeterea liberta Iuliae Augustae paruitate corporis insignis: nam duos pedes nō excessit, & palmum. De Perseo multa recitauimus ex graecis authoribus in cōmen. syluarum in eum uersum: Fluctiuagus uolucrem comebat Persea dictis:

DOMI. Dictareq̄ significat & uī emanet

Alcęi quot fuere & ipsis de quo itelligit hi storia

Andromedes fabula

Andromeda de alia nāq̄ fuerit Persei hist.

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant:
Iam canitur toto nomen in orbem meum.
Nec plus Alcaeus consors patriaeq; lyraeq;
Laudis habet, quamuis grandius ille sonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit:
Ingenio formae damna rependo meae.
Sum breuis, at nomen, quod terras impleat oēs,
Est mihi, mensuram nominis ipsa fero.
Candida si non sum, placuit Cephela Perseo
Andromede patriae fusca colore suae.
Et uariis albae iunguntur saepe columbae:
Et niger a uiridi turtur amatur aue.
Si, nisi quae facie poterit te digna uideri:
Nulla futura tua est, nulla futura tua est.
At mea cum legeres, etiam formosa uidebar:
Vnam iurabas usq; decere loqui.
Cantabam (memini) meminerūt omnia amātes:)
Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.
Haec quoq; laudabas, omniq; a parte placebam:
Sed tunc praecipue, cum fit amoris opus.
Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat:
Crebraq; mobilitas, aptaq; uerba ioco.
Et quod, ubi amborum fuerat confusa uoluptas:
Plurimus in lasso corpore langor erat.
Nunc tibi Sicelides ueniunt noua praeda puellae:

illud adde, quod Phereoydes scripsit Perseum Argos rediisse cum Cyclopibus: matre Danae: & Andromede uxore: & cū patrem ex Larissa accesseret: iactu disci eum uulnerasse: mortuumq; humasse ibidem: βοιῶτων μὲν πηγέ λαὸς καὶ λήτος ἦρχοντι λαχνήκου ἀνδρομέδη παρθένοι. ¶ Et uariis albae: Aristote. in septimo de historia animalium docet, quae animalia inter se amica sint: q̄ itē inimica. uñ Pli. finē decimi natura. historia. traduxit eo capite: ubi agit de amicitiis, & inimicitiis animalium: ubi ita scribit: Rursus amici pauones, & columbae: turtures psitaci: merulae, & turdi: cornix & ardeolae: ubi quod de turture, & psitaco scribit: ex se tradit: ab Aristote. certe non accepit. Ouidius idem in psitaco Corynnae: Omnes, quae liquido librat s in aere cursus, Tu tñ ante omnes turtur amice dole. Plena fuit uobis omni concordia uita, Est stetit ad finē longa: tuaq; fides. Arist. in. vii. de histo. aīaliū ita scrib. ἡ δὲ θῶυς ὁ πῶξ τίκτει λαλί τὸ τὰ μὲν πρὸς ἀχλέο φιλαχπ ῥοῖσαι Ait Aristo. Pli. psitacum dixit: quemadmodum, quod Pli. tradit eodem libro de egitho, & asino. Aristoteles de acanthide & asino scribit, nō de egitho, cuius alias meminit. hinc Sapho ostendit aliorum amantium exemplo se, quamuis nigra sit, a Phaone candido amari posse, cum aues diuersorum generū & coloris, naturali quadam iungantur amicitia, ut columbae & pauones. ¶ Iunguntur uariis. i. auibus, aues autem uarię sunt, pauones uarietate colorum distincti: nam de his omnino est intelligendum, cum diuersi generis coniungantur, ut etiam psitacus & turtur, quod sequitur. ¶ A uiridi aue, a psitaco, qui ex India mittitur uiridis toto corpore, ut scribit Plinius, torque. tātum miniato. De psitaco plura leges apud Plin li. x. natura. historię. eundem Aristoteles ψιττάκην appellat genere foeminino. ¶ Nulla futura tua est. prior pars huius uersus sub conditione profertur, altera sub affirmatione. Si, inquit nulla tua est futura, hoc est nullam amabis, nisi quae facie. i. prçstantia formae poterit uideri digna te. i. conuenire formae tuae nulla futura tua est, affirmādo negat, idest nullam omnino amabis. nulla enim tam formosa ē, q̄ tu, tuum pręcipue his uersibus lasciuiam suam ingenue profitetur, & se tribadem fuisse, unde impudicos corporis motus didicerat, & illecebritatem gannitus.

Multorū aīaliū natutalis beneuolentia

Aues proprie q̄ sint

¶ AT mihi pe. Natura magistra, qua quisq; re maxime praestat, ea se potissimum commēdat, ut Sappho hic ab arte poetica, & musica uena. Pegasides sunt musae dictae: quae poetis, & poetriis carmina dictare, idest scribenda pronunciare fingūtur, q; mortalibus ignota, aut tanquam ignota a poetis produntur. Ingenio formae, unde ille, Ingenio pollet, cui uim natura negauit. Mensuram nominis, quia bisyllabum habet nomen, quasi praesagio quodam inditum sit, sicut Hippolyto, qa equis soluendus. unde dici solet, Conueniunt rebus nomina saepe suis. Candida si non sum, docet exemplis, quod ille monet, qui dicit, O formose puer nimium ne crede colori, Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur. Et uariis. i. uariorum colorum columbis. Et niger a uiridi turtur &c. Est ergo turtur sub incerto articulo epicoenum, dum autem significat, nā de passeribus dicit Plautus: ob ustos turtures genere masculino: quod sequemur. Si, nisi quae facie: ut laudari mereatur: illud laudat a forma uultus, quod autem bis dicit: nulla futura tua est: sic construitur: Si nulla futura est tua. s. amica, aut cōiux: nisi ea, quae possit uideri facie, idest per faciem, digna te, nulla est futura tua, quia nullam talem inuenies. At me cum legeres. i. eligeres. Cū fit amoris opus, cū impudicitiae notata sit mulier, satis impudice lasciuiam suā fatet, qđ in muliere pudica indecorum foret. Puellae Sicelides. i. Sicelienses, sic Maro, Sicelides musae paulo maiora canamus &c.

ASCEN.

Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse uolo,
O uos erronem tellure remittite nostrum
Nisiades matres, Nisiadesq; nurus.
Nec uos decipiant blandæ mendacia linguæ:
Quæ dicit uobis, dixerat ante mihi.
Tu quoq;, quæ mõtes celebras Erycina sicanos:
Nam tua sum: uati consule Diua tuæ.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem:
Et manet in cursu semper acerba suo?
Sex mihi natales ierant, cum lecta parentis
Ante diem lachrymas ossa bibere meas.
Arsit inops frater uictus meretricis amore:
Mistaq; cum turpi damna pudore tulit
Factus inops agili peragit freta cœrula remo.
Quasq; male amisit: nunc male quærit opes.
Me quoq; quod monui bñ multa fideliter, odit:
Hoc mihi libertas: hoc pia lingua dedit.
Et tanquam desint: quæ me sine fine fatigent:
Accumulat curas filia parua meas.
Vltima tu nostris accedis causa querelis:

DOMI. ¶ CVM Lesbo Lesbos insula quasi metropolis æolicarum urbium nobilis uinetis, & uini præstantia: nomẽ sortita a Lesbo Lapithæ filio Hermete: prius Iasia: Pelasgia: Aethiopia: Egira: Macharia deniq; appellata: eandẽ μακάρων ἕδος, i. beata sedes: urbẽ per circũductionẽ dixit Home. quo loco Crates: Aristachus: & Eustathius ambigunt: quem locum poeta designet. Stra. in. viii. Lesbon affirmat. Machar. n. insulam tenuit ante Lesbõ regem: quod etiam Dio. tradit: q̃uis eum Machareũ nominet: huius filiæ fuere Methymne, & Mytilene: a quibus duæ insulæ urbes cognominatæ sunt. Patriæ aũt charitatem Sappho amori postponit. ¶ Nec uos errorem: qui erronem legunt sensum non percipiunt: & planetę cognomen inepte huc transferunt. Remittere est cõdonare: ut remisi tibi iniuriam. i. condonaui. Remittere itẽ est ad negligentiam descẽdere, ut animũ remittere dicimus: cum deponimus curas, & negligimus: cui contrarium est intendere ex translatione ab arcu. Monet itaq; Sappho siculas mulieres ne remissæ: & negligentes in errorem labantur: putãtes soli & patrię mutatione Phaonem esse sui dissimilem. Nam ait: idem est, & tam idoneus ad decipiẽdum: q̃ fuit in Lesbo: cũ me decepit. ¶ Nec remittite: nec condonate errorem nostrum. ¶ Tellure quia Phaon tellurem mutauerit. ¶ Quæ dicit uobis: per rationẽ subiungit. ¶ Nisiades matres: Nesis insula Cãpaniæ: cuius meminerunt Papi. & Luc. Neseidem: siue Nisidem dixerunt Scyllam poetæ. Oui. in remediis Præterita cautus Niseide nauita gaudet: Tu loca quæ nimium grata fuere caue: ut legere posses Nesiades matres. i. siculæ media syllaba per synæresim producta. Nesea præterea regio est iuxta Aetnam montana: ut Stra. scri. Cum ergo ante dixerit ad Aetnam esse Phaonẽ: appellat mulieres siculas nesiadas regione proxima: hęc snia magis placet. ¶ Sicanos immites: a Sicano rege appellatos siculos: de quo historiam lege apud Diony. Ali carnasseum in primo: unde Solinus quædam accipit. Thucydides quoq; in. vi. histo. ita scribit: σικανοὶ δὲ μετ' αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνῳκισάμενοι ὡς μὲν αὐτοί φασιν καὶ πρότεροι. ¶ Immites: crudeles in me: cũ retineant Phaonẽ delicias meas. nã est epitheton nõ perpetuum Siculorum: sed cõueniens præsenti affectui Sapphus. ¶ Erycina: de felicitate templi Veneris Erycinę & de mulieribus eius ministerio dicatis, diximus in commentaria syluarum inuocat autem Venerem: quoniam poetæ: qui amatoria scribunt: sunt in Veneris tutela: ut Plato scribit poesim dicatam esse musis, sed amorem Veneri. & Papi. de Stella ad uenerem: Hic tibi plectra dedit, mitisq; incedere uates Maluit propterea sequitur: Vati consule Diue tuæ. ¶ An grauis: nimirum, inquit, in hanc calamitatem delapsa sum! quoniam fati tenor, & series: quæ mala in me esse cœpit: nõ desinit. ¶ An nõ tam interrogantis est: q̃ succensentis pertinaciæ fatorũ. Alibi Briseis. An miseros tristis fortuna tenaciter urget: Nec uenit inceptis mollior aura meis. ¶ Natales: anni. a sexto, inquit, anno per mala tanq̃ per articulos ꝑducta sum. natales pro conditione ortus, & generis. Iuuena. uero pro celebritate diei natalis protulit: Palma inter dominas uirtus natalibus ęquat. i. nõ aliter ea uictoria exhilarat, q̃ diei natalis celebritas. Sed plura illic leges in cõmentariis: hic natales pro annis accipiunt. Tot. n. dies natales celebrant: quod aguntur anni: & uictoria illa apud Iuuenalem, singulis annis, tanq̃ dies natalis colit. ¶ Ossa lecta: Seruius nescio quis parũ utiliter se grãmaticũ professus, illud Virgilianũ exponens, Ossaq; lecta cado, fabulosum confingit amorem. Nescio quid ambigit. legebãtur ossa. i. cineres, cũ flãma rogi subsederat, nõ ꝙ legerent, ut ille putat. sed colligebantur: hoc aũt uerbum est pontificale: & ex lege. xii. tabularũ: lex hoc carmine scripta erat, Hoi mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat. ¶ Arsit inops frater. Sappho tris fratres habuit, ut ante diximus, Larycum: Eurigium, Charaxum, qui Rhodopẽ mereticulam amauit. Nam Xãtus Samius Rhodopẽ puellam Thraciam in Aegyptũ detulit q̃ antea Cadmoni seruierat una cũ Aesopo fabularũ scriptore. ibiq; prostabat, illecebrisq; meretricis magnũ fecerat quæstũ, adeo ut Strabo, & Pli. scribant pyramidem ab ea fuisse erectam: tamen Herodo. temporum rõne refellit, cũ alioquin ingentes opes illius fuisse concedat, testimoniũq; afferat ex decima ab ea persoluta uerubus ad torrendos boues Delphis dicatos: Tam aũt gratæ libidinis fuit, ut in Græcia eius nomen celebrẽ fuerit, ut postea Archidices, qs tñ ad illius famam nõ accessit, Charaxus, cum unum Lesbium ad Naucratim comportaret, eius amore captus, redemitq; in libertatem grandi pecunia, tandem ipse in patriam est reuersus: puella in Aegypto ꝑmansit, Sappho (ut Strabo scribit) eam doctrinam appellat, addens id, quod ipse quoq; fabulosum esse ait, de calceo ab aquila delato Memphim, qđ si uoles leges. in. xv. illius operis. ¶ Inops, redempta in libertatem meretricula. ¶ Male turpiter, & p infamiam. ¶ Male quærit, magno discrimine & incommodis. ¶ Monui multa, immo lacerauit fratrem multis carminibus, nec tñ, ut scri. Hero. in. ii. historiarũ, χάραξος δὲ ὡς λυσάμενος ῥοδῶπιν ἀπενόστησε ἐς μιτυλήνην, ἐν μέλει πολλὰ σαπφὼ κατεκερτομένη, Lingua pia ab eo loco, qui pręter spem dicitur, & miserationem mouet, & fratrem trahit in odium, cũ sibi aliter euenisse ostendit, q̃ oportuerat. ¶ Filia parua, hanc peperit Cercyla Andrio cõiuge iam mortuo, puella, quæ appellabatur Cleis, quod Suidas ita scribit, καὶ θυγατέρα ἐποιήσατο ἐξ αὐτοῦ ἢ κλεῒς ὠνομάσθη.

¶ NEC uos errorem. Ordo est, Nec uos o matres Nesiades. i. quæ Nesam regionem iuxta Aetnam colitis, & nurus. i. spõsæ, aut matronæ Sicelides remittite. i. condonate, & abolete nostrum errorem. s. ꝙ Phaonem amauimus, aut quẽ Phaon in nos cõmisit tellure. i. propter tellurem, hoc est nolite excusare errorem nostrum propter terram dicentes, uidelicet nos stulte amasse quia Phaon non est de patria mea, sicut est de uestra, & ideo uos nõ errate, quæ eum in patria sua amatis, & retinere potestis, quia Quæ dicit uobis, dixerat ante mihi. Tu quoq;, implorat auxilium Veneris, cuius præclarũ erat in Eryce monte Siciliæ templum, eiusq; se uatem dicit, eo ꝙ sæpe lasciuos cantauerit amores. Ostendit præterea quod & superiores fere heroides malorum suorum seriem, quasi generi suo fatalem. Sex mihi natales, ordo est, Sex natales. i. dies, id est sex anni ierant. i. transierant mihi, cũ ossa parenti. i. patris mei lecta, idest collecta ex rogo, bibere meas lachrymas, quas. s. infundi ante diem. i. maturum tempus, sicut, Sed cadat ante diem. Aenei. iiii. Quasq; male amisit, nunc male quęrit opes. Id usu uenire solet, ut in filio prodigo nobis depinxit saluator. Et ideo, quia ut dicit alibi, Non minor est uirtus q̃ quęrere, parta tueri, mouendi sunt iuuenes, ne sua dilapident, aut prodigant.

¶ Non

Lesbos insula q̃ & ubi locorũ sit & a quo nomen sortita est

Remittere qđ ꝓprie

Nesis insula q̃ & ubi locorum sit

Nesea regio ubi sit

Siculi unde Sicani dicti sint

Erycina q̃ sic

Poesisquã obrẽ Veneri dicata sit

Natales quot hẽat significata.

Lego põtificale uerbum est

Lex antiq̃

Charasis amor

Rhodope meretrix famosa q̃ fuerit Aegyptorum intẽpetantia

Cercyla q fuerit

Cleis q̃ sit

ASCEN.

¶ NON agitur:per interrogationem legendum est.nam cum proposuerit fortunam aduersam in se pertinacem esse: enumeratis singulis incommodis:quasi probauerit:quod proposuit per interrogationem acclamat: Nonne nostra carina.i.nostræ fortunæ cursus:agitur.i.percellitur:suo cursu:sua pertinacia & serie malorum.nam ad id refertur:quod dixerat: Ingratis inceptum peragit fortuna tenorem:Et manet in cursu semper acerba suo. Nõ agitur interrogatiue q.d.agitur.nam ẽ ita:interrogamus non fecit perinde est:ac si diceres feci.Vel nõ potui abreptum diuellere corpus:cum autem dicimus ego negamus. ¶ Ecce iacent:misericordiam mouet ab habitu. ¶ Capilli sparsi sine lege:mulieribus fortunę miseratio sparsi capilli,& funebris prope dolor. ¶ Sine lege:incompti,& sine ordine. ¶ Nec pmit arti.annulum etiam,inquit, deposui.nam in dolore abiiciebatur:et a uiris:quod fecit omnis nobilitas,cum Cn. Flami.l.bertino patre ædilis creatus est:Caio Petilio consulis filio præterito:equites uero nõ annulum:sed phaleram deponebant in mœrore publico . ¶ Aurum:i cri.Home.in.xvii.Iliados scri. Euphorbum Panti filium habuisse implicitos crines auro, & argento.Propterea Plini.dubitat an usus auri cœperit a uiris an mulieribus:cum de uiro illud Home.affirmet: nec antiquus extet in muliere exemplum:ipse tñ Home.carmẽ nõ indicat, nec nominat Ephotũ. ¶ Rore arabo.i.myrrha : q̃ uncti crines myrrhei dicunt. Hora Dic & argutæ pperet Neeræ Myrrheũ nodo cohibere crinem de Myrrha alibi diximus. ¶ Siue ita nascenti:ex disciplina mathematicorum: qui dicũt hominem sortiri uitam ab ineunte ætate. ¶ Sorores:parcæ:quę tres sunt noto carmine Hesiodi : & nostrorum cõsensu pro fatis ab Home. accipiuntur : & alibi : & ubi Alcinous ait : τρεῖς δὴ αὐταὶ ἦσαν κλωθῶ λάχεσίς,καὶ ἡ τρίτη ἄτροπος:quod Plato quoq; in legibus ostẽdit. ¶ Abeunt studia in mores.i.siue formamus mores studiis:in quibus uersamur. ¶ Thalia:studium poetices:musæ Ardalides etiam appellatæ sunt:ut aliquid afferamus nõ omnibus notum ab Ardalo Vulcani filio:qui cum ad Thoezenios tibiã,& musas detulisset:eas ita appellauit. Arcades negant Erato esse musam:sed uatem fuisse aiunt:quæ nupserit Arcadi Calistus filio. Aegyptii tris tantum uates colunt:Sibyllã Herophilen & Saben. ¶ Fila seuera:allusio est ad parcas: quæ uitam humanam uere dicuntur. ¶ Seuera:pertinacia. ¶ Abstulit:rapuit allectam in amorem:deiecitq; mentem,& cõsilium ¶ Raperes nam Aurora Cephalũ,cuius amore capta est,rapuit: abduxitq; per auras Oui.Lutea mane uidet pulsis Aurora tenebris: nuituumq; rapit,ea deserta ad Procrin est reuersus:quam inscius interemit:nota fabula Ouidii præsertim carmine in fine artis. Hyginus quædam fabulosiora addit:quãuis ex historia uideant. ¶ Hunc si conspiciat:alludit ad fabulam Endymionis:qui quoniam Primus cursum Lunæ deprehendit:ut ait Plin.dictus est dilectus fuisse a Luna:quem dormientẽ osculabatur. huius sepulturam ostendit:ut ait Strabo:ad Latmium montem Cariæ in quodã antro:ubi est mons periculorũ:ut scribit Hecateus.

Non Agitur uento nostra carina suo?
Ecce iacent collo sparsi sine lege capilli:
  Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor uili:nullum est in crinibus aurum:
  Non Arabum noster dona capillus olet.
Cui colar infelix?aut cui placuisse laborem?
  Ille mei cultus unicus author abest.
Molle meum leuibus cor est uiolabile telis:
  Et semper causa est,cur ego semper amem.
Siue ita nascenti legem dixere sorores:
  Et data sunt uitæ fila seuera meæ.
Siue abeunt studia in mores,artesq; magistras:
  Ingenium nobis molle Thaleia facit.
Quid mirum?si me primæ lanuginis ætas
  Abstulit?atq; anni,quos uir amare potest?
Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam:
  Et faceres,sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspiciat,quæ conspicit omnia, Phœbe:
  Iussus erit somnos continuare Phaon.
Hunc Venus in cœlum curru uexisset eburno:
  Sed uidet & Marti posse placere suo.
O nec adhuc iuuenis,nec iam puer utilis ætas.
  O decus,atq; æui gloria magna tui,
Huc ades,inq; sinus formose relabere nostros:
  Non ut ames oro,uerum ut amare sinas.
Scribimus,& lachrymis oculi rorantur abortis:
  Aspice,quam sit in hoc multa litura loco.
Si tam certus eras hinc ire modestius isses:
  Si mihi dixisses,lesbi puella uale.
Non tecum lachrymas:non oscula nostra tulisti:

plura de hoc in commentariis syluarum diximus. ¶ Iussus erit cõtinuare somnos:curabit enim Luna:ut semper dormiat Phaon:qui formosior est:ut hunc osculetur. Nimirum hunc locum accepit Oui.ex poemate Sapphus nam apud græcum scriptorem ita legitur, περὶ δὲ τῆς σελήνης πρὸς αὐτὸν ἔρωτος,καὶ σαπφοῦς ἔρως λέγεται αὐτοῦ καὶ κατέρχεσθαι πρὸς αὐτοῦ νυκτῶν τῇ νεί σ τε κείμενον ὕπ νου υμαι θέντα διχω αυτοσ θέλει αὐτόν. ¶ Curru eburno,argẽteum currum tribuũt Lunæ poetæ,quoniam illi argentũ dicatum sit,ut scri.Eustathius,eburnum Veneri ebur autem Aethiopibus etiã in pretio: qui regibus Persidis uicenos dentes elephantorum singulis annis pendebant,uel Herodotus scrib.id aũt fuit.ccc.decimo anno ab urbe condita. ¶ Huc ades:blandientis est mulieris,& amanter gestientis. ¶ Rorantur,guttis humectant id enim proprium est rorare hoc loco.nõne dixit aspice q̃tum multa litura.nã dicere solemus,& debemus,q̃ multa litura. ¶ Hoc loco,hac parte epistolæ,quæ obliterata est manantibus lachrymis.Pli.profecto in oculis animus inhabitat,ardẽt,incẽdũtur:humectant,conniuent,hinc illæ misericordiæ lachrymæ,hos cum osculamur,animum ipsum uidemur attingere,hinc fletus,& rigantes ora riui:quis ille humor est in dolore tam fœcundus,& paratus Superiorem aũt uersum ita leges mea quidem sententia,Non ut ames oro,sed te ut amare sinas. ¶ Lachrymis abortis,interscribendum exortis,ita illud Vir.de Didone,Atq; sinum lachrymis impleuit abortis,in sermone.f. ¶ Si tam certus eras,accusat rusticitatẽ,quod se discedẽs ne salutauerit quidem. ¶ Lesbi puella,hæc erat appellatio sine ullo amoris indicio saltem,si nõ proprio nomine, aut amicã appellans,dixisses lesbi puella uale. ¶ Oscula:& in iis sua est lasciuia:cum oscula columbarum dixit Martialis impudicum osculum intellexit.nam columbæ osculantur proprio ritu,anteq̃ misceantur:ratio, inqt familiaritatis hoc ordine abstte implenda fuit:ut salutares,tum nostra acciperes oscula,deniq; munera.

¶ ECCE iacent,ut cõmiseratiõẽ excitet:recitat negligentiã cultus sui. Rore arabo.i.myrthe.dr aũt hic Arabus.a.um. & Arabs:sed hic gentile nomẽ p patrio usurpauit.i.p arabico. Cor est uiolabile &c.hic patet monosyllabũ cor aliqñ pducti. Siue abeunt studia in mores,quia consuetudo est altera natura:studendum est ergo q̃ primũ rebus honestis,qđ sese nõ fecisse fatetur,& dolet. Quid mirum &c. Purgat errorem suũ cum laude Phaonis,tam.nullum formosum,atq; amabilem prædicat,ut nõ potuisset eum amare in ea præsertim ætate,qua etiã ab Aurora amari potuisset ut Cephalus, & a Luna ut Endymiõ,& a Venere ut Mars. Litura a lino supinum litum corripitur,uñ & litera corripi debuit,sed t geminat sicut in quattuor,quottidie:rettulimus,eadem de causa. Modestius isses.i.ire potuisses aut debuisses. Lesbi puella, uocatiuus est a nominatiuo Lesbis lesbidos,& ita corripitur ultima,quæ genitiui casus a nominatiuo lesbos produceretur.

DOMI.
Modus interrogandi
Ritus antiquorum
Vsus auri a quibus inceperit
Myrthei crines qui dicti sint
Mathematicorum
Parcæ quot sint
Musæ q̃re ardalides dictæ sint
Erato quæ fuerit
Cephali fa.
Endymionis fabula & ipsius allegoria
Cur lunæ argẽteum currum tribuatur
Ebur ueneri dicatum cur apud æthiopes in magno patio fuerit
Rorate qd proprie sit
Audi q̃ de oculis Plinius dicat In oculis lasciuia est
ASCEN.

DOMI. QVOD dolitura fui:nō timui discessum tuum:ob quē eram dolitura. Iniuria:quod.s.me deseruisti ad concubitū referre nō placet:eo.n.Sappho alibi gestit:& in mœrore eius memoriam repetit. Nec admoneat,qđ tu munus amātis habes:causam ostendit:quare munera discedentibus amicis dari,accipiq́ soleant: ut.s.sint monumenta amici absentis : cuius repræsentent memoriam:sed nec tu,inquit,reliquisti mihi aliquid discedens præter iniuriam:qua sum deserta:nec a nobis accepisti,quod te admonere possit mei absenti.Itaq́ leges Admoneat:ut dicat:nec te pōt admonere . Amantis.i.mei munus:quod habes,nullum.n.discedens accepisti ad coitum referre nō placet.Quid.n.sensus est: nec ego admonui te : quod tu habes munus amantis.i.coitum: necesse est superioribus cōueniat:ubi ait,cum nihil sibi reliquisse,& hic dicat eundem nihil a se accepisse:qđ absentis monumentū sit. Per tibi,q nunquā:iuuat per numina proxima:qui ac primum in inuidiā obiicit:Iuro,inquit,tibi p amorem,qui nunquā lōge discedit:ut ad id referatur:quamuis ipse procul discedas: hic semper pximus est:nā semper amo. Per:& iuranti particula,quæ nunquā sine accusatiuo effertur.nam illud Virgilianū:Per tibi,si qua est,q restet mortalibus usquā Intemerata fides:idē est,ac si dixisset per fidē,si qua est:&c.sed antiqua simplicitate relatiuū,nomēq́ consonant. Cum mihi:simplicitate narrationis fidem : quam iuramento parauerat:omni ex parte implet:nam ita narrat:ut nō aliter accidisse credibile sit. Non aliter:per comparationē doloris magnitudinem exprimit,& quasi rei probatę cumulū addit. Pia mater:nō tm mater,sed quæ pia ē t est,& unice filiū amauit. Corpus inane:cadauer uacuum anima. Rogos extructos,rogus construebat lignis congestis in unum: unde strues lignorum dicit:de quo hoc carmen extat legis.xii. tabularū. Hoc plus ne facito rogū ascia ne polito.Olī in terra ponebant mortui et apud Romanos,& postea quāuis cremari institutū sit,multæ familiæ priscum ritum seruabāt,ut Cornelii patricii ex quorum familia nemo crematus est ante Syllā:qui id de se iussit:ueritus ne cadauer,erueretur a Marianis:nam ipse C.Marii sitas reliquias apud Anienem uicto dissipari iusserat:hoc est quod Pli.subobscure in septimo scribit apertius Cicero in legibus. Gaudet & e nostro:mouet misericordiam : cum ostēdit fortunam suā ludibrio esse aduersariis. Crescit:exhilarat:sumit aios. Quid dolet hęc:uerba Charaxi insultantis sorori,& acerbe obiurgantis amoris turpitudinem. Filia, ad id refert, qđ dixit antea:se nō minus dolere:q̄ quę luget filium amissum: cui addit testimonium fratris.Is.n.cum uideat tātum eius mœrorem,q̄tus in filii funere esse solet:innuēs eā alia de causa dolere:q̄ quidem turpis est:Non debet,inquit, tantopere angi,nec hic mœror est,p filia,quę quidem uiuit:hęc autem fuit filia Cercylæ,& Sapphus. Nō ueniunt in idem:est pmunitio eorū,q̄ dictura est,sententia simplex.eadem solet proferri cum ratiōe ut illud in omni certamine,q opulentior est,etiam si accipit iniuriā:tamen quoniam plus pōt,facere uidetur:duplex est, ut illud Terentianum:Obsequium amicos:ueritas odium parit.In oratione autem sentētiæ sunt tanquam lumina minus crebræ apud antiquos,sed postea corrupta eloquentia nimis usurpatę sunt:quod inuidiose in Senecā,ut puto,dixit Fabius. Veniunt in idem:idem nō potest pudoris habere rationem & dare operam amori.alibi Ouidi.in Ep. Phedræ. Quid deceat,non uidet ullus amans. Omne uulgus uidebat:scilicet me,& tamen supple ego negligebam:non enim poteram seruire pudori:cum tam perdite amarem. Tu mihi cura Phaon,idest negligo omnes:nec me eorum pudet : tui enim amoris legibus indulgeo Phaon. Illic te inuenio:in somnis saltem te amplector:somnia interpretari Plinius scribit Amphyctionem docuisse,de qua scientia Chrysippus,& Antipater libros ediderunt,ut ex interpretatione Antiphōtis apparet,q hæc exponebant coniectores sunt appellati. Non satis longa,nam statim expergiscor.Idem Hero ad Leandrum. Me miseram breuis hæc est,& non uera uoluptas.Quam epistolam non esse Ouid.certa ratione docuimus, nam nec,quę legitur Paridis ad Helenam,nec quæ Helenæ ad Paridem,nec quæ Leandri ad Hero,nec quæ Herus ad Leandrum,nec quę Acōtii ad Cydippen,aut Cydippes ad Acontium,ab Ouidio unquam scripta fuit,quod ipse aperte testatur,nam ad Macrum scribens ait se dictasse literas nomine Heroidum Helenæ,Medeæ:Canaces,& aliarū.Quod Paris & Machareus, & quod male gratus Iason:Hippolytiq́ parens,Hippolytusq́ legat,nomine uero uirorum Sabinus epistolas cōfinxit, quod ibidē testatur,Quam cito de toto rediit celer orbe Sabinus,Scriptaq́ diuersis rettulit ille locis, si ergo primus scripsit Helena ex Ouidio,posteaq́ respondit Paris ex Sabino,quomodo possunt esse Ouidii.nam Helena hic non scribit,sed respōdet,& Paris non respondet,sed prior scribit,nimirum hæ epistolæ adulterinæ sunt,& eodem pene stylo ab aliquo scriptę,quo reliquæ,quæ falso ad Ouidium referuntur.

Deniq́ non timui,quod dolitura fui.
Nil de te mecum est,nisi tantum iniuria,nec te
Admonuit,quod tu munus amantis habes.
Non mandata dedi neq́ enim mandata dedissem
Vlla,nisi,ut nolles immemor esse mei.
Per tibi,qui nunquam longe discedit,amorem,
Perq́ nouem iuro numina nostra Deas.
Cum mihi nescio quis,fugiunt tua gaudia , dixit:
Nec me flere diu,nec potuisse loqui.
Et lachrymæ deerant oculis:& uerba palato:
Astrictum gelido frigore pectus erat.
Postquam se dolor imminuit, mea pectora plāxi,
Nec puduit ruptis exululare comis.
Non aliter,q̄ si nati pia mater adempti
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet,& e nostro crescit mœrore Charaxus
Frater,& ante oculos itq́,reditq́ meos.
Vtq́ pudenda mei uideatur causa doloris,
Quid dolet hæc?certe filia uiuit,ait.
Nō ueniunt i idē pudor,atq́ amor:omne uidebat
Vulgus:eram lacero pectus aperta sinu.
Tu mihi cura Phaon,te somnia nostra reducunt,
Somnia formoso candidiora die.
Illic te inuenio,quanquam regionibus absis:
Sed non longa satis gaudia somnus habet.
Sæpe tuos nostra ceruice onerare lacertos:
Sæpe tuæ uideor supposuisse meos.
Oscula cognosco:quæ tu committere linguæ
Aptaq́ consueras accipere,apta dare.
Blandior interdum,uer isq́ simillima uerba

Per sposítio cū quo iungatur

Rogus qd pprie sit

Carm.xii. tabularū

Ritus sepeliēdi apud priscos & qñ corpa cremari instítutū fuerit

Pulcherrim° modus loquendi

Quis primº somnia īterpretari docuerit & qs de ipsis uolumina ediderit

Error omniū fere latinorū incōuincibili rōne explosus

ASCEN. DENIQVE non timui & cætera.Sic quarto Aeneidos Dido.Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.Et perferre soror potero.Quia ut dicit diuus Gregorius,Tela præuisa minus lædere solent.Per tibi qui nunquam,& cætera.Iuramenta solent a poetis delegi apta personis,& negociis,ut nautæ per maria,ut Palinurus, Maria aspera iuro.Parentes per salutem filiorum,ut Per caput hoc iuro,per quod pater ante solebat,uiri fortes per dexteram, & hic amans per amorē,quem dixit nunquam longe discedere,aut quem eum sibi pręsto habet,aut quia subito puniat perfidos. Perque nouē & cætera.quia & ipsa uates per musas iurat.Quum,antiqui u.in o.uertebant,ut uolitis,uortex,uorro,sed nunc uolunt tēporis cum scribi,quum tamen antiqui nunquam u.geminarent scribentes in nominatiuo seruos, dauos auos & cætera. Nec peccet qui indifferenter cum scribat,Planxi,idest percussi,Crescit nostro mœrore,unde Sinon Aenei.ii.Hoc Ithachus uelit

uelit & magno mercentur Atridæ. Grauis enim dolor est, cum mala nostra inimicis gaudio sunt: & nos illis ludibrio: ut ergo Charaxes. Quid dolet. s. soror mea: q̃ meos amores olim tam seuere taxauit: atq; uituperauit: certe non dolet mortem filiæ, qa filia uiuit quasi dicat agnosco eam amore perditam. Et si dicat Phaon eam sibi hunc dolorẽ fecisse: quia non texerat amores. Respondet non ueniunt in idem pudor, atq; amor. Tu mihi cura Phaon: docet, ut redarguatur se uehementissime amare: ita ut sicut Terentianus Phædria a Thaide expostulat: Nihil aliud expostulat: nec uigilans cogitet. Vehemẽtis aũt amoris inditium est: cũ & in somnis occurrit dilectus. Formoso die: quia luce nihil pulchrius, aut amabilius, & tñ quia per noctẽ fruitur per imaginationem præsentia amici p̃fert noctẽ diei. Legendum puto formoso non formosa: non q; diem etiam nocti cõdistinctum non inueniam in fœminino genere. Nam Maro dicit lib. v. Postea cum primo stellas oriente fugarat Clara dies &c. sed qa unius uocalis sic uitat̃ concursus. Cõmittere linguę: ut. s. lasciuius exequatur: quę confessio in fœmina pudica indecora esset. Consueras: pro consueueras: nec uersus patitur: ut consueueras legatur.

Eloquor, & uigilant sensibus ora meis,
[V]lterius pudet hic narrare, sed omnia fiunt:
Et iuuat, & sine te non licet esse mihi.
At cum se Titan ostendit: & omnia secum,
Tam cito me somnos destituisse queror.
Antra, nemusq; peto: tãq̃ nemus, antraq; p̃sint:
Conscia delitiis illa fuere meis.
Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho
Impulit, in collo crine iacente feror.
Antra uident oculi scabro pendentia topho:
Quæ mihi mygdonii marmoris instar erant
Inuenio syluam, quæ sæpe cubilia nobis
Præbuit, & multa pressit opaca coma.
Sed non inuenio dominum syluæq;, meumq;,
Vile solum locus est: dos erat ille loci.
Cognoui pressas noti mihi cæspitis herbas:
De nostro curuum pondere gramen erat.
Incubui, tetigiq; locum, qua parte fuisti,
Grata prius lachrymas combibit herba meas.
Quin etiam rami positis lugere uidentur
Frondibus: & nullæ dulce queruntur aues.
Sola uirum non ulta prius mœstissima mater
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.
Ales Itin, Sappho miseros decantat amores:
Hactenus, ut media cætera nocte silent.
Est nitidus: uitreoq; magis perlucidus amne
Fons sacer: hunc multi nomen habere putant,
Quem supra ramos extendit aquatico lotos:

COR A uigilant sensibus meis, nõ aliter, inquit, loquor, & ex primo, qd' sentio, q̃ si uigilarẽ: nã reliq̃ corporis sopita: os uigilat ad uerba exprimẽda. ¶ Sensibus: sensus, & sensa dixerũt antiqui: quæ aio cõcepimus: author Fabius. ¶ Titan: Sol a Titea matre: ut nõnulli putãt, Idẽ Hyperion a p̃re Hyperiõe: author Diodo. ¶ Antra, nemusq;: per cõmemorationẽ loci miserationem facit: qui locus frequẽtissimus est apud Virg. ¶ Prosint: lenire possint desideriũ meũ. ¶ Inops mẽtis: amans. ¶ Erichtho: maga celebrata ẽt carmine Lucani incãtatione potẽtissima: aũ idẽ nomẽ ab Oui. usurpatũ. ¶ Pẽdẽtia: sublimia. ¶ Instar: nõ minoris pretii apud me erãt. ¶ Marmoris Mygdonii: Mygdonia Phrygiã terminat a meridionali latere: uñ Mygdoniũ p Phrygio accipimus. Papi. in syluis de Tithono: Mygdonii, Pilliq; senis. marmor itẽ Mygdoniũ Phrygium intelligimus: qd' p̃tii magni erat: & idem sinaticũ dicebat̃. de hoc plura scripsimus in cõmentariis syluarũ: Mygdoniã item cõiungit Pli. cũ Macedonia erat p̃terea lapis Phrygius gleba q̃dam pumicosa: qua utebat̃ p fusa uino apta tingendis uestibus. Sappho marmoris Lesbii nõ meminit. nã id liuidius erat uersicolores maculas hñs. ¶ Coma multis frõdibus: trãslatio est gratia pulchritudinis. ¶ Dos erat .i. p̃tium loci. ¶ Grata prius: a mutatione fortunæ excitat misericordiam. ¶ Positis frondibus: huius carminis hic mihi sensus uidet̃, oia mœrent: & sylua: quæ in doloris inditiũ frõdes deposuit: & aues, quæ ne uocẽ quidem emittunt cõquerẽdo calamitatem nr̃am: ut eo silentio maior dolor designet̃. ¶ Sola: ceteri q̃ aues silent: sola Philomela conqueritur dolens. s. qd' uirũ Tereũ non potius interfecerit, q̃ Itin filiũ: eũdem Itylum appellat Catullus: Qualia sub dẽsis ramorũ cõcinit umbris Daulias absumpti fata gemens Ityli. Varro, & nostri omnes aiunt Philomelam uersam esse in lusciniam: & Prognen matrem Itys in hirũdinem. Ouid. hic accepit Prognen uersam esse in Philomelam: quod præterea Græci nonnulli tradũt: & Probus grammaticus in Bucolicon Virgil. ¶ Daulias: Daulias alas Thucydides in. ii. histo. scribit Tereum imperium tenuisse in Phocide. Vnde, ut ait Philomela, a multis poetis Daulias cognominata est. Daulia aũt oppidum appellatum est a densitate arbustorum: nam δαῦλον densum significat. Hom. non Dauliam. sed Daulida scribit Strabo Thucydidi assentitur: sed eum uaria sensisse putat: ait enim illum scribere rem gestam fuisse ad Megeram. In quo ueniã dabit si Thucydidis uerbis refelletur: is enim ita scribit in. ii. histo. ἀλλ' ὁ μὲν ἐν δαυλίᾳ τῆς φωκίδος καλουμένης γῆς ὁ Τηρεὺς ᾤκει τότε ὑπὸ θρακῶν οἰκουμένης. Et in carmine ad Liuiã: Talis in umbrosis mitis nũc deniq; syluis Deflet threiciũ Daulias ales Ityn. ¶ Nõ ulta prius, q; potius non interfecerit Tereum maritum: q̃ Ityn filium. ¶ Hactenus ut media. i. usq; ad mediam noctem donec omnia silẽt. ¶ Numen: genium qui tam loci, q̃ hois Deus est. ¶ Lotos: arbor in Africa insignis: de qua Pli. multa eius fructu uescuntur Africæ, populi Lotophagi inde nominati, obliuionẽ is cibus facit, inde discedendi, quod nonnullis sociis suis accidisse Vlysses refert apud Homerum, eadem aptissima est tibiis: inde apud Propertium, Silium Italicũ, Martialem, Loton pro tibia exposuimus. Lotos item (ut idem scribit) herba, quæ subnascitur deorum uoluptati, eandem dixerunt fabam græcam. De sex lotis, quæ in ædibus Crassi erant, unde nobile illud iurgium cum Cn. Domitio refertur, diximus in commẽtariis syluarum. ¶ Aquatica, quæ gaudet aqua: alibi Ouid. Amnicolæq; simul salices, & aquatica lotos.

DOMI.

Sol uñ Titan dictus est, & quo alio noie appellatus fuerit

Mygdonia q̃ sit, & ubi locorum sita

Lapis Phrygi⁹ q̃ & cuius q̃litatis fuerit

Philomelę Prognes & Itys fabula

Quãobrẽ Philomela Daulis appellata est

Daulia oppidũ qd & uñ dictum

Genium quid sit

Lotos arbor in Africa, cuius naturæ sit

Loton p tibia ponimus

Lotos herba quæ sit

Quot loti in ædibus Crassi fuerant

COMNIA fiunt, etiam coitus. Antra, nemusq; peto, tanq̃ nemus. sic maro in buc. Iam mihi per rupes uideor. lucosq; sonantes. Ire libet partho torquere cydonia cornu Spicula, tanq̃ hæc sit nostri medicina furoris. Vt q̃. i. utpote, q̃ furialis Erichtho. i. uenefica, & incãtatrix illa, aut illius similis impulit. Scabro topho, sic in Geor. Et tophus scaber, qui quia scaber, & asper est purgandis uasis conuenit. Instar. i. instatum, & ualorem, aut æquipollentiam marmoris Mygdonii. i. Phrygii. Multa coma. i. fronde, quæ arborum coma est. Dos loci. i. decus, & pretium. Queruntur. i. querulam uocem edunt. Dulce: idest dulciter, ac cum dulcedine ut mirum sit etiam querelas in auibus suaues esse: sicut lachrymæ in formoso uultu decoræ. Sola: ordo est, Sola daulias, ales. i. auis uidelicet Progne, s̃m hunc locum existens mater mœstissima, nõ ulta prius uirũ. i. qa nõ prius animaduertit in uirum, q̃ filium illi epulandũ occideret, concinit. s. querula. Ityn. s. filiũ, Ismarium. i. Thraciũ. Ales Ityn sup. decantat, ab inferiore: zeugma: Est nitidus &c. Per phantasiam dicit sibi ad fontem decumbentẽ apparuisse formosum, uidelicet Cupidinem: seu amorem cohortantem, ut se precipitem daret de rupe in mare ambracium, quod ẽt fecisse legitur amoris impatientia. Fingitur autem is locus eius naturæ, ut qui se illinc præcipitẽ dederit cura leuetur amorum, quod re uera his contingit, qui sibi necem concitant, quia mors ultima cura rerum est.

ASCEN.

DOMI.

Antiquorum stultitia q̃ in tẽplo actiaci Phœbi obseruabatur

Quis prim⁹ leuandi amoris grã se eruperit pcipitauerit

Antiquorum immanitas

Actiaci promontorii ubi locorum sit

Leucadia quæ sit

¶VNA nemus.i.sola Lotos facit nemus ramis suis.Phœbus ad templum actiacum:quod in sinu ambracio est petra præ rupta esse ferebatur:unde qui se dimitterent in mare amoris flãma leuarentur:id egit prima Sappho:ut ex Mænãdri testi monio Strabo affirmat.nam Męnander ita scribit:Pręruptam nacta in trãsitu petram Cupidinis oestro percita e summo præceps ruit ex animi tui sententia rex imperiose.Alii Cephalũ Athenis profugum:Deionei filium tyrannum Acarnanũ captum amore Pterelæ Diogneti filię:primũ id egisse autumãt.Oui.Deucalioni id tribuit mos certe patrius Leucadis mã sit:ut in Apollinis sacrificio sontẽ aliquem e specula deiicerent:auertendæ numinis iræ grã:sed pennas addebant:multisq; nauiculis cedentem conabantur excipere:ut ita seruatum & in columẽ extra patrios fines mitterent.¶Phœbus:ex tẽplo suo. ¶Actæum:a littore:actiacũ a promontorio.leges plura de hoc apud Stra.& Plu.Pli.ita scribit:Acarnania ante Curetis: & in ora ipsa colonia Augusti actiũ cum tẽplo Apollonis nobili:ac ci uitate libera nicopolitana.& paulopost:Leucadia ipsa peninsu la quõdã Neritus:huius ante meminerat Hom.ex psona Laer tis:& affirmauerat Strabo.¶Nec mora:& statim. ¶Lętissima pectora:quę prius cõtẽnebant amantẽ.i.uicissim Pyrrha cœpit amare Deucalionẽ iam uacuum flãma:unde ipsa torquebatur. ¶Abiit cũ uoce.i.siluit:nec postea usq̃ apparuit.¶Timor:deii ciendi se de saxo.¶Quicquid erit:non uult sibi ominari mortẽ sed tñ eam postponit pñti calamitati.¶Aura subito:p auersio nẽ misericordiã mouet:cũ & absentes appellat: & respõsuros. ¶Subito:corpus cũ demittet.¶Et mea non magnũ:a possibili seu facili suadet:potero,inqt,sustineri:nã corpus leue est:& sum parua.¶Tu quoq; mollis amor:Cupidinẽ inuocat:nõ tam nu men propitiũ,q̃ ad historiã alludens:de qua ante dictũ est.nam Leucadii cum sontẽ dimittebãt:addebãt pẽnas:ne casu periret. ¶Ne sim cri.aq̃.i.inuidia,& infamia.¶Mortua:si moriar.¶In de Chelyn Phœbo:Chelyn cythara dixerũt:qm̃ ex χηλώνης:i te

Chelys q̃ sit,& qs ea psonauerit

Locus enodatus

studine primũ eã formauerit Mercurius:unde & testudo dr̃:hi ãt duo uersus dũ parũ intelligunt erroris cãm pbuerunt nõnullis legentibus Ouidii uersum ad Macrũ:ubi cũ de Sabini epl̃a scri beret noĩe Phaonis ad Sappho ita ait:Dat uotã Phœbo Lesbis amica lyrã.i.Sappho accepit lr̃as a Phaone eum non rediturũ: ppea se deiecit ex Leucade:& amore liberata dedit Lyrã Apol lini:quã ei nũcupauerat:his.s.duobus uersibus.¶Cõmunia:cõ uenientia mihi,& Phœbo.¶Poetica:a gręcis ποιντρία dr̃,ab He rodoto ita scribitur: ἐν μέλει σχωφῷ πολλὰ κατακερτομένη. ¶Grata:qd̃ tuo noĩe seruata est incolumis:& amore liberata

Lyram qs primus fabre fecerit

uates tua.¶Lyrã:primus fecit Merc.ut añ diximus: quã tradi dit Orpheo ex testudine ut Eratosthenes scri.authore Hygino. Ea relata ẽ i cœlũ mortuo Orpheo fauore Apollinis : quẽ pluri mũ apud inferos laudauerat,& uolũtate Iouis:q id cõcessit Cal liope filiæ mr̃i Orphei.¶Lesbides æquoreæ:& hac appellatio ne miserationẽ mouet:dũ se ueteri uoluptate carere oñdit:& iu cundã olim cõsuetudinẽ abdicat:auxit affectũ cõpositiõe:uno uerbo sæpe repetito:qd̃ nõ mõ ad lachrymas facit, sed ad indi gnationem aliqñ.¶Aequoreæ,insulares.appellat aũt prius di scipulas,quas olim erudiebat:in his tres claruerũt, ut ante dixi mus:deinde eas in quarũ amore infamia libidinis nõ caruit,de quibus Suidas πρὸς ἃς καὶ διαβολὴν ἔσχεν αἰσχρᾶς φιλίας.

Lesbos insula quę & ubi locorũ sit

¶Aeolia lyra.i.Lesbia,nã Lesbos insula æolica est, imo ęolica rum ferme urbiũ Metropolis,ut scri. Strabo,q author est ęoli cam gentem magnã fuisse:& per totam ferme Græciam cu aga tam,& Diony.æolidam insulã appellat Lesbon,unde & lingua æolica originem sortita est.¶Lesbides infamem , nunc cõcubi nas suas appellat Telesippam,Megaram, & Atthidem:ita lege hunc uersum,Me miseram dixi,q̃ modo pene meus, ut coniun gas q̃ pene dixi meus Phaon.Et non quem.

ASCEN.

¶IBIMVS o nymphę:nam ad fontẽ dormiens id dixit:ubi nymphæ semper esse putãtur:Et si dicatur dubius esse euẽtus rei,cum & necari uero similius,q̃ leuari curis sit,rñdet.¶Quic quid erit,melius,q̃ nunc erit,quia ẽt mori melius erit , q̃ in tali cura uiuere,sed ex Homero Virgilii sexto Aeneidos de iis,q se se interemerunt,dicit eum admiratione,Quã uellent ęthere in alto,Nunc & pauperiẽ,& duros perferre labores, Fata obstãt

Vna nemus,tenero cespite terra uiret.
Hic ego cum fessos posuissem flebilis artus:
Constitit ante oculos Naias una meos.
Constitit,& dixit,quoniam nunc nõ ignibus æqs
Vreris, Ambracia terra petenda tibi est.
Phœbus ab excelso,q̃tum patet,aspicit æquor,
Actæum populi,Leucadiumq; uocant,
Hinc se Deucalion Pyrrhæ succensus amore
Misit & illæso corpore pressit aquas.
Nec mora,iussus amans tetigit lætissima Pyrrhæ
Pectora,Deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet,pete protinus altam
Leucada,nec saxo desiluisse time.
Vt monuit,cum uoce abiit:ego territa surgo:
Nec grauidæ lachrymas continuere genæ.
Ibimus o nymphæ,monstrataq; saxa petemus,
Sit procul insano uictus amore timor.
Quicquid erit,melius q̃ nunc erit,aura subito,
Et mea non magnum corpora pondus habẽt.
Tu quoq; mollis amor pennas suppone cadenti,
Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.
Inde Chelyn Phœbo cõmunia munera ponam,
Et sub ea uersus unus,& alter erit.
Grata lyram posuit tibi Phœbe poetica Sappho:
Conuenit illa mihi,conuenit illa tibi.
Cur tamen actiacis miseram me mittis ad oras?
Cum profugum possis ipse referre pedem.
Tu mihi Leucadia potes esse salubrior unda:
Et formæ meritis tu mihi Phœbus eris.
An potes o scopulis,undaq; ferocior illa,
Si moriar,titulum mortis habere meæ?
Ah quanto melius iungi mea pectora tecum:
Quam poterant saxis præcipitanda dari.
Hæc sunt illa Phaon,quæ tu laudare solebas,
Visaq; sunt toties ingeniosa tibi.
Nunc uellem facunda forẽ,dolor artibus obstat,
Ingeniumq; meis substitit omne malis.
Non mihi respondent ueteres in carmina uires:
Plectra dolore tacent,muta dolore lyra est.
Lesbides æquoreæ,nupturaq; nuptaq; proles,
Lesbides æolia nomina dicta lyra.
Lesbides,infamem quæ me fecistis,amatæ:
Desinite ad cytharas turba uenire meas.
Abstulit oẽ Phaon,quod uobis ante placebat,
Me miseram dixi,q̃ modo,pene,meus.
Efficite,ut redeat,uates quoq; uestra redibit.
Ingenio uires ille dat:ille rapit.

& cætera.¶Hæc sunt illa Phaon.s.pectora.Substitit.i.repressum est,alludit ad uenam eloquii,quæ fluere solet,sed malis repressa est,ut substet.Veteres in carmina.i.ad carmina conficienda priores,ac solitæ uires.Lesbides.i.mulieres ex Lesbo, appositorie nomina dicta tota,& laudata,ut Prima dicte mihi,summa dicẽde camœna & cætera.Me miseram, minor est excandescentia,q̃ si dicat o me miseram.ordo tamen est,o me miseram,aut miseram.i.miserandam me censeo,q̃.i. quantũ putas. Pene,id est quasi dixi meus.s.Phaon abstulit.Efficere,ut redeat,scil.cet Phaon.

¶Pectus

PECTVS ne agreste:pectus frequēter pro aio apud poetas:caput pro uita:caput aūt aperiri aspectu magistratuū, nom uenerationis cā iusserūt antiq:sed ut Var.author est,ualetudinis,quo firmius cōsuetudine ea fieret.Pli.idē repetit:qd' aūt cā ualetudinis fuit institutū ad uenerationē traduximus.Plu.uero in quæstionibus ad historiā hoc refert.Nam quę rit:διὰ τί τοὺς θεοὺς προσκυνοῦντες ἐπικαλύπτονται τὴν κεφαλὴν τοῖς δὶ ἀνθρώποις ἀξίοις τιμῆς ἀπαντῶντες κἂν τύχωσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντες τὸ ἱμάτιον ἀποκαλύπτονται:cur qn̄ Deos adorant:caput operiūt:qn̄ uero incidūt in hoies ueneratione dignos si ēt forte opertū habuerint:caput aperiūt,deniq̧ ait institutū:ut ita Deos ueneremur:ut ondit Seruius in.iii.Aenei.de Aenea:q inter sacra caput operuit:ne Diomedem hostē uideret:qn̄ aūt hoc Deorū fit hoies cōtra aperto capite uenerant:ne eodē cū diis honore cēseri uideant: Castor addit,nescio quid Pythagoricū:qd illic leges,qn̄ uoles. Si saperes,si humanitatē:& rectū officiū retineres,me nosses diuitias tuas. Si redis.i.si cogitas de reditu. Votiua munera: soteria. Ratē:ut ex pte totū itelligamus:uel ex spē genus: uel ex pcedētibus sequētia liberius esse poetis,q̄ oratoribus:nā oratores mucronē qdē dicunt p gladio:& tectū p domo: nō tn̄ puppim pro naui:uel abietē pro tabellis:nec ferrū pro spiculo:nec quadrupedē pro equo. Venus orta mari:ita Hero.Quod timeas nō est auso Venus ipsa fauebit:Sternet & ęquoreas ęquore nata uias.Ex Ioue Venus creata est & gratiæ Lucina Dianā, eiusq̧ tutelæ data est matura uirginū ętas:multa in nuptiaꝝ ritu a locis:q̄ tenuit Erycina:Paphia:Lyra:Cytherea dicta:ex maris spuma nata dr̄:notissima fabula.sed cū quatuor Veneres tradiderit antiqtas:hęc est secūda: quā exeūtē mari ἀναδυομένην appellatā insigni laude pinxit Apelles:quā tabellā Augustus in delubro pr̄is Cæsaris dicauit. Pelasgida:nā Pelasgi:ut Ephori:Hesiodi:Homeriq̧ testimonio docet Strabo p uniuersaꝫ ferme græciā uagi,& errabūdi rē militarē exercuerūt:locis nōnullis dederunt noia. Nā Peloponnesus Pelasgida ab his dicta est:Argos itē Pelasgidū,& Lesbos Pelasgica.Pli.tn̄,cuius uerba an̄ recitauimus:Pelasgiā scribit:iidē ab Atheniensibus appellati sunt πελάργιοι imutata lr̄a.i.ciconię ob assiduos errores:iidē aliqn̄ fuerūt in Italia:qd Strabo refert:& affirmat Dionysius Alicarnaseus.Genus aūt duxerunt ex Arcadia ex Pelasgo filio Iouis,& Niobes. Iuuat:seu tibi cōsiliū est. Fugisse pelasgida Sappho.i.Sappho Lesbiā.Nō tn̄ inuenies:hic totus uersus p interpositionē legēdus est:ita coniungendū:si iuuat fugisse Sappho. O saltē crudelis ep̄la di.fata:miserabiliter saltū leucadiū iā fatū,& mortē suā appellat: & si Straboni credimus:inde se deiecit.qd' & Oui.innuit eo uersu:quē pauloante recitauimus:Dat uotā Phœbo lesbis amica lyram.Claruit aūt cum Alcæo olympiade ante Tarquini Prisci arcum ædificatum:ut Eusebii recensent tempora. Vale.

Ecquid ago pcibus?pectus ne agreste mouetur?
An riget?& zephyri uerba caduca ferunt?
Qui mea uerba ferunt,uellem tua uella referrent,
Hoc te,si saperes,lente decebat opus.
Siue redis,puppiq̧ tuæ uotiua parantur
Munera,quid laceras pectora nostra mora?
Solue ratem Venus orta mari:mare pr̄stat amāti,
Aura dabit cursum,tu modo solue ratem.
Ipse gubernabit residens in puppe Cupido:
Ipse dabit tenera uela,legetq̧ manu.
Siue iuuat longe fugisse pelasgida Sappho:
Non tamen inuenies,cur ego digna fuga.
Hoc saltem miseræ crudelis epistola dicat:
Vt mihi leucadiæ fata petantur aquæ.

Finis Sapphus Ouidii.

DOMI. Pectus p aio caput uero p uita sæpissime ponit & q̄re institutū fuit ipsum caput apiri,detegi, & opiri Varius modus loquēdi apd rhetores & poetas Veneris fabula & quibus noib⁹ ipsa appellata fuerit Pelasgi queadmodū multis ciuitatibus & regionibus nomē dederint & un̄ ipsi nomen sortiti fuerint Quo tpe Sappho claruit & periit

ASCEN.

HAEC quid ego sup.pcor:ut sit qd.i.ad qd ego hęc pcor hoc opus.i.redire lente.i.pigre & tarde ad reditum. Fugisse Pelasgida Sappho:qui nesciunt græca in o hr̄e accusatiuo in on legunt Sappho:sed & Sapphō,& Didon in accusatiuis legimus.Siue iuuat.Ordo longus est:siue redis &c.qd laceres &c.i.cur nō cito redis,si rediturus es. Siue iuuat fugisse Sappho pelasgida.i.gręcā mulierē lōge.i.siue nunq̄ rediturus abiisti,O optātis est.i.utinā epistola.s.tua:qua meis lr̄is rn̄debis: dicat saltem miseri.i.mihi:ut saxa aquæ leucadiæ.i.pcipitia maris leucadici petant mihi,ut.s.sic finiam aut amores:aut cū amoribus uitam.Et ita oratorie summum,& grauissimum pondus uotorum in fine ponit:ut ipsum memorem commiserari faciat.Hæc sunt,quæ in epistolas Ouidianas quanta potui breuitate,& commoditate annotaui.

Finis commentarii Domitii in Sapphon Ouidii.

GEORGII MERVLAE IN EPISTOLAM SAPPHVS.

CONTRA DOMITIVM ANNOTATIONES.

QVID igitur petulans & nimiæ licētiæ literator primū dānat?Nēpe qd' Franciscū Philelphū in Sapphus uita declarāda,ceu gręca ignorem secutus fuerim.sed quod mihi uitio obiicit,id laudi maxie duco,neq̧.n.gloria sua defraudādi sunt pceptores nr̄i,quoties uera docēt.Sed minime miror,si oium ingratissimus eius me accusat,i quo se plerūq̧ iactare solet, Quid?qd' plane hic ignorat quorsum Francisci Philelphi testimoniū spectet,illud ēt deprehēdisse se dicit qd' filiā,nō filiū ex Charaxo Sappho genuerit:me uero pro filia filiū scripsisse,quasi non hoc sit frequēs impressorū uitiū, qui modo ppostetas & inuersas,modo alias pro aliis literas collocent,Quem hoium indiligentiā & interim inscitiam,uix diligēs pfectorum & corrigentiū cura emendare potest.Vnum tn̄ est,qd' uelut ignotum atq̧ obstrusum,cognouisse atq̧ eruisse dictitat super his uersibus.Nec mihi Pierides subeunt,Dryadesq̧ puellæ,Nec me Thespiadum cætera turba iuuat.Hoc est triplicem causam dicendi,cū aut furore poetico ageretur,aut cū relaxans,aium in syluis sine curis uagaretur inter Dryades & Hamadryadas,aut cū pueris,quos amabat,blandiret,qui sibi Thespiadū & musarum instar erant,Nūc,inqt,nec Pierides .i.furor poeticus,nec Dryades.i.relaxatio animi,in syluis inter Dryades puocant me ad carmē,nec cætera turba Thespiadum,nec amicæ,quæ tertia & reliqua carminis causa erāt,me delectant Næ literator egregie de penitissimis,ut aiunt,musarum antris hūc sensum eduxisti,dic quæso an nō plena sunt huiusmodi dearū appellationibus carmina, ex qbus in tales allegorias quicq̄ transferre,ut ab Eustathio traditū est,parum cōueniens sensit Aristarchus quā nimiam grāmaticorū diligentiā utpote odiosam Seneca & Quintilianus in Didymo damnauerunt: porro q̄ cōtentiose & insulse oppugnans sup hos uersus interpretationem nostram,Et uariis albæ iunguntur sæpe columbæ,Et niger a uiridi turtur amatur aue.Nā cum uim huius comparationis ex pręceptis Varronis excusserim,hoc est per uarias aues genus illud agreste columbarū accipi,qd' fere est albo uario,niteris perabsurde nimis,atq̧ illepide probare per uarias aues pauonē intelligi,parū cōsyderans,si de columba & pauone intelligeret,a puella insipidam,& parum efficacem cōparationem fore. quippe quæ nec superiora,nec rem ipsam,de qua agitur respicere.illud sane duplex illa comparatio breuiter docet dispares formas, & disparia auium genera ui amoris plerūq̧ copulari,nec deformitatem,aut impar genus amantes a seipsis auertere. Quid enim


Franciscus Philelphus

Aristarch⁹ Seneca Quintilianus Didymus

uult exemplum:Persei & Andromades:aut columbarũ diuersitas nisi formam in multis haud magni momẽti esse.immo Hercule contra mulierem staret sua comparatio:si formosæ aues quales albæ columbę:& pauones habentur, ungi hac in parte traderentur.quod uero ais amicos esse inter se pauones & columbas ut naturales scribunt:ad præsens negociũ non pertinet:absurde nimiũ omnia exponis.queadmodum & illud.Non agitur uento nostra carina suo. Vt sub interrogatiõe hæc dicat puella quæ discessu Phaonis:& amissa omni spe potiundi quem amabat,in mare se pręcipitare statuat:cauillatur & illud.Si nisi quæ facie poterit te digna uideri:Nulla futura tua est:nulla futura tua est. Sic exponens,si nullam es amaturus:nisi quæ dignitate formæ tuæ cõueniat,nullam amabis quasi dicat nulla est tam formosa:q̃ tu.Nos contra ad delitias amatoris omnia referenda dicimus:qui non contentus quotidiana forma:per quam formosã optet:in quo maior uis doloris puellæ ostenditur,ꝙ is impossibilia appetet,qui ea spernit.Verior itaq; est hæc sententia testimonio Ouidii cõfirmata.Forma dei munus,forma quota quæq; superbit,quasi dicat raram uel nullã es amaturus hic ego aliquid subiũgam ex occultis græcorum commentariis sumptum,conduplicationem istam non tam ad emphasim esse factam ab Ouidio, ꝙ ut geminando eadem uerba charactere Sapphus demonstraret quæ ut Demetrius Phaleræus author est gratiã suis carminibus ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως quæsiuit.Nã ubi περὶ χαρίτος λόγου pcepta tradit de charactere Sapphus hæc scribit sermonis gratiæ,quæ per figuras fiunt manifestæ,& plurimæ sunt apud Sappho,quemadmodum anadiplosis, ubi nympha ad Partheniam ait.παρθενία παρθενία ποῖ λείπουσα οἴχῃ.Quæ respondent ad eam per eandem figuram οὐκέτι ἥξω πρὸς οὐκέτι ἥξω:Maior enim gratia apparet ꝙ si semel esset dictum & sine figura,sed cũ uir improbus nos insectetur,nostraq; iniquo aio perlegat:non tam reddendæ sunt homini uices:ut eũ suæ petulantiæ pœniteat: ꝙ bonis ac studiosis iuuenibus consulendum,qui plusq̃ conueniat interpretationibus Domitii fidei adhibentes in grauissimos errores incidunt.

❡Domitii Calderini Veronensis commentarioli in Ibin Ouidii ad uirum clarissimum Falconem Sinibaldum ciuem Romanum ærariiq; pontificii custodem.

❡Domitius Calderinus Falconi Sinibaldo Sal.



Ommentarios meos in Ibin Ouidii:cum nonnulli nuper petiissent:ut ederem:id mihi agere uisi sunt alienissimo tempore.Nam nec opus adhuc emendaueram ab auditoribus exceptum superioribus annis:cum publice in Academia id profiteremur nec quorũdam maleuolentissimorum hominum inuidiam, quam lucubratio nostra in Martialem:uel contraxit:uel exulcerauit,adhuc sedatam:aut certe lenitam intelligebam:ut quantũ ego scribendo:tantum ipsi calumniando:cauillãdo:maledicendo quotidie meditentur:omnis humanitatis, & officii obliti.Nã quod maxime tueri debent:& in cõmunem utilitatem iuuare:id potissimum oppugnant : & laborum ac industriæ laudẽ labefactare conantur:Sed iis satis respondimus iis libris:qui in manibus sunt:& prope diem edentur: quorum primus locorum oium:quæ apud Iuue. obscuriora sunt.explicationẽ continet:ne paradoxis pauloante emissis: quæ profecto sunt plane παρὰ τὴν δόξαν:ac sententiam Iuuenalis studiosi aliud praue discant:cum Iuuenalem quærant reliquis tribus nouã uariarum rerum commentationem complexi sumus:ubi ita egi cum aduersariis:ut me patientiæ meæ:qua iandiu abutũtur,non pœnituerit:& istos pudere oporteat stultitię suæ,ac temeritatis.Satis eorum ducem,& impulsorem olim per litteras monui:ne in maledicta incurrat:in qbus declinandis non minus prudentiæ existit,ꝙ in ferendis fortitudinis, & constantiæ:sed ad te redeo Falco:cuius humanitas,& beneficentia imortali officiorum gratia totam urbem ita sibi deuinxit: ut nemo amet:qui non debeat,ament autem omnes:tuisq; uirtutibus excellentissimis honestiorẽ locum:& optent: & sperent:tametsi honestissima sunt tibi,has uigilias nostras mittimus,ac dicamus,qui olim ab auditoribus exceptæ sine certi authoris nomine ferebantur:multosq; repericbant dominos,cum me carerent.Opus Ouidii est plenum lituræ:& obscuritatis,ego uero,quæ aut græcis Apollodoro,Lycophronte:Pausania:Strabone:Apollonio,& illius interprete : aliisq; scriptoribus,aut a nostris tradita sunt:quæ quidem ad huius explicationem pertinere uidebantur:in hoc opusculum congessi.Tu leges,cum per negocia publica licuerit:& Domitium tui studiosissimum amabis. Vale.

Exilii Ouidii duplex causa




E Ouidii uita nihil a nobis in hoc loco scribendũ est:cum & a multis ea tradita sit:& ex poetæ libris facile cognosci possit:unam illam particulam non prætermittemus:quæ est de eius exilii causa nam ita ab eo multis in locis perstringitur:ut cum proferre non audeat:uariam interpretantibus coniecturam præbeat.Qua de re:ut dicam,quod sentio:cum duæ sint causæ,quarũ altera speciosa est:& uelandi criminis gratia ab imperatore Augusto:& poeta iactata:quod scilicet libros de arte cõposuerit:altera uera quidem est,sed suppressa ne Augustus offenderetur:passim tamen quodam carminis inuolucro,& uerecunde designata:quod scilicet amauerit:ut alii sentiunt, Liuiã Augusti filiam:nam ea flagrauit adulteriorum infamia,& damnata est.ut scri.Pli.& Tranquillus:ut alii suspicantur, Liuiam uxorem.Hanc exilii causam testatur Sidonius:qui Ouidium scribit addictum fuisse Cæsariæ puellæ:sed poeta amori crimen transferendo imminuit:nam id appellat imprudentiam non amorem:quid scilicet dum Cæsaream puellam imprudẽter coleret & studiosius obseruaret,in amoris uenerit suspitionem:suamq; causam similem ait esse Actęonis:qui casu cum spectasset Dianam:quãuis non amaret,tamen periit.Cur aliquid uidi,inquit,cur conscia lumina feci:Cur imprudenti cognita causa mihi est.Inscius Actæon uidit sine ueste Dianam Præda fuit canibus nec minus ille suis. Nec his assentior:q eũ uersum de turpi secreto Augusti dictum putant:nam cum illic placare,& lenire imperatorem studeat,cur scelus obiecisset Corynnam eam ficto nomine appellat:quod fatetur:Mouerat ingenium totam cantata per urbem,Nomine non uero dicta Corynna mihi.alibi idem sæpe.Duæ autem fuere Corynnæ,ut scribit Suidas utraq; carmine lyrico erudita:unam tãtum tradit Pausanias:& eam contendisse cum pindaro Thebis:fuisseq; uictricem:uel formæ uenustate:qua iudices corrupti sunt:uel linguæ æolicæ gratia:quam Thebani doricæ antepofuerunt:qua Pindarus utebatur:extatq; monumentũ, in quo illius effigies uitta coronata cernebatur de hac Papinius:Veneris secreta Corynnę & Propertius idem.Inde Oui.suã puellam Corynnam appellauit ab eruditionis elegantia,& formæ.Illud addamus in Ponto:unde hoc opusculum emittit eundem composuisse opusculum de piscibus:quo incognita nobis piscium nomina complexus est,ut scribit Pli.

❡Argumentum



OVIDIVS IN IBIN.



Empus ad hoc lustris mihi iā bis quinq; peractis,
Omne fuit musæ carmen inerme meæ.
Nullaque, quæ possit scriptis tot millibus, extat
Littera Nasonis sanguinolēta legi.
Nec quenquam nostri, nisi me, læsere libelli:
Artificis periit cum caput arte sua.



Rgumentum carminis est imprecatio: qa inimicum deuouet: quē Ibin appellat: non ut alii suspicati sunt q̄p Ibis ciconia sit fœda auis: quæ rostro purget uentrem id enim est ciconiæ. Ibis uero ægyptia tm̄ est: ut scribit Herodo. in secūdo historiarū duplici genere: altera nigra cruribus gruum, rostro maxime adunco: quæ aduersus serpētes colit: altera familiarior hominibus glabro capite, & collo pennis cādidis p̄ter collū, & extremas partes alarū. ¶ Callimachum aūt in hoc est imitatus inscriptione quoq; operis. Nā Callimachus Apolloniū Rhodium: qui argonautica scripsit, diris imprecationibus deuouit carmine elegiaco: cū ille discipulus in suum p̄ceptorē parū pius fuisset: ut apud Suidā legimus. Apolonius aūt, & Dionysius Alexandrini qdē fuerūt: authore Strabone. sed Rhodii dicti sunt: qm̄ Rhodii literis operā dedissent: idem testatur Apollonii interpres. Cū igitur Callimachus in illū inueheret: per contēptum appellauit Ibin: quasi auem Alexandrinam, & Aegyptiam: ut ita indicaret eū esse Alexandrinum: quāuis Rhodius diceretur. Ibis itaq; inimicus ab Ouidio appellatur: non propter ullam auis similitudinem: sed imitatione tantū Callimachi: qui cur Ibin Apollonium dixerit iā pro posuimus. Opus est obscurū remotis p̄sertim fabulis: non tam, ut lateat inimici nomen, qui Callimachi imitatione, qui eodem stylo, & obscuritate opus composuit: ut Suidas tradit: quod nunc imitat̄ Ouid. Quis sit hic inimicus Ouidii: nec ipse usquam aperuit: nec ab aliis deprehendi facile est: uxorem certe poetæ solicitabat: qua de causa exarsit hac carminis acerbitate: quid facturum denunciauit in ultimo fine titulo: primum se cogi a moribus suis discedere: ut qui hactenus neminē læserit: nunc cogator maledicos uersus in aduersarium scribere.

DOMI. Argumētū Ibis q̄ & ciconiae alius naturæ sit. Duplex ciconia. Callimachus Rhodi⁹ q fuerit. Qualitas operis.



Empus bis quinq; lustris: quinquaginta annis. Lustrum dixerunt latini spatium quinq; annorum: quod græci ὀλυμπιάδα appellarunt: eam instituit Hercules Alcmenæ: ut Strabo. placet Pausanias uero scribit Phœoneū: Epimedem: Iasium: Idam: & Herculem fratres fuisse filios Cretæ ex Ida: Herculemq; maximum natu olympiadem instituisse quinq; annorum spatio a numero fratrum: nam quinq; erant omnes. Mulieribus non licebat olympiaca spectare: quæ lex sancita est: cum Callipatira, ut alii scribunt, Pheronice filio uictore illic saltans saxum prodidisset: deprehensæ deiiciebantur Alpheo. plura Solinus de olympiade. ¶ Tot scriptis millibus, scilicet uersuum. ¶ Littera sanguinolenta: carmen maledicū. ¶ Nisi me læsere libelli: propter libros, quos composuit de arte amādi. ¶ Arte sua, carmē querulum hoc: & est sensus Hei, quia libello de arte amandi edito missus sum in exilium, causa satis leuis, & illud arte alludit ad opus de arte amandi, siue simpliciter potes intelligere.

Lustrū qd sit: & quid olympias & a quo instituta fuere. Lex olympiaca quæ

¶ Argumentum Zaroti.



¶ INq; tu. Chorebus uictor in olympiaco certamine: ut scri. Str. & Euse. affirmat. Chorebus itẽ captus amore Cassandræ ad Troiã uenit: in quo Vir. ab Ho. discessit: nã ille scri. Omœneũ Tabesiũ Cassandræ amore fuisse captũ. Chorebus demũ mõstrũ in totã Pelopõnesum missum supauit. ¶ Vtq; ne. Hippolytus The. filius Aethræ nepos: q̃ mr̃ erat Thesei: uulgato interitu supplicio discerptus ab eqs. ¶ Vt p. ho. i. ut Poly a Polymnestore Tracie rege uiolato hospitii iure necatus est: cupiditate auri, qđ hẽbat. ¶ Vtq; fr. Damasithõ Niobes, & Amphionis filius cũ linguæ mr̃næ ꝓcacitatẽ filii luerẽt: penultim⁹ ipse extinctus est: ut est apud Oui. in Me. xi. fuisse filios Prop. cecinit. Oui. vii. de numero eorꝝ pl'a Gel. ¶ Addidit: Amphion cõiux Niobes mortuis filiis sibi mortẽ cõsciuit: clarus arte musicæ: nã Cytharẽ primus inuenit: q̃uis aliis Orpheo, alii Liuo eã tribuãt: au. Pli. ¶ Vt ue so. ni. amissis filiis in saxũ Siphylũ dolore cõmutata est. ¶ Et læ. Battus ob furtum Mer. ꝓditũ: qui boues abegerat in Messeniis in saxũ est cõuersus. ¶ Quo p. Hyacinth⁹ a Phœbo dilectus: in ludo disci ab eo est extinctus ꝑ imprudẽtiã. ¶ Si q̃: Leander cũ ad Hero puellã freto Sestiaco nocturno tpe nataret, summersus est. ¶ Co. Menãder comœdiæ apud grecos author ꝓstantissimus: dũ in fluuio perexiguo nataret, summersus est: ut qdã h̃ intelligũt. ¶ Cõ. Pali. troianæ classis gubernator somno deceptus in mare decidit: & cum triduo enatasset in littore a uelıẽsibus est necatus: quod apud Virg. cõqueritur.

DOMI.
Chorebi historia
Hippolyti interitus
Polydori historia
Niobes & filiorꝝ exit⁹
Amphiõis mor.
Batti in saxũ cõuersio
Leãdri hist.
Mænandri interitus
Palinuri mors

Inq; tuos ea pestis eat, quam dextra Chorebi
Vicit: opem miseris argolicisq; tulit.
Vtq; nepos Aethræ ueneris moribundus ob irã,
Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes nimias ut perdidit hospes alũnum:
Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.
Vtq; ferunt fratres sex cum Damasithone cæsos:
Intereat totum sic genus omne tuum.
Addidit ut fidicen miseris sua funera natis,
Sic tibi sint uitæ tædia iusta tuæ.
Vt ue soror Pelopis saxo dureris oborto:
Et læsus lingua Battus ab ipse sua.
Aera sic misso uacuum iaculabere disco:
Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.
Siqua per alternos pulsabitur unda lacertos:
Omnis abydena sit tibi peior aqua.
Comicus ut liquidis periit, dum nabat, in undis:
Et tua sic stygius strangulet ora liquor.
Aut ubi uentosum superaris naufragus æquor:
Contacta pereas, ut Palinurus humo.

¶ INq; t. e. p. eat: docuimus iã a Corebo mõstrũ filios matrũ sinu educẽtẽ, atq; deuorãtẽ iterfcm̃: Statii adducẽtes authoritatẽ. ¶ Vtq; n. Ae. Hippo. ci. Thesei filiũ ex Aethra nati ab Asculapio Dianç ꝓcibus ad uitã restitutũ, indignatus aũt Iup. mortalẽ Aesculapiũ hoies ad uitã iã mortuos reuocare posse: cũ fulmie ite remit: q̃re Apollo Cyclopas fulmis fabros iterfecit: q e cœlo Io. pulsus Admeti regis oues pauit: ut oib⁹ notissimũ ẽ. ¶ Propter o. ni. q̃lr Polymnestor auri cupiditate Polydorꝝ Priami filiũ occiderit, & ipse ab Hecuba obcæcatus fuerit: iã narrauim⁹. ¶ Vtq; fr. de numero filiorꝝ Niobes diuersç apud au. reperiunt̃ snię: nã Ho. pueros, puellasq; senos fuisse scr. bis septẽos Euripedes: Sapho bis nouenos: Bacchilides & Pindar⁹: bis denos: qdã alii scriptores tres tm̃ uolũt: ut li. xix. Pli. tradit. Oui. ẽt in. vii. meta. bis septẽ dicit: & mariũ põit noia: quorꝝ un⁹ Ismenis uocabat: alius Ciphilus. iii. Phedim⁹. iiii. Tãtalus. V. Alpenor. vi. Damasithõ, ultim⁹ Ilioneus q oẽs sagitta a Phœbo occisi sunt ꝓp mr̃is nimiã supbiã: Latonęq; ꝯtẽptũ: quã sterilẽ ꝓdicabat, ita & filię sicuti frẽs piere, ut li. vii. scr. Oui. ¶ Addidit ut fi. Amphiõ, quo rũ nũc meminimus, pr̃ fuit Iouis, & Anthiopæ fi. & ut Plu. docet i arte musica fidiũ iuẽtor, & music⁹ ꝓstãtissimus. h̃ occisis filiis mortẽ sibi cõsciuit, ut Oui. narrat. Nã pr̃ Amphiõ ferro p pectus adacto Finierat moriẽs piter cũ luce dolorẽ. Hippo. aũt in li. q inscri. ὀξέον παθῶν illos morbo decessisse Cyrnates ait, subitariaq; ꝓuẽtos morte q dr̃ morb⁹ ẽt Apollo oblet⁹. i. pcussus ab Apol. au. ẽ Por. ¶ Vt ue so. pe. Niobe Tãtali ex Taygete filia: alii Pelopis: alii Zethi, alii Alachomẽi: ut Por. i. vii. testat̃, & ꝓinde Pelopis soror, Amphiõis Thebarꝝ regis uxor fuit: q̃ nimio mœrore ob natorꝝ iteritũ i marmor dr̃ uersa, ut ab Oui. in Met. accepim. ferũt nõnulli hanc calamitatẽ subiuisse in Libya, alii apud Thebas. Porph. ait, comicũ Philomena scripsisse mutã effectã Niobẽ, ob multa, q̃ eã circũuenerãt mala inde fictũ i lapidẽ cõuersam. Lydus aũt poeta inqt, ab Asonide amatorẽ fuisse dilectã: quẽ cũ illa auersaret̃: ignẽ forib⁹ obiecit, illa effugiẽs i lapidẽ cõuerti postulauit: ac ita i lapidẽ cõuersa ẽ. ¶ Et læ. lin. Bat. in. ii. Meta. Oui. scri. Mer. Apollini armẽta suffuratũ: q in agros pylios ꝓcesserãt, eaq; i syluã adduci nemo ꝓter unũ senẽ Nelei pastorẽ Battũ nũcupatũ uidisse: quẽ ꝓcario, ut furtũ taceret, adiisse, ut magis id faceret dono uaccã tradidisse, alia nõ multo post deũ sumpta effigie eũ interrogasse: nũ boues surreptas uidisset: utq; manifestaret boũ paria pollicitũ fuisse: quo munere allectũ furtũ detexisse, inde in saxũ, qđ index dr̃, mutatũ. ¶ Aera sic m. Hyacinthus puer Oebali filius ab apolline summope dilectus: ab eodẽ ꝑ imprudẽtiã disco occisus est, ut in Met. Oui. tra. Pli. aũt li. xxi. Hyacinthũ, inqt, comitat̃ fab. duplex, luctũ ꝓferẽs, eius, quẽ Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrẽtib⁹ uẽis ut grecarꝝ lrarꝝ figura, ea legat̃ i scripta. erat discus genus ludi, antiq dicebãt certi põderis discũ, quo iuuenes in agone cõtẽdebãt, fortior iudicãdus, q ni ultra statutã metã ꝓiecisset, ita et missilib⁹ certabãt. Ho. li. iar. Sępe disco, sępe trãs finẽ iaculo expedito, Acrõ ẽ auth. ¶ Si q. p a. i heroidib⁹ amores Hero & Leã. scr. Oui. alter apud Abydũ: apud Sestõ Hero cõmorabãt̃, & noc. tpe fretũ p. vii. stadia patẽs: Leã. trãsnabat: ad amicãq; se cõferebat, forte tẽpestate obrut⁹ piit, extãt de hoc Mar. epigrã, Musęq; carmẽ. ¶ Comicus ut li. & Terẽ. comœdiarꝝ scripto, sigñat interitũ, q ut testat̃ Do. sup Ter. cũ ex Græcia rediẽs nauẽ cõscendisset: naufragio piclitatus occubuit, & cũ eo fa. c. & . viii. ex Menãdro cõuersę perierũt liqdis, atheniẽsis comicus dũ in pyræo portu nataret, submersus est, de quo nobilissime a Græcis editæ tradunt̃ Elegiæ, & a Callima. epi. ut uet⁹ interpres do. ¶ Aut ubi uentosum: Palinurus Iasii filius, Aeneæ nauis gubernator: nimio somno uexatus in mare cecidit: cumq; triduo enatasset, a Veliensibus occisus est, ut Maro. carmen testat̃: licet ibi redarguatur ab Iulio Hyginio. Aug. Gel.

ZARO.
Corebus
Hippolit⁹
Polydor⁹
Filii Niobes
Amphion
Niobes fa.
Battus
Hyacinth⁹
Leander
Terẽtii ite rit⁹ ꝑm aliã opinionẽ
Palinurus

¶ ET ea pestis. i. mõstrũ eat i tuos. s. familiares, ꝓpinquos, amicos, & benefactores, quã. s. pestẽ. i. qđ mõstrũ dextra Chorebi uicit, & tulit opẽ miseris Argolicis. i. Pelopõnesi incolis. Et tu exul. i. a pr̃na domo, excutiaris ab eqs attonitis. i. cõsternatis uisis phocis, ut sup. excussus est nepos Aethræ. s. Hip. Thesei fili⁹ moribũdus ob irã Veneris, qa cõtẽpsit rẽ uenereã hr̃e cũ Phædra nouerca sua, ut hospes. s. Priami Polymnestor rex Thraciæ pdidit. i. interemit alũnũ. s. Polydorꝝ filium Priami: quem aluerat pp nimias opes. Vnde. iii. Aenei. Polydorꝝ obtrũcat, & auro Vi potit̃: qd nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames? sic sup. hospes tuus pdat te ob exiguas. i. ualde modicas opes. Et ut ferũt tot fratres cæsos. s. ab Apolline cũ Damasithone. s. filio Amphionis, & niobes, sic oẽ genus tuũ intereat tecũ. Et ut fidicẽ. s. Amphion addidit sua funera. i. mortẽ suã natis. i. filiis suis miseris: q ob supbiã matris interẽpti sunt, sic iusta tædia sint tibi tuæ uitę. i. de uita tua, ut teipsum interficias. Et dureris. i. indureas saxo oborto. i. ꝓter opinionẽ nato, ut soror Pelopis. i. Niobe sup. induruit. q̃ in Sipylũ saxũ cõmutata est, & ut sup. in saxũ induruit, & imutatus est Battus. s. fur abigeus: læsus ipse a sua lingua, qua furtũ cõfessus ẽ. Sic tu iaculabere. i. iaciẽdo pcuties aera. i. per aerẽ uacuũ. s. corpe dẽso, disco misso. i. p discũ sursum missum, tu cadas ict⁹ ab orbe. i. ab eodẽ disco rotũdo, quo puer Oebalides. i. Hiacinthus ict⁹ sup. cecidit. Et si qua. i. aliq̃ unda pulsabit̃ p lacertos. s.

ASCEN.

tuos alternos.i.alternatim,dum natas aquas ferietes:hoc est si aliquando pernatare fluuium uolueris,omnis aqua sit tibi peior abydena.i.q̃ abydena fuit Leandro,q ad amicā properans in ea submersus est.Comicus &c.ut.i.quemadmodum comicus.f.Menander nouæ comœdiæ princeps:aut,ut quidā uolunt,Terētius e Græcia rediens periit.i.submersus est:dum nabat in undis liquidis:sic liquor stygius.i.infernalis strāgulet,&c.i.et ora tua. Aut ubi tu naufragus.i.naufragium passus superaris.i.superaueris æquor uentosum.i.procellosum mare,tunc supple pereas humo.i.terra contacta, ut Palinurus.i. director nauis Aeneæ:periit supple interemptus in portu uelino,postea dicto,ut in.vi.Aenei.dicitur.

Vtq; cothurnatum uatem tutela Dianæ:
Dilaniet uigilum te quoq; turba canum.
Aut ut trinacrii sallas super ora gigantis:
Plurima qua flammas sicanis Aetna uomit.
Diripiantq; tuos insanis unguibus artus
Strymoniæ matres Orpheon esse ratæ.
Natus ut Althææ flammis ardentibus arsit:
Sic tuus ardescat stipitis igne rogus.
Vt noua phasiaca compressa est nupta corona:
Vtq; pater nuptæ:cumq; parente domus,

DOMI. Euripidis exitus. ¶VTq;, Euripides, qđ male nonnulli interp̃tati sunt de Lino cū apud Archelaū regē cœnasset,domūq; reuerteret,a canib⁹ est discerptus,Tragici carminis p̄ſtātia nobilissimus:nā illius Tragœdie cū Sopho.certāt.¶Aut Empedocles phicā rōne carie cōplexus Siciliā p̄riā nobilitauit,nā ut Lucre.eiusdē carminis studio apud nos teneret:nihil Empedocle nobili⁹ i Sicilia fuisse affirmat:cū aūt nouo mortis gñe imortalitatē obtaret:i Aetnā ardēte se cōiecit⁹ ¶Strymonie, mulieres Thraciæ Orpheū laniarūt.multos aūt fuisse Orpheos i cōmē.Silii tradidimus.& de huius itet itu uaria scr.Pausanias,q̃ recitabim⁹ alibi.¶Natus,Meleager ob duos auūculos in apri uenatione necatos in Atalātæ grām absumptus est,althæa m̄re stipitē igni subiiciente,q stipitē fatalē hēbat.Accepat.n.Meleagrū fi.tā diu in humanis futurū,q̃ stipes ille seruaret.¶Vt noua Iason ab expeditiōe argonautica reuertēs susceptus hospitio a Creōte eius filiā Creusam,ut Dio.& Papi.scr.ut alii Glaucā,uxorē duxit cōtēpta Medea,q̃,ut iniuriā ulcisceret,naphtā genus bituminis attulit spōte in corona,quæ eo liquore tincta remotissimū ignē ab aris sacrorum attraxit,immisso incendio domui,& domesticis omnibus,alii aliter rem gestam tradūt, sed hæc a Pli.histo.probatur.

Orphei casus

Meleagri fabula

Iasonis incendium

ZARO. Euripidis uita ¶VTq; co.ua Euripides clytus Olitricis,& Cauponis Mnesarchi filius in salamine natus duode.xx.annos agēs: Tragœdiā scr.adorsus est,adeoq; in eis excelluit,ut p̄ſtātissimus inde extiterit inter Grecos scrip.tragicos: Athleta et fuit,eleusinoenim a theseo certamine pugnauit:& coronatus est:in physicis Anaxagora usus est præceptore: in arte dicēdi Prodico:in morali p̄hia secutus est Socr.mulieres ferme oēs maiorē in modū exosus dr̄:duas tū dilexit:ex qbus filios excepit:in Macedonia apud Archelaū regē magno honore est habitus:a cuius cœna noctu cū reuerteret:a Lysimacho Archelai seruo,Dianæq; tēpli æditiuo immissis Deæ canibus dilaceratus est:hūc Lysimachū arneus Macedo:& Creteus Thessalus æmuli Euripidis corrupant,ut ita eū enecaret,cui Macedones sepulturā,& ingentes honores p̄buere:ad quos cū Atheniēsiū legati uenissent:ut eius ossa in p̄riam trāsferre sinerent,maximo cōsensu in ea re deneganda Macedones p̄stiterūt:hēs Au. Gel.xiii. No.Atticarū.¶Aut ut tri.Empedocles agrigētinus Metonis filius:ut tradit Hippobatus:ut uero Thelāges, Archiomi fratrem habuit Calicradem teste Phauorino in cōmentariis.hic Pythagoricā s̄niam sectatus est:cuius & auditor fuit:eximi⁹ philosophus extitit:quo Lucre.totā Siciliā multū decorari dixit:scrip.carmine Xerxis transitū:scrip.& Tragœdias:multa alia cōposuit:ut Hier.& Aris.tradunt:quorū alter.xlvi.eius opuscula legisse refert:alter uero sæpissime ei⁹ retulit opiniones:ex diuersis lib.euulsas.uariā de eius morte tradunt:nā alii scri.in Pelopōneso obiisse mœrore: qa cū Agrigentū condere t:inimicorū nepotes ipsius obsisterent instituto:Heraclides aliā mortē memorat:uulgatissima aūt,quæ nūc ab Oui.tangit:cupidus Empodo.imortalitate potiri:in Aetnā montē se piecit: credēs ita hoībus facile p̄suasum iri Deum effectum:a flāmis aūt absumptus est nilq; p̄ter crepidā inuentū est.hinc Hor.in poetica:Siculiq; poetæ narrabo interitū:Deus immortalis hr̄i Dū cupit Empedocles:ardentē frigidus Aetnā Insiluit.¶Aetna mons est Siciliæ:ab Aetna muliere ibi sepulta dictus quā Iuppiter dilexit,ut au.est Pindarus.¶Diripiātq; tu.Orpheus,de quo multa superius narrauimus amissa penitus Eurydice uxore mulierū spreuit cōcubitus p syluasq; cōmeans,montes,arbores,& saxa lyræ modulamine ad se trahebat: ut Hora.in carminibus ait,Aut sup Pindo.gelidone in Hæmo:Vñ uocalem temere secutæ, Orphea siluæ:prim⁹ Thracas amores in pueros docuit:uñ Oui.in Met.Ille et Thracū populis fuit author amorē In teneros trāsferre mares:citraq; inuētam Aetatis breue uer:& primos capere flores.tādē a mulieribus,quas spernebat,in Thracia occisus est.Diogenes autem Laertius secutus hist.fulminatū a Ioue tradit:idq; uetustissimo epigrā.cōprobat:qđ in odio Macedoniç insculptū legit.qđ ita a latinis est interp̃tatū,Orphea cādēti trāsfixū fulmine Thracē:Cum cura aonides hic posuere lyra.¶Strymoniæ ma.i. Thraciæ.Strymō.n.fluuius est:q teste Pli.in.v.na.hi.Macedoniā a Thracia sep̃it:fluitq; a uertice mōtis Aemi.¶Natus ut al.Oeneus Parthonis filius:calydoniæ rex Althæa Meleagrū genuit:hi Oeneus diis oībus sacra institu t una dēpta Dianā: quā seu indignatione:siue obliuiōe p̃termisit.irata aūt dea uastissimæ magnitudinis aprū in calydoniā imisit:q totā deuastabat regionē:qobrē,ut tāta expelleret pestis,rex p̄tē regni ei,q aprū interfecisset dr̄ pollicitus.Meleager regis nat⁹ aīosus & uiribus ualēs collecta iuuenū manu aprū occidere decreuit:adfuit Iasii quoq; filia Atalāta:quæ in primis telo eū uulnerauit,quo uulnere deinde facile ab oibus occisus est.Meleager aūt Atalātæ forma illect⁹:ferç caput ei dono tradidit:dec⁹ apud antiquos maximū:qđ ægre ferētes Plexippus:& Agenor Meleagri auūculi:puellæ caput abstulerūt:quare ita cōmotus amās Meleager:eos occidit,quē casum cū Althæa p̄cepisset:stipitē,in qua filii uita erat cōbussit,nato.n.Meleagro:parcæ ardētē stipitē in Altheæ cōspectū posuerūt,affirmātes quoad stipes ille duraret,filiū eius uita fructurū: quē magna diligentia usq; ad fratrū mortē,ut docuimus,custodiuit,sic Oui.& Lactan.p̄hibent.¶Vt no.pha.Medea ab Iasone spreta pp Glaucē,uel,ut alii,Creusam Creontis filiā,quā uxorē Iason acceperat,ut iniuriā ulcisceret: coronā malefica arte cōpositā exhibuit Creusæ,uel Glaucæ:qua mortua:una cum tota domo:occisis filiis Medo,& Mermero,dolorem suum uita pennatis draconibus fugit,& Medeā constituit ciuitatem:Acron est author:& Sene.in tragœdia,quæ Medea nuncupatur.

Empedoclis uita

Empedoclis opera

Aetna mōs ubi sit

Orphei uita

Strymōsfluui⁹ ubi nascit

Meleagri fabula

Iason

ASCEN. ¶TVRBA canum uigilū:appositoriè tutela Dianæ dilaniet quoq;:idest etiam te, ut sup.dilaniauit uatem cothurnatū.i. Euripedem. Aut tu sallas super ora gigantis trinacrii.i.Siciliēsis:hoc est in Sicilia in mōte Aetna relegati, unde Aenei.iii. Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole hac &c.sup.ab ea parte,qua Aetna sicanis.i.Siciliēsis Plurima.i. abundatissima,uomit flāmas,quod.f.Empedocli cōtigit:ut docet Flaccus in arte poetica.Et matres strymonie.i. Thraces diripiant.i.dilacerant tuos artus:idest membra tua unguibus insanis.i.ipsæ insanientes:ratæ:idest arbitrātes supple te esse Orpheon.nam sic Orphea dilaceraucrunt.Et ut natus.i.filius Altheæ.f.Meleager:arsit.i.cōsumpta , & combustus est flāmis ardentibus:sic rogus tuus ardescat igne.f.fatali:in rogum tuum immisso a matre,ut noua nupta.f.Iasonis sponsa:hoc est Creusa Creontis Corinthiorum regis filia:arsit corona phasiaca.i.a Medea Phasida,seu Colchide missa.& ut pater nuptæ.i.Creontes,& domus,i.tota.f.arsit cum parente:sic tu supple ardeas.

¶Vt cruor.

¶ VT cruor: tunica uenenata membra Herculis correpta sunt magno cruciatu: quam missam a Deianira Lycas attulerat ut supra dictum est. ¶ Qua sua: Butes Lycurgi filius ob patrem sublatum a Baccho eius numinis sacerdotes omnes necauit uariis, & acerbissimis suppliciis. ¶ Vtq; mi. Milones cõplures fuisse supra est traditum: inter quos Crotoniates nobilissimus fuit robore iacertorum quibus fretus cum lignum semifixum in sylua errans inuenisset: conatus est manibus diducere: sed cuneis exeuntibus comprehensis eius manibus in medio conatu substit præda feris: meminerũt Ci. & Dio. ¶ Muneribus: Icarus Erigones pater cum Atticæ colonos uini usum docuisset: illi insuetato liquore ebrii uenenum datũ sibi arbitrantes: eum necarũt uno impetu: cuius morte audita Erigone filia laqueo uitam finiuit. notissima fabula est. historia ab Hyginio in primis cõpluribus uersibus tradita. ¶ Obstructus: tantum erat laudis bellicæ studium apud Lacedæmonios: ut matres filiis in aciem ꝓdeuntibus scuta porrigentes hæc dicerent: pergite in his: aut uictores: aut mortui. Eurysthenes cum male pugnasset domum sempiterno dedecore affecit: qua de causa mater indignata eum clausum inedia perire coegit. ¶ Illius exẽplo Agamemnon mactata Iphianassa fi. secundos uentos impetrauit a Diana: cuius indignatione Neptunus mare infectum reddiderat Græcis: sed cum eo sacrificio ceruа pro filia supposita fuisset: dati quidem fuerunt in præsens optati uenti sed Diana offensæ non immemor effecisse dicitur: ut a Clytemnestra uxore Agamẽnon interficeretur. placet magis legas Mineruæ: & intelligas de Aiace Oilei qui ob uiolatam Cassandram in templo Palladis deæ naufragiũ fecit: ut ante est dictum ex sententia & Ho. & Stra. ¶ Naupliadæ: Palamedes crimine ficto ab Vlysse, quod aurum a Priamo in Græcorum proditionem accepisset: lapidibus obrutus est. ¶ Aethalon: Aethalos ab Isidis sacerdote necatus est: iratum numen signa dedit futuri mali in Aegyptios omnes: quod, ut declinarent, instituerunt, nequis ex eius familia qui Aethalon hospitem necasset: in Aegypto esset: aut ullo tempore sacerdoti dignitatem attingeret: certæ quidem leges erant quibus sacerdotia dari possent. ut scri. Iosephus.

DOMI. Herculis interitus. Butis ultio. Milonis Crotoniatis mors. Icari erigones mors. Lacedæmonie ... Eurysthenis mors. Aiacis Oilei interit⁹. Palamedis mors. Aethali mors.

Vt cruor herculeos abiit diffusus in artus:
Corpora pestiferum sic tua uirus edat!
Qua sua penthidem proles est ulta Licurgum:
Hæc maneat teli te quoq; plaga noui.
Vtq; Milo, robur diducere fissile tentes:
Nec possis captas inde referre manus.
Muneribusq; tuis lædaris ut Icarus, in quem
Intulit armatas ebria turba manus.
Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit,
Vincula per laquei fac quoq; guttur eat,
Obstrictusq; famem patiaris limine tectis
Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens,
Illius exemplo uioles simulachra Mineruæ:
Aulidis a portu qui leue uertit iter.
Naupliadæq; modo ficto procrimine pœnas
Morte luas: nec te non meruisse iuuet,
Aethalon ut uita spoliauit Isidius hospes:
Quem memor a sacris nunc quoq; pellit Io.

¶ VT Cruor herculeos: sæpius Her. interitum exposuimus: qui tunica a Deianira uxore missa extinctus est. ¶ Qua sua penthidem: Butes Lycurgi filius bacchantes mulieres in patris uindictam occidit: cuius obitus iam meminimus. Pẽthidẽ dicit: siue quia similia Pentheo egerit: siue quia nepos Penthei fuit, nam Pentheus Drianthem genuit: a quo natus est Lycurgus: ut a uetere didicimus interprete. ¶ Vtq; Milo robur: Milo Crotoniensis illustris athleta fuit: ut apud Gel. in. xiii li. q cum in locis syluestribus Italiæ iter faceret: quercum proxime uiam patulis in parte media ramis hiantem uidit: immissis digitis in hiatũ arboris: diducere eum conatus est: medioq; iam resciſſo: ipse cum manus deduxisset: credens iã opus perfectum: in naturam arbor rediit: & retentis hominis manibus: feris eum præbuit dilacerandum: quod etiam a Vale. Maxi. tangitur. ¶ Muneribusq; tuis læda. Icarus, ut ab Hyginio accepimus, cũ a Libero patre uini usum edoctus esset: Atticorũ fines perambulans pastoribus nouum genus liquoris præbuit: quo ebrii existimarunt ueneno se potatos: quare Icarum in puteum deiecerunt: eius autem canis mœsta dicta: quæ semper dominum sequebatur: domum uenit: ac Erigone Icari filie mortis patris suspitionem ostendit: quam etiam ad locum perduxit: tanto autem dolore affecta dicitur Erigone: ut suspenso uita decesserit: cui mortuæ canis spiritu suo parentauit: quos omnes Iuppiter miseratione in astra deformauit: ¶ Quodq; dolore necis: Erigonen dicit: de qua nunc locuti sumus. ¶ Obstructusq; famem: Eurysthenes matrem laconicam nobilem crudelitate dicitur habuisse: quæ in bellum filio prodeunti iussit: ne domum reuerteretur: nisi cęde hostium pollutus: is nequaquam id perfunctus est: quare a matre clausus inedia ad inferos secessit: ut uetus docet interpres. ¶ Illius exemplo uioles: Aiacis Oilei tangit histo. qui inter scopulos illisus est, ut exposuimus. ¶ Naupliadæ quæ modo: Palamedem dicit non uulgaris industriæ uirum: nam præter. xvi. literas: quas adinuenit: latrũculorum quoq; ludum primus creditur comperisse, autho. Plin. hic Nauplii filius fuit: & Vlyssis dolo a Græcis lapidibus obrutus: ut iam ostendimus. ¶ Aethalon ut uita: Isidis sacerdos Aethalon, qui filiæ coucubitum petierat, interfecit: quare cum in eius templo aliorum Aegyptii regem imagines collocentur. huius ne statua poneretur est uetitum. uel sic: Aethalus sacerdos Isidis ab hospite occisus est: quare Aegyptii Isidis iram metuentes: instituerũt, nequis ex ea familia sacerdotium iniret: aut sacris Isidis posset interesse: ut narrat uetus interpres.

ZARO. Hercules. Butes q̃re pẽtides dictus sit. Milo Crotoniensis. Icarus. Erigone. Eurysthenes. Aiax Oile⁹. Palamedes.

¶ ET ut cruor: scilicet Nessi uenenosus abiit diffusus in artus Herculeos: idest in membra Herculis per camisiam a Deianira per Lycam missam: sic uirus: idest uenenum pestiferum edat. idest absumat corpora tua. Hæc plaga noui teli: qua Lycurgum penthidem: idest Penthei filium: sua proles. idest filius Butes: est ulta: scilicet occidẽdo Bacchi sacerdotes uariis suppliciis maneat idest expectet: quoque: idest etiam te. Et tentes: idest coneris diducere, idest in diuersas partes distrahere robur, idest arborem robustam, aut, re uera arborem robur dictam, quæ est de genere quercuum: fissile: idest fissam, & rimosam. ut: idest quemadmodum Milo supple tentauit, ut etiam Aulus Gellius recitat: nec possis referre inde: idest ex ipso robore manus captas: idest comprehensas ab arbore: & ita maneas præda feris: ut ille mãsit. Et lædaris tuis muneribus: idest ob tua munera, & inuenta, ut Icarus supple læsus est ob inuẽtum uinum: in quem hebria turba: scilicet agrestium credens se ueneno infectam: intulit manus armatas quæ ipsum occiderunt. Et fac quoque: idest etiam ut supple guttur tuum eat per uincula laquei: idest ut stranguleris, & suspendaris: quod: idest quam rem pia filia: scilicet Erigone uirgo fecit dolore. i. ob dolorem: necis patriæ idest paternæ: seu patris sui Icari. Et tu obstructus in limine tecti: idest domus: patiaris famem ut supple famem passus est, & ea neci datus Eurysthenes Lacedæmonius, cui ipsa parens: idest mater dedit legem pœnæ, ut recitatus a Calderino. Illius exemplo ad finẽ usq;, quem, nunc attingimus, imprecatur in Ibin. Ordo est. Violes simulachra Mineruæ exemplo illius, scilicet Aiacis Oilei: qui concubitu templum Palladis incæstauit: qui uertit iter leue: idest facile a portu Aulidis: ob quam rem uolunt alii legendum esse Dianæ. Et luas morte: scilicet tua: pœnas pro crimine ficto, idest false imposito, more Naupliadæ, idest Palamedis Nauplii filii ab Vlysse falso accusati, nec iuuet te non meruisse, idest nec prosit tibi, quod non merueris, sicut nec Palamedi profuit.

ASCEN.

DOMI. ¶ VTq; Me. potes intelligere de custode capratum Vlyssis: sed placet intelligas de Codro: qui Melanthei filius fuit: ut Strabo scri. & patrem necauit: deprehensus ab Atheniẽsibus ad supplicium matre indicante, qua una conscia latebat. ¶ Qualis: Dolonẽ a Troianis missum in Græcorum castra exploranda captũ Vly. & Diome. tota nocte in q̃one habuerunt sciscitantes, q̃d apud Troianos ageretur. Is aũt uenerat: ut equos Achillis abduceret: quos ꝓmiserat Troianis: sed noctẽ illã egit insomnẽ magno metu: talẽ imprecatur Ibidi. ¶ Nec tu quã Rhœ. Thraciæ rex equos albos Troianis adducebat: qui si pabula Troiæ gustassent: in fatis erat pergama capi nõ posse. sed ipse cũ comitibus a Græcis interfectus est: cum noctẽ ageret magno metu. ¶ Quã quos: Nisus, & Euryalus in castris Turni Rhãnetem trucidarũt dormientem una cũ multis aliis. ¶ Cliniadæq;: Alcibiades cũ in Phrygia ab Atheniẽsibus exuleret: imissis percussoribus publico decreto in cubiculo crematus est. fuit aũt Clytiæ filius. potes & Clytiadẽ intelligere filiũ Clytiæ puellę dilectæ a Sole: q radiis Phœbi exustus est. ¶ Vtq; Remo: Remus cũ ꝓter fratris edictũ muros Romæ ichoatos trãscẽderet: a Fabio Celere necatus est. Celer aũt officii nomẽ est: nã Romulus satellites suos celeres appellauit: auth. sunt Plu. Liui9: & Dionysius.

ZARO. ¶ Vtq; Me. Melanthæus homicidio obnoxios cũ lateret a matre rei inscia: quærẽtibus est manifestus: utq; melius cognosceret lumen attulit: q captus capite multatus est: ut uetus interpres scri. Alii de Codro intelligẽtes puertũt histo. ¶ Sic tua cõiectis: ad huius loci interꝑtationẽ tres inferiores uersus ꝑtinẽt: & Dolona phrygiũ taxat. Hic ad Græcorũ castra exploranda missus est a Troianis, q̃bus Achillis equos Balion inquam, & Xanthũ abducere pactus est: sed ab Vly. & Dio. ꝑ noctẽ captus occidit: prius tñ Troianorum detectis cõsiliis: ut Ho. & Ditis scri. Oui. in Heroidibus Retulit & ferro Rhœsum, Dolonaq; cæsos: Vtq; sit hic somno ꝓditus, ille dolo. ¶ Nec tu q̃ Rh. Cionei fili9 Rhœsus Thraciæ rex: in Troianorũ auxilia ueniens una cũ comitib9 ab Vly. & socio Dio. occisus est Dolon: qui equos albos secũ ducebat: qui si Xanthũ bibissent: erat in fatis Troiã capi non posse: ut Maronis carmen testaĩ: Ardẽtesq; auertit equos in castra priusquã Pabula gustassent Troiæ, Xãthumq; bibissent. Ho. & Ditis hanc copiosius scripse. histo. ¶ Quam quos cum ru. Nisus Hyrtaci filius: & comes Euryalus in Rutulorum castra uenere ubi Rhamnetẽ, multosq; alios morti dedere: tãdẽ & ipsi agniti occisi sunt: ut in. v. i. Aenei. Virg. est auth. ¶ Cliniadæq; mo. Persicus Clinii filius a sociis occisus est: ac semicõbustus ꝑp auri copiam, quã habebat secũ: si ueteri credimus interpreti. põt quoq; de Alcibiade Cliniæ filio intelligi: q in Phrygia crematus est Lysandri Lacedæmonii artificio: ut Probus Aemilius tradit & legit & Clytiadæ: & Clytiæ filiũ dicit: qui dicitur radiis solaribus exustus. ¶ Vtq; Remo muros: narrat in primo ab urbe cõdita Liuius Remum in contentione augurii ictum in turba cecidisse, deinde ait: Vulgatior fama est ludibrio fratris Remũ nouos transiliisse muros: inde ab irato Romulo cum uerbis quoq; increpitans adiecisset: sic deinde quicunq; alius trãsiliet mœnia mea interfectum a Celere Centurione rastro. ¶ Rustica tela: quia rustici tum Romani erant: isq; Centurio: a quo Remus est occisus. ¶ Deniq; sar. inter, Geticasq; sagittas: Sarmatæ, quos Græci Sauromatas uocãt, Borealem regionẽ incolunt exilem, ac tenuem: alioquin felicibus refertam arboribus: ab Amazonibus oriũdi: ut Herodotus tradit: tanta iis est barbaries: ut pacẽ nõ intelligant: sagittis in bello uti solitos accipimus: sicut & Getas, qui a Romanis: teste in. iiii. hist. Pli. Daci nuncupantur: Thraciam incolere dicunt eodem in loco, Plinio authore, quorum sæuitiem in libro de Ponto Ouid. memorat, cum ait. Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. ¶ Hæc tibi tantisper: interea & si fere post se postulet: dũ pro donec, siue q̃diu: ut doctorum grammaticorũ est sententia. ¶ Subito sint missa libello. Immemores ne nos esse quærare tui: solent hoĩes cum a patria absunt q̃primum ad amicos literas dare: ut inde ipsorum oblitos non credant, quare nũc poeta, inquit, Mittimus tibi has nostras imprecationes subito, ne credas me iniuriæ oblitum, quare in principio operis dixit. Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto. & quæ sequuntur ad octo uersus. ¶ Querare: quæror deponens absolutũ sine. æ. diphthongo idem q̃d lamentor ualet: ut hoc loco. unde questus quartæ inflexionis pro lamẽtatione accipiĩ: cuius datiuus, & ablatiuus pluralis est questubus, ut portubus. Quæror aũt cum per diphthongum scribitur: a quo multa cõponuntur uerba, notissimam habet significationem, quam docti pariter, & indocti tenent. unde quæstus. i. lucrũ deducitur, qui in datiuo, & ablatiuo plurali quæstibus facit. ¶ Pauca quidem fateor subaudiendum missa a me sunt. ¶ Sed Dii dent plura precanti, roganti. precor, cum merum post se accusatiuum habet. est idem quod rogo. cum uero datiuo adiungitur est idem, quod imprecari, hoc est optare alicui Deos precando bonam fortunam, aut malam, quẽadmodũ apud authores obseruauimus, de quo uerbo disserit Gellius in noctibus atticis. ¶ Postmodo plura leges, intelligẽdum q̃ ista quæ nunc mittimus. ¶ Et nomen habentia uerũ, non autem quẽadmodum in præsentia ficto noĩe Ibidẽ appellamus. Et pede quo debent acria bella geri: carmine iambico utimur ad maledicentiã ꝓprie, ut in principio docuit poeta, ubi dicit, Postmodo si perges in te mihi liber Iambus Tincta lycambeo sanguiue tela dabit, & nos quoq; in cõmẽtario abũde explicuimus. ¶ Acria: seuera. Acre multas habet significatiões, ut nonius Mar. docet, inter quas acre pro seuero expõit. ¶ Bella: bellum, & prælium ita inter se differunt, ut bellum dicatur, tum ipsa pugna, tum totum tp̃s, quo in militia sumus, prælium ipsum tantummodo armorum certamen. ¶ Geri fieri gerere habere, ferre, &: ut hic: faceret: teste Nonio: & Gerrones nugatores nuncupant & gerræ nugæ: sicuti Seruius & Nonius Marcellus tradunt: non a gerendo, nam geminat r. sed a Gerra: quod est cratis genus: quod cum sibi poscerent Syracusani pro scutis illusi: tamen nomen dederunt nugacibus.

Codri interitus
Dolonis exitus
Rhœsi hi.
Rhãnetis exitus
Alcibiadis casus
Clytias ali[illegible] q fuerit
Melãtæ9 q
Dolon
Rhœsus
Rhãnetes
Persici mors
Remus
Sarmatę q & sauromatæ quã incolũt regionem
Getæ q & Dacæ quã incolũt regionem
Tãtisp q̃d post se exigat & cum quo iũgaĩ
Queror quo scribatur & quã hẽat significationem
Precor quibus casib9 cõiũgaĩ & quot hẽat sigñata.
Quib9 utebanĩ carie iambico
Acre quod sigñata habeat multa
Bellum in quo a ꝑlio differat
Gero quot significationes hẽat.
Gerrones et gerre unde dicãtur & qũo scribantur

Vtq; Melantæum tenebris a cæde latentem
Producit officio luminis ipsa parens.
Sic tua coniectis fodiantur corpora telis:
Sic Precor auxiliis impediare tuis.
Qualis equis pactis, quos fortis agebat Achilles
Acta phrygi timido est, nox tibi talis eat.
Nec tu q̃ Rhœsus somno meliore fruaris:
Quam comites Rhœsi tu necis ante diem.
Quam quos cũ rutulo morti Rhãnete dederunt
Impiger Hyrtacides, Hirtacidæq; comes.
Cliniadæq; modo circundatus ignibus atris
Membra feras stigiæ semicremata neci,
Vtq; Remo muros auso transire recentes:
Noxia sint capiti rustica tela tuo.
Deniq; sarmaticas inter geticasq; sagittas:
His præcor ut uiuas, & moriare locis.
Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello:
Immemores ne nos esse querare tui.
Pauca quidem, fateor, sed dii dent plura roganti:
Multiplicentq; suo uota fauore mea.
Postmodo plura leges, & nomen habẽtia uerũ:
Et pede quo debent acria bella geri.

Publii Ouidii Nasonis Sulmonensis
poetæ clarissimi Liber in Ibin
feliciter explicit.

ASCEN. ¶ ET ut ipsa parens: idest mater prodidit officio luminis idest agnitione per oculos facta: Melantæum. s. filium suũ latentem: idest defensum a cæde: idest occisione: tenebris: idest beneficio tenebrarum: sic tua corpora fodiantur telis coniectis: scilicet

ctis:scilicet in ea,& ego precor:ut impediare sic a tuis auxiliis:idest ab iis:qui tibi auxilio esse deberent:ut illa a matre impeditus est. Qualis nox est acta Phrygi:idest Troiano scilicet Doloni timido.s.propter furtũ:quod attentauit:hoc est equos fortis Achilles agebat:pactis:idest pollicitis ab eo:talis nox eat tibi.i.illudaris:& tandem neceris,ut ille. Nec tu fruaris meliore somno q̃ Rhœsus:scilicet rex Thraciæ:qui prima nocte cum Troiam intrare non posset:somno grauatus deprehensus,& occisus est:ablatis equis eius cãdidissimis,& fatalibus,nec tu fruaris meliore somno ante diem necis.i.pridie q̃ necaberis:q̃ supple fruebantur comites Rhœsi. Et nõ fruaris meliore somno:q̃ supple ii:quos Hyrtacides.i.Nisus:[illegible] ger.i.uelocissimus cursor:ut patet quinto Aeneidos:& etiam nono. Et comes Hyrtacide.s.Euryalus:dederũt morti.i.[illegible] ciderunt cũ Rhannete rutulo:dum scilicet per noctem ad Aeneam iter habebãt per castra Rutulorũ:ut late patet Aeneidos.ix. Et tu feras mẽbra semicremata:idest ad medium cremata neci stygiæ.i.ad mortem infernalem existens circũdatus atris ignibus more Cliniadæ:idest Alcibiadis:qui in cubiculo crematus est,aut more Clymenidæ puellæ filii:qui radiis Solis exustus perilt. Et tela rustica sint noxia:idest nociua:tuo capiti:idest iterficiant te:ut supple fuerũt noxia Remo fratri Romuli auso transire muros.s.Romę recentes.i.recẽter factos,et adhuc humiles,deniq; ego precor:ut uiuas,et moriare his locis.s.in quibus me esse gaudes inter sagittas sarmaticas,et geticas :idest Sarmatarum,& Getarum ferocium populorũ ad glacialem oceanum habitantium. Næc.s.maledicta,et nociua uota sunt missa tibi tãtisper.i.dum inter geticas sagittas moriaris:libello subito.i.subito calore edito,ne querare.i.queraris nõ esse immemores tui,hoc per irrisionem dicit:quia melius esset non esse memorẽ,q̃ sic,ego quidem fateor pauca supple hæc esse:sed dii dent mihi roganti plura supple mala in te imprecari:& multiplicent mea uota suo fauore. Et leges postmodo:idest postmodum:plura.i.plures imprecationes:& habentia uerum nomen.s.tuum:cum nunc perfictionem Ibis uoceris,& supple confecta pede.s.iambico : quo acria bella.i.hostiles imprecationes,debent geri.i.iugeri,& imprecari.

PERORATIO.

Peroratio

LAudat Papinius patrem:q; per tenebras Lycophronis poetæ sine errore sicederet:Ego in tam obscuro Ouidii opere interpretando tantam laudem nec agnosco,nec mihi assumo:ut in tam reconditis locis aliquando non offenderim:qui et ea doctrina non sum:qua Papinii patrem fuisse credimus:atq; utinam uel mediocri essem:ut opus habui interpretandum:in quo poeta obscuritatem non solum admisit,ut ille:sed affectauit : ut nemo pręter Callimachum,quo obscurior per æmulationem esse contendit,id quod initio diximus.¶ Lycophronis carmẽ legimus' sæpe:in quo argumento quidem Ouidio grandior:sed uerbis apertior nobis uidetur:& cæci sane,qui illum interpretantur:in tanta præsertim librorum copia:non tam per coniecturam fabulæ apud illum indagandæ fuerunt : q̃ colligendę a diuersis authoribus scriptæ. Mihi uero sæpe uix uno uerbo designatæ occurrebant:ut primum quidem,si uellet,coniiciendum fuerit:tamen quid afferre possemus elaborandum. Breuitatem in primis sum secutus,uel quod opus quoque breue esset uel quod eius generis sunt:quæ recitauimus:ut capite iis adumbrato : reliquum corpus coloribus,quos indicauimus:facile deduci posset opusculi initio ingenue fassus sum:quos habeam authores:siqua præterea alii inuenerunt:in communem afferant utilitatem. Nos commetarios in Iuuena,quos uiro principi indicauimus cum reliquo opere librariis nuper tradidimus imprimendos. Vbi quid scripserim:quid effecerim:aliorum erit iudicium,ea certe fore confido:quæ duo quinquagenarii homines:quorum uterq; industriæ nostræ uel inuidet uel pie aduersatur ab eo qui xxix.nondũ compleuit annum discere malint:quam ignorare. Vale Falco,& ama me.

Domitii Calderini Veronensis commentariorum Ouidii in Ibin Finis.

OVIDII VITA PER ANTONIVM VOLSCVM.

PVblii Ouidii Nasonis poetæ uetusta equestris ordinis familia fuit:patria uero Pelignorum Sulmo Troia
norũ opus:pater Naso:ipse natus est Mineruæ quinquatris ad.xiiii. Calẽ. Aprilis. Au.Hircio & C.Pansa Ouidii patria
Coss.qui ad Mutinã bello ciuili ceciderunt:fratrem habuit uno ãno natu maiorẽ:cũ quo sub erudititissimis
in urbe grãmaticis Crassitio Pascile Surrẽtino:& Scribonio Aphrodisio Orbilii seruo profecit,Iulio Phry
gino Augusti liberto grãmatico celeberrimo amicissimũ fuisse Trãquillus scri. Aduersante natura,ut pa
tri obtẽperaret,forũ secutus est:Sed cũ ille nonagesimo ætatis ãno interiret:ipse ad musas ueluti ad peculiare naturæ mu
nus redut. Octauii munere eques triumuiratũ tulit. Ex poetis amicos habuit:Aemiliũ Macrũ Veronensem:qui de herbis
scripsit:Põticum,qui Thebaida cecinit:Propertiũ:Vmbrũ elegiacũ authorẽ:Bacchũ,qui iambos edidit:& Flaccũ Hora- Nasonis magistrat?
tium Venusinum,uxores habuit tres:duas repudiauit:cum tertia sanctissime uixit:ex qua duas filias suscepit. Ex altera se
cundi uiri nuptias secuta in Lybiam auus est factus:in exilium,cũ annum ageret quinquagesimum:ab Octauio mittitur
Alteram nomine Perillam domi nubilem reliquit. Exilii causam in fastorum interpretatione exposuimus. Hortos habuit,
in colle quirinali,anno post exilium nono in Põto,ubi exulabat,e uita migrauit,sepultus Thomis,ut tradit Eusebius in Ouidii horti ubi
exilio scripsit Ibin,suæ miseriæ querelas in opus geminum distinxit,alterum tristitia,alterũ exilium ponticũ inscripsit.xii.
Fastorum libros emendauit,& edidit,quorum sex desiderantur,Consolationem de morte Drusi,Germanici uero triũ- Nasonis opera
phũ & latina,& getica lingua cecinit. Ante exilium ediderat amandi artem,& remedium amoris,ad Corynnam,Medeam
tragœdiam,quam maxime Fabius commendat,opusculum de piscibus inchoatum reliquit. Metamorpho. sine editione
e manibus intercidit,cui ultimam limam ob exilium apponere non licuit. Multa cremauit. Epistolas autem multo ante q̃
emendatissimas dederat. Has quoniã præter heroes,tris heroinas solum dedisse cõfinxerit,licet quidã aliter falso credãt,
ut suo loco disputabimus,heroidas inscripsit,heroum genus ad Iouem,deosq; refert Hesi.idq; fuisse uult eum Thebæ &
Troia cecidere. Quos Manlius iõ tradit heroas appellari,quoniã aere(qđ cœlũ dicimus genere,& uirtute digni uideant,

¶ Ouidii Vita per Christophorum Zarotum Iustinopolitanum compilata.



VBlius Ouidius Naso Pelignis in oppido Sulmone tertio decimo Calendas Apriles ex Botio equestri ordinis patre natus est: secundo quinquatriorum die: eo quo Hircius, & Pansa Coss. Mutinensi bello cecidere: anno fratrem habuit maiorem natu: cum quo in patria est educatus: primaque litterarum rudimenta edoctus. Mox utrunque adultum pater Romam misit: ut eloquentiæ studiis pariter, & legibus incumberent: quæstus acquirendi gratia facile alter parentis præceptis paruit: qui nisi diem fata præ maturassent: uigesimo enim ætatis suæ anno e uita decessit, causidicus optimus futurus uidebatur. Ouidius autem nō sine maxima molestia aliquādiu foro operam dedit: reosque plerique defendit: interque centumuiros iudicium dixit: quum in declamatiōibus extiterit, Seneca nobis testimonio est: q eum declamatoribus inseruit. Defuncto patre musis & poeticæ totū se tradidit: ita quibus studiis inuitus secesserat: atque etiam in eis melius proficeret græcas literas didicit: quo tempore sub Marco Varone: cui & acceptissimus fuit: sicuti & sub Cornel. Gallo militiam exercuit. Vxores tres habuit: quarum primam, quę ei pene puero nupserat, ob morum insolentiam, turpitudinemque dimisit. Alterā quoque repudiauit causa nobis, cur id fecerit, incognita. Tertia uero diutius cum eo mansit: ex qua filiam Perillam nomine habuit. Demum ab Augusto imperatore annū agens quinquagesimum: in Pontum euxinum relegatus est: cuius exilii causa, qs est, qui facile norit: cum & ipse modo hanc: modo illam referat: satis tñ cōstat ibi p nouem annos mansisse: ubi extremum obiit diem. Anno Tiberii quinto: & prope Tomos oppidum sepultum. Siue propter libros, quos de arte amandi cōposuit exularit: quod non mirum uideri debet: siquidem feruntur libri huiusmodi a Iulia, & Drusilla uehementer concupiti: perlectique assidue: unde & suspitio orta est incensas libidine amatores fuisse secutas. Cęsarem uero usque excanduisse: ut & auctorem huius mali in exilium ppulerit Ouidium, & pariter mulieres: tametsi quid metuerat Ouidius: uel quonam pacto potuissent eius blandimentis carminis: nisi suum corpus antea prostituere cupiuissent: siue q(ut alii uolunt) Sydonii authoritatem in medium afferentes: qa Iuliam Augusti puellam ex Liuia filiam amarit: quam ab Ouid. Corynnam falso nomine appellatam tradunt: quæ causa a nobis minime probari potest: nec a quoq docto: si examussim Sydonii uerba trutinarit: & qd de Corynna ab Ouid. scriptum sit, leget: haud principis puella digna: siue, quia Liuiam Drusillam nudam uiderit: aut Augustum principem: cum exoletis con iuescētem: quæ ambæ causæ satis placent: cum & ipse quoque indicarit. Cur aliquid uidi: cur noxia lumina feci: Cur imprudenti cognita culpa mihi est. Inscius Actæon uidit sine ueste Dianam: Præda fuit canibus non minus ipse suis. Siqs autem curiosius hæc scire affectat: eius tum de Tristibus: tum de Ponto libros perlegat: nos tantum in præsentia diuersas attigimus opiniones illorum: qui exilii Ouidii meminerunt: Multa carmina scripta memoriæ reliquit: auspicatus est primis teneris adhuc annis Heroidum diuersarum epistolas. Deinde amorum libros quinque ad Corynnam: quos ad tres redegit. hi de fine titulo quoque nuncupantur. De medicamine faciei. De arte amandi ad iuuētutem romanam libros tres: quos patricidas solet appellare. De remedio amoris libros duos. Metamorphoseon libros quindecim opus diuinū: heroicique carminis dignitati cōueniens: licet in eum nimis lasciuire dixerit Quintilianus. Tragœdias quoque adorsus est: quarum Medea maxime a Fabio Quintiliano: & Cornelio Tacito approbatur: ait nanque Fabius in decimo. Ouidii Medea uidetur mihi ostendere quantum uir ille ingenio præstare potuerit: si ingenio suo temperare, q̄ indulgere maluisset. In malos poetas librum cōposuit: ut Quintilianus refert. Epistolam consolatoriam ad Liuiam Augustam de morte Drusi Neronis: qui morbo in Germania perierat. Bellum Actiacum inchoauit. Ad Tiberium libros duos. De tristibus quinque. De ponto quattuor. Fastorum duodecim: sed nisi sex manibus habentur temporum incuria. In Ibin inuectiuam uaticinia unico absoluit libro. Triumphum Cæsaris. De piscibus opus inchoauit: ut Oppianus scripsit lingua getica. Libellum de gestis imperatoris apud Getas. Nonnulla etiam alia opuscula Ouidio ascribuntur: quæ an ipsius fuerint nō laboro: uidelicet de Nuce: de Philomela: de Pulice: non tamen hæc habemus cum multa interierint: seu librariorum inertia: siue temporum iniquitate. Quem autem inter elegiacos poetas locum teneat: ex Quintiliano facile datur intelligi, cum ait: Elegia quoque græcos prouocamus, cuius mihi tersus, atque elegans maxime uidetur author Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius utroque lasciuior, sicut durior Gallus.

Sulmo Ouidii patria

Exilium Nasonis

Exilii causæ

Ouidii opera

¶ Venetiis mira diligentia Ioannes Tacuino de Tridino.
Anno domini. M. D. XXXVIII. Die. V. mensis Iunii.
Regnante Inclyto Andrea Griti Principe.

Registrum huius operis.

✱ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes sunt terni. p̄ter A B & K est quaternus.

Quinterni. XII. Car. o.

X 14